Gabrielis Biel sacre theosophie licentiati no
stre tēpestatis profundissimi: sacri canonis
misse tam mystica ꝙ̄ litteralis expositio
iamiā summa cum diligentia iterum
atqꝫ iterū reuisa et correcta: nihil
de prioribus omissis: aliqui
bus tamē tum in colūnis:
tū in marginibus addi
tis: quibus facilius
ea que nititur le
ctor inueni
re pōt.

Sacri canonis misse ex

positio resolutissima litteralis ac mystica: dissoluens si-
mul ⁊ scholastica dubia circa eucharistie sacrosancte my
steria: viri q̄ precipui magistri Gabrielis biel sacre theo
logie licentiati peritissimi: per eundem ordinarie in alma
Tubingen. vniuersitate lecta: ex viri clarissimi ingenij
quondā acerrimi magistri Eggelingi de brunsvvig sacre
theologie licentiati ꝓfundissimi: vita pariter ⁊ doctrina
prefulgidi lectura: in insigni metropoli magūtina ad cle
rū pronūciata declarata ⁊ exposita: paucis omissis: plu-
ribus additis ac mutatis q̄ accuratissime comportata: In
cipit feliciter.

¶ Oratio initialis.

In noie super-
benedicte trinitatis: patris ⁊ fi
lij ⁊ spūssancti. Amen. In hui⁹
lectiois mee pncipio/tria mihi
pficienda ꝯspicio. Primū legen
de materie breuis recōmenda-
toria introductio. Scdm ꝓuia
temeritatis excusatiōe/ theolo
gica breuior ꝓtestatio. Tertiū
prefecturibus dnis meis ⁊ pceptoribus gratiarū breuissi-
ma relatio. ¶ In pmi execucione assumo vba q̄ digessit
iesus filius Syrach hierosolymita eruditissim⁹/ Ecc. xv.
Cibauit illū pane vite ⁊ intellectus. Nostis pres optimi
fide certissima illustrati: primū humane nature ꝓpaga-
tiuū pncipiū: a summo deo in culmine corporalis creatu
re de nō esse leuatū. Pane cognitionis necessarie: q̄ crea
torē suū/ seq̄ ceteris cū creaturis ab eo ꝓductū agnosce
ret. Nec nō q̄d deo: quid superiori: q̄d sibi: q̄d equali: q̄d
inferiori deberet: q̄d deniq̄ agere: q̄d cauere oporteret
excellentiore quadā noticia illustratū. Alijs quoq̄ virtu
tibus ⁊ donis: q̄bus castissimo amore suo inhereret iam
cognito creatori: delectabiliterq̄ seruiret/ ꝓditū fuisse:
quaten⁹ expleto dispensatiōis sibi credite officio: nulla
morte media: tandē in paradisum alterū translatū/ ipso
totius boni fonte beatifice ac interminabiliter frueret.
Sed procdolor: honoris ⁊ bonoꝝ hō impatiēs: dū reie
cto ꝯditoris timore: superbiens pcepto ligari ꝯtempsit: vi
tam ꝑdidit pariter ⁊ intellectū. Indicat hoc ipm horren
da quedā ignorātie ꝓfunditas: erroꝝ oim mater: q̄ cun-
ctos ade filios in tenebroso quodam suscipit sinu. Amor
quoq̄ tot rerum vanarū ⁊ noxiarū: mordaciū ꝑturbatio
nū: merorꝝ: formidinū: insanorꝝ gaudiorꝝ: litiū: fraudiū:
ceterorūq̄ vitiorꝝ. Quis em̄ ignorat/ ait doct. Aure. xxij.
de ciui. c. xxij. cū quāta ignorātia veritatis: q̄ iā in infanti
bus manifesta est. Et cum quāta abūdantia vane cupidi
tatis: q̄ in pueris apparere incipit: hō veniat in hāc vitā:
q̄bus ꝓ veritatib⁹ certissimis multifarios errores: ꝓ bo
nis verissimis bonoꝝ vmbrā apparentiū nanciscat. Gra
tuitis siquidē spoliato hoi ⁊ naturalibus vulnerato: scdm
euāgelicū paradigma descēdentis ab hierusalē in hieri-
cho: incidentisq̄ in latrones: remansit naturalis inclina
tio ad verū in intellectu: ad bonū in affectu. Hinc fames
illa validissima sciendi: quā prisci philosophantes acerri
mis ebuti ingenijs: nō filioꝝ pane: sed porcoꝝ siliq̄s (li-
cet frustra) pellere quesierūt. Vere frustra: nā morbus
creuit ex remedijs. Quippe humana curiositas: q̄ satia
ri nequit: nunq̄ sibi sufficiens/ semp ad vlteriora tendit.
Hinc philosophus noster ⁊ veritatis preco paulus hu-
iuscemodi vocat stultarū ⁊ sine disciplina questionū inq̄
sitores: a diaboli laqueis captiuos: ad ipsius voluntatem
semp addiscētes: ⁊ nunq̄ ad scientiā veritatis puenictes
Et uero ꝓcesserūt in se ꝯsisti in regionē longinquā: mul
tipliciū erroꝝ ⁊ vanissimorꝝ cultuū: duz deū inuisibilem
quē ex creatis rebus visibilib⁹ esse cōprobarūt. Nō sicut
deū glorificauerūt: nec grās egerūt: sed putantes se ali-
quid esse euanuerūt in cogitationib⁹ suis. Et q̄d curiose

dist. xxx-
viij. cap.
ignoran
tia.

Luce. x.

ij. ad Ti
mo. iij.

inuenerūt: per superbiā perdiderūt: vt ait Augu. in glo.
Roma. j. Sicq̄ obscuratū est insipiens cor eoꝝ. Dicentes
em̄ se esse sapientes: stulti facti sunt. Quid rogo insipiē-
tius/ q̄ seruire creature potius q̄ creatori. Quid stulti⁹
q̄ mutare gloriā incorruptibilis dei: in similitudinē ima
ginis/ creature corruptibilis. Hinc tanta phoꝝ dissensio
qua a magistris discipuli: ⁊ inter se dissiderant cōdiscipuli:
dum eos nō diuina autoritas: sed humana duxit temeri
tas. Nam eodē beato Aug. teste. xviij. de ciui. c. xli. palam
in cōspicua ⁊ notissima portícu: i gymnasijs: in hortulis:
in locis publicis ac priuatis/ cateruatim vnusquisq̄ pro
sua opinione certabat. Alij asserentes vnū: alij innume-
rabiles mūdos. Ipsum vero vnū/ alij ortū esse: alij vero
initiū nō habere: alij interiturū: alij semp futurū: alij mē
te diuina: alij fortuitu et casibus agi. Alij imortales esse
aias: alij mortales. Et qui imortales: alij reuolui in be-
stias: alij nequaq̄. Qui vero mortales: alij mox interire
post corpus: alij viuere etiā postea vel paululū vel diu-
tius: nō tm̄ semp. Alij in corpore cōstituentes finez boni:
alij in animo: alij in vtroq̄. Alij extrinsecus posita etiam
bona ad animū ⁊ corpus addentes. Alij sensib⁹ corpo-
ris semp: alij nō semp: alij nunq̄ putātes esse credendū.
Sed ⁊ de fine vltimo ꝓpter quē cetera oia querēda sunt
Marcus varro: vt recitat idem Aug. xix. de ciui. c. j. ⁊. ij.
tam multā dogmatū varietatem diligēter scrutat⁹ aduer
tit: vt ad ducentas octuagintaocto sectas pueniret. Te-
stis est etiā hoꝝ multipliciū erroꝝ/ Eusebius in de prepa
ratione euāgelica: qui innumeras gentiū sectas ⁊ recitat
⁊ reprobat. His alijsq̄ erroribus: vt rationaliū mentes
velut blandicijs quibusdā infatuaret: ac dulcibus vene
nis incurabilib⁹ inficeret humane salutis insidiator dia
bolus: poetarū figmentis/ verborūq̄ coloribus res tur
pissimas: velut honestare gestiens: hac verborū sagena
plurimos irretiuit. De q̄ q̄d bea. Hiero. aliqn ciceronia
nus: post doct⁹ verberibus christianus sentiat: aduerta
mus. Ait em̄ in epla ad Damasum papā. Demonū cibus
est carmina poetarū. Secularis sapientia rhetoricorum
pompa verboꝝ. Hec sua oēs suauitate delectant. Et duz
aures versibus dulci modulatione currentib⁹ capiunt:
aiam quoq̄ penetrāt: ⁊ pectoris interna deuinciūt. Ve
rum vbi in summo fuerint studio ac labore plecta: nihil
aliud nisi inanē sonū: ⁊ sermonū strepitū suis lectorib⁹
tribuūt. Nulla ibi saturitas veritatis: nulla refectio iusti
cie reperitur. Studiosi eoꝝ in fame veri: ⁊ virtutū penu
ria perseuerant. Hec ille. Hoc triplici q̄ difficile rūpitur
fraudiū funiculo: erroꝝ videlicet vanitatis ignorantie:
fraudulētus protoplasti seductor/ quē ꝓstrauit in mortē:
ne qn̄q̄ ad salutarē veritatis cognitionē reuiuisceret: col
ligauit. Nouit em̄ ille versutus: q̄ sine veritatis cognitio
ne/ ad veritatē in qua nō stetit: redire nemo pōt: nec sine
dei noticia vlla hoi poterit esse salus/ dicente scriptura.
Vbi nō est scientia (haud dubiū qn dei) aie nō est bonū.
Nā vani sunt oēs hoies in q̄bus nō est scientia dei. Sap.
xiij. ⁊. j. Cor. xiiij. Si quis ignorat: ignorabit. Sed beni-
gnissim⁹ de⁹ scientiarū dn̄s: cuius sapiam nō vincit mali
cia. Diligit em̄ oia q̄ sunt: ⁊ nihil odit eoꝝ q̄ fecit. Sap. xi.
Plasma suū aliena fraude deceptū/ in eternū perire nō
sustinēs: erranti mūdo cognoscēde veritatis fame: ac pu
dende vanitatis squalore: iamiāq̄ deficiēti subuenire de
creuit. Idcirco dum mediū silentiū tenerent oia verita-
tis ꝓdicamēta. Noxq̄ pctoꝝ ⁊ ignorātie mediū iter pera
geret: extirpata veri dei cognitione in oibus pene extincta
Oipotens sermo de regalibus exiliens sedibus: gemi-
nam rationalium cibauit inediā: dans panē nō ventris/
sed mentis: panē nō ad ruinas huius vite: que vapor est
ad modicū parens/ reparandū: sed panē vite ⁊ intellect⁹
ad indeficientis vite beatitudinē cōsequēdam. Dedit aūt
manus liberalissima panē dulcem: defectum totuplicem
restaurantem. Panē verbi ex ore dei ꝓcedentē: quo pa-
sceretur intellectus. Et panē verbum factū carnez: quo

prouer.
xix.

Sapiē.
xviij.

Sectarum multitudo

Demonū cibus

vita nutriretur ⁊ affectus: q̃uis ad vtrũq; ↄferat vtcrq;.
An nõ panis vite: doctrina scripture canonice: a summa
reuelata veritate: quo vita vera cognoscit: vita aĩe robo
ratur: ⁊ ad vitam felicissimã ambulatur. Non in solo pa
ne viuit hõ / inquit veritas: sed in oĩ verbo qδ ꝓcedit de
oꝛe dei. Deutero. viij. ⁊ Mat. iiij. Est quoq; panis intel
lectus / intellectũ erudiens: affectũ sua eruditione velut
ignea lex inflãmans. Ipsa nẽpe est que finẽ quo tẽditur:
ostendit. Ipsa que viã qua itur: dirigit. Finẽ / vitã eternã.

Ro. vj.

Uiã / sanctificationẽ nostrã. Habetis / inq̃t aplš fructum
vestrũ in sanctificatiõe: finẽ vero vitã eternam. Ipsa de
niq; instruit ignoꝛantẽ: ipsa reducit deuiantẽ: associat itie
nerantẽ: inducit ꝑseuerantẽ. Cuius salutiferos fruct⁹ btũs
Hiero. in ꝓlo. quodã in lib. psalmoꝝ: breuiloquo sermo
ne cõplectit / dicẽs. Hic habet infans q̃d lactet: puer q̃d
laudet: adolescẽs q̃d coꝛrigat: iuuenis q̃d sequat: senioꝛ
q̃d p̃cetur. Hic discũt femine pudicitiã: ꝑp̃li inueniũt pie
tatem: vidue iudicẽ: pauperes ꝓtectoꝛe: aduene custodẽ.
Hic inueniũt reges q̃d audiant: iudices q̃d timeãt. Hec
tristẽ ↄsolatur: letum tẽperat: iratũ mitigat: pauperẽ re
creat: diuitẽ vt se cognoscat / increpat: oĩbus se suscipien
tibus apta medicamenta tribuit: nec peccatoꝛem despicit: sʒ
per pniam / remediũ ei ingerit. Post hec deus ostẽditur:
simulacra irridentur: fides asseritur: ꝑfidia repudiat: iusti
cia ingerit: iniq̃tas ꝓhibetur: misericoꝛdia laudat: crude
litas abdicat: veritas requirit: mẽdaciũ dãnatur: dolus
accusatur: p̃dicat penitentia: pax ↄsequenda ꝓmittitur:
spes certa nutritur. Sʒ qδ his oĩbus est excellẽtius: xp̃i
sacramẽta laudant. Hec Hiero. Hec sacra theologica do
ctrina: vera ⁊ diuina sapientia: sola est oĩm scientiarũ im
peratrix ⁊ dña: q: candoꝛ est lucis eterne: ⁊ speculũ sine
macula dei maiestatis: ⁊ imago bonitatis illi⁹. Sap. vij.
Cui nisi artes cetere ancillent: non illuminãt: sed obscu
rant: nõ erudiũt: sed tenebris erroꝝ inuoluũt. Nõ hãc di
uinã sapientiã gentiũ pꝛincipes: nõ terre negociatoꝛes:
nõ potentes ad bella gigantes inuenerũt: ꝓpterea ⁊ pe

Baruch iij.

rierũt. Sed ea de supnis sedibus: q̃ in altissimis habitat:
supsubstantialis sapientia reuelauit: eãq; reuelando po
pulũ suũ humilem pane vite ⁊ intellectus cibauit. Libet
addere qδ sequit. Et aqua sapie salutaris potauit eum.
Uere aqua salutaris sapie: ex fante manans sapientie: q̃
est verbũ dei in excelsis. Eccli. j. qui est xp̃s dñs virtus et

Sap. vij

sapia dei patris. j. Coꝛ. i. Magnũ ꝑfecto sapie donum:
q̃ in aĩas sanctas se trãsferẽs: amicos dei ⁊ ꝓphetas: idest
ꝓcul vidẽtes / ↄstituit. Sed parũ summe visum est libe
ralitati: nisi se fontẽ sapientie homini per cibi p̃uaricatio
nem dãnato / donaret in cibum saluantẽ: ⁊ spũaliter nu
trientem / mirabili congruentia / nature conditioni / ⁊ la
psus reparationi. Cõiunxit nempe diuina sapia in p̃ma
hoĩs formatione rõnalẽ spm̃ materie coꝛporali: p exem
plo future societatis: q̃ inter deũ ⁊ spm̃ rationalẽ in glo
rificatione eiusdẽ ꝑficienda erat: vt sciret hõ deũ tam dis
parem coꝛpoꝛis ⁊ aĩe naturã in federationẽ vnã: ⁊ amici
tiã tantã coniũgentẽ: etiã rõnalis creature humilitatem:
licet longe inferioꝛẽ posse ad sui participationẽ glie sub
limare. vt loquit magr̃ dist. j. lib. ij. Et qm̃ ex eisdẽ gignis
mur ⁊ nutrimur incarnata p̃us: dehinc velut impanata
seu inescata sub spẽbus sacramenti sapia facta est nutri

ps. xlviij

tio nostra. Lapsus deniq; ⁊ e paradiso extrusus: pecoꝛi
nã induit similitudinẽ. ꝛm illud ꝓphete. Homo cũ in ho
noꝛe esset / nõ intellexit: cõparatus est iumẽtis insipienti
bus: ⁊ similis factus est eis. Idcirco feno indiguit pabu
lo pecoꝛino. Eapropter celestis cib⁹ angeloꝛũ / mutauit
se in cibũ pecoꝛis / hoĩe mutato in pecus. Panis em̃ an

Esa. xl.

geloꝝ fact⁹ est fenũ. vnicus pris / filius hoĩs: verbuʒ q̃ p
pe caro factũ est. Et iuxta ꝓpherã. Oĩs caro fenũ. Come
dunt igitur angeli verbũ de deo natũ: comedũt homines
verbũ fenũ factuʒ. Pane suo viuũt angeli in celis / ⁊ btĩ
sunt. Feno suo viuũt hoĩes in terris / ⁊ sancti sunt. Fenũ
quippe istud de prato virginalis vteri collectũ: factũ est

refectio iumentoꝝ. Uerbũ em̃ vt fenũ fieret: latuit in vir
gine: sol in sydere: artifex in opere. O stupenda dei mise
ratio / exclamat doctoꝛ mellifluus: verbũ carnem: deus

Job. vj.

cinerem: figulus lutum: vita moꝛticinũ induit: vt angelo
rum panẽ iumenta mãducarent. Hic vere panis est vite
de celo descendẽs: vt daret vitam mũdo. Non quõ moy
ses panẽ dedit patrib⁹ in deserto: quẽ manducãtes / moꝛ
tui sunt. Nam qui ex hoc pane mãducauerit: viuet in eter
nũ: manens in xp̃o. ⁊ habens xp̃m vitam manentẽ in se
ipso. Hic panis est intellectus: quo nobis moꝛtalib⁹ im
mensitatẽ sue potentie: incõpꝛehensibilitatem sue sapien

Ps. cx.

tie: inenarrabilitatem sue beniuolentie: dñs mirabilius
declarauit. Memoꝛiã fecit mirabiliũ suoꝝ / inq̃t psaltes
dñi: hoc cibo spũaliter satiatus / misericoꝛs / ⁊ miseratoꝛ
dñs / escam dedit timentib⁹ se. In pꝛompto est quẽadmo
dum sacrosanctũ hoc eduliũ / metaphysicoꝝ / naturaliũ /
logicoꝝ / ceteroꝛũq; p̃hoꝝ: estimata suoꝝ p̃ncipioꝝ theo
remata castiget: ⁊ verũ in eis intellectũ administret: quo
rũ deductionis veritas vetat. Panis iste bene a pan / qδ
sonat totũ d̃r: quia totũ qδ ad salutem ꝑtinet: cõfert hec i
viatoꝛi. Lapsus siquidẽ hõ oĩa ↄfudit. Cõstitutũ a plas
matoꝛe oꝛdinẽ pulcherrimũ temerauit. Nã deũ p inobe
dientiam contẽpsit: carnẽ de sua carne / ⁊ os de suis ossi
bus ꝑductum. ꝓximã suã incusauit: in seipso rationẽ vo
luntatis ductricem appetitui subegit. Indiguit itaq; ad
ꝑfectam restaurationẽ triplici remedio. Sacrificio quo
placaretur deo: charitatis diffusione / qua cõicaret pꝛoxi
mo: gratia refoꝛmatiua oꝛdinis in seipso. Oĩa hec cõfert
panis xp̃i excellentissimũ sacramentũ. Nam ipm̃ est sacri
ficiũ oblatio quoad deũ. Charitatiua cõio ad pꝛoximum.
Uiaticũ ⁊ refectio ad seipm̃. Sacrificiũ em̃ sicut ⁊ verbũ
abbꝛeuiatũ fecit nobis dñs sup terrã / hostiam viuã / vni
cam / mũdam / plenã bonis / plenã effectibus / oĩbus illis
pꝛo q̃bus offerri cõsueuerat hostia litteralis. In hoc sa
crificio coꝛpoꝛis sui ⁊ sanguinis noua fecit oĩa veteris te
stamenti oblationes ⁊ sacramẽta / paschalẽ agnũ / mãna
deserti / panes ꝓpositionis / tauros ⁊ vitulos imolatio
nis / hircũ emissariũ / passeres / turtures / ⁊ colũbas / vinũ
⁊ libamina / sal in oĩ sacrificio atq; oleuʒ / neq; mel / neq;
fermentũ. Deniq; quotidianũ bis sacrificiũ cum matuti
no vespertinũ. Hinc beatus Bern̄. in sermone de sacro.
Chꝛistus ait / pꝛo salute mũdi semel factus hostia saluta
ris: rei recõciliatio generalis: oĩbus sacramentis / tã pre
cedentibus q̃ sequẽtibus virtutem dedit ⁊ efficaciam: vt
tanta ⁊ tali hostia sanctificarentur oẽs liberandi p illaʒ.
Et btũs Aug. x. de ciui. dei c. xx. Huius inquit veri sacrifi
cij multiplicia variaq; signa erant sacrificia pꝛisca sancto
rũ. Cum hoc vnũ per multa figuraret: tanq̃ verbis mul
tis vna res diceret: vt sine fastidio multũ commendaretur
Est deniq; sacramentuʒ illud cõmunio: q̃ inter se mẽbꝛa
cum capite xp̃o charitate cõnexa cõmunicant. Nã in hoc
sacrificio tota ipsa redempta ciuitas: hoc est congrega
tio / societasq; sanctoꝝ: vniuersale sacrificiũ offertur deo
per sacerdotem magnũ: qui etiã seipm̃ obtulit in passio
ne pꝛo nobis: vt tãti capitis coꝛpus essemus ꝛm foꝛmam
serui. Hanc em̃ obtulit: in hac oblatus est: q: ꝛm hãc me
diatoꝛ est: in hac sacerdos: in hac sacrificiuʒ. Uerba sunt
beati Aug. x. de ciui. dei. c. vj. Et sequitur ad pꝛopositum:
Hoc est sacrificium chꝛistianoꝝ. Multi vnum coꝛpus su
mus in xp̃o: qδ etiam sacramento altaris fidelibus noto
frequentat ecclesia: vbi ei demonstratur q̃ in ea oblatio
ne quã offert: ipa offeratur. Est deniq; panis ille refectio
anime: spiritũ restaurans: desideriũ satians: coꝛ spiritua
le delectans: infirma roboꝛãs: gratie vitam augmentãs
viaticum ꝑducens. In cuius foꝛtitudine ambulatur per
desertum hui⁹ mũdi ad montem dei oꝛeb: qui interpreta
tur ardoꝛ: celum videlicet empyreum seraphico ardoꝛe
fulgidum. Sic cibus ille oblatio est initiata in cruce. Fa
cto deo sacrificiũ viaticum perducens ad terminũ: com
munio tenens interim pꝛoximos in vnũ. Huius tanti sa

cramenti dignissimus sacerdotum ordo ministeriū accepit: quoꝝ officio iste panis vite mortalibus quotidie preparatur. O vere celestis indulgentia. O cumulata grã. O superexcellens gloria/ sacerdotē deū suū tenere ꝛ porrigendo alijs dispensare. Quoꝝ qꝛ ignorãtie circa tantū mysteriū a dño ꝑ ꝓphetã dãnãtur dicentē. Quia tu sciētiam repulisti: repellã ꝛ ego te/ ne sacerdotio fungaris mihi. (Osee. iiij.) Ideo oim sacerdotū indignissimus/ ꝓprie ꝯsulens inscitie/ nō presumptione temeraria: sed alme huius vniuersitatis matris mee ꝑcepto mihi pridē ꝑ dignissimos suos oratores insinuato/ ꝯtraniti iniustū arbitratus/ humiliter obtēperans/ legendi laborem/ insufficientissim⁹ licet assumpsi. Canonē quoqꝫ misse: quo diuin⁹ ille sacramentalis cibus ꝯficitur: exponendum delegi. Laborem hunc non penit⁹ reputans inutilem: quo christi sacerdotes ad sacerdotijve graduz aspirantes/ tanti officij dignitatem/ ritum ꝛ debite executionis peritiam cōtemplari. Necnon scholasticoꝝ ingenia mysterij profunditate exerceri. Omniūqꝫ hoc salutari edulio pasci optantiū/ conscientie ad dignam eius sumptionem informari poterūt ꝛ accendi. Opus quidē arduum ꝛ ignaro peccatori improportionatum: cuius altissimã profunditatem gigantium humeros premere nō ignoro. Desperarem penitus ꝛ deficerem: si vel cum moabitide post terga metentiuz spicas eorūdem manus fugientes colligere: ꝛ nō magis maiorum iam collecta comportando ꝑsumerem recitare. (Ruth. ij.) In qua re insufficientiam propriam verbis cultioribus nescio an palliare dicaz: an excusare: superfluū duxi: cum ipsam plus cupito operis exequēdi imperfectio demonstrabit.

Protestatio theologica.

¶ In huius igitur lectionis initio theologicam ꝓtestationem frequenter per me factam renouans: coram vobis venerabilibus ac doctissimis preceptoribus meis ꝓtestor solēniter et expresse non esse mentis mee in futuris meis lectionibus/ aut alijs quibusuis actibus ꝑ me volente dño faciendis: aliquid dicere: aut pertinaciter defendere: qḋ catholice fidei seu determinationi sacrosancte matris ecclesie quomodolibet obuiet: vł pias aures offendat. Si vo (qḋ per suaz misericordiam domin⁹ auertat) aliquid tale ex lapsu lingue/ ignorantia/ aliave qualicūqꝫ occasione contingeret: reuoco exnunc ꝓut extunc: extunc prout exnunc: volens ea habere pro non dictis: subijciens me humiliter eoꝝ directioni: quorū est errantes corrigere: ꝛ deuios ad viam catholice veritatis reducere. Uerum ne dicendorum indistincta congeries confusionē afferat: placuit opus ipsum qḋ Sacri canonis misse expositio intitulari pōt: per lectiones partiri: ꝛ lectiones per. §. aut litteras alphabeticas vlterius secare: quaten⁹ studioso lectori in prompto qḋ voluerit occurrat: cū nostrū quē edidimus indicē: seu vt aiunt inuentarium: inuisere placuerit.

Duodecastichon magistri Gasparis hasslachij Symmeringēsis ad lectorem.

Grammata gloriolam redolentia desine vanam:
Mundani fastus suspicere illecebras.
Atqꝫ philosophicos/ sacrosqꝫ reuolue libellos:
Turpia contēnens scōmata musicolum.
Ausu quos diro Julianus apostata pressit:
Quod fidei nouit fortia scuta sacre.
Hinc ea chalcotypis pulchris cirrata iuuentus:
Sancta theologie que tibi scripta damus.
Perlege nocturnis vigili cum mente lucernis:
Imprimis tu que es initianda sacris.
Nec te presbyterum quorūdam lusus inertum
Abstrahat: ꝛ talus ocia scorta sopor.

¶ Lectio. j. A

Premissa in cubiculo cordis deuotissima spūssancti inuocatione: quaten⁹ qui huius diuinissimi est autor muneris: sit mentiū nostrarū illuminator ꝛ doctor intern⁹ sacri canonis. Cuius expositionē priusqꝫ ordiamur: ꝑmittenda sunt aliqua ad ꝯsecrationis actū (ad quē canon etiã totius misse officiū ordinat) requisita. Que tria sunt in gñe. Requirūtur em̄ aliq̄ ex parte sacri ꝯficiendi: ꝯsecrãtis ministri circūstantiarū tpis ꝛ loci. (Ad cōsecrationē requisita.) Et hoꝝ aliq̄ reqrunt tanqꝫ simpliciter ad ꝯsecrationē necessaria: ita qꝫ eis nō existētib⁹ nō fieret ꝯsecratio eucharistie/ siue trãssubstantiatio panis ꝛ vini in corp⁹ ꝛ sanguinē xp̄i. Aliq̄ requirūtur de cōgruo/ tanqꝫ decētia ad legitime ꝛ ordinate ꝯsecrandum: qbus nō existentib⁹/ licet nō ipediat ꝯsecrationis effect⁹/ q̄ est trãssubstãtiatio: ipedit tñ eucharistie fruct⁹. Que igit ex parte sacri reqrunt: requirunt de necessitate: q̄ ex parte circūstantiarū: reqrunt de cōgruo. Coꝝ vo q̄ reqrūtur ex parte ministri/ q̄dã de necessitate reqrunt: q̄dã de cōgruitate. Ex parte sacri reqrit debita materia ꝛ debita cōsecrationis forma. De q̄bus infra suo loco dicet. Ex parte ministri aliq̄ reqrunt de necessitate: aliq̄ de cōgruitate: vt dictū est. De necessitate ministri reqrit ptãs ordinis: facultas sermonis: integritas intentionis. Propter defectū ꝑmi nō pñt cōsecrare angeli/ mulieres/ nec laici/ nec aliq̄ nō sacerdotes seu ꝑsbyteri. Propter defectū secundi/ repellunt ab h̄ ministerio elingues ꝛ muti. Propter defectū tertij excludunt vsu rōnis carētes ꝛ fatui: etiã si fuerint sacerdotes. ¶ B Primo scꝫ ptãti ordinis/ paulo latius imorandū est. Ubi in ꝑmis ꝯsiderandū/ qꝫ multa cōpetunt ordini sacerdotali respectu corporis xp̄i/ tã mystici qꝫ veri. Corp⁹ xp̄i mysticū/ intelligo fideliū congregationē/ ecctiam videlꝫ catholicã: fm illud apli. Uos estis corpus xp̄i: ꝛ mēbra de mēbro. (j. cor. xij.) Membra depēdētia de mēbro scꝫ capite xp̄o cōmēbro. glo. interli. Ipm dedit caput supra oēm ecctiam: q̄ est corpus eius. (Ephe. j.) Corpus xp̄i verum est corpulēta suba de virgine maria/ opatiōe spūssctī sumpta: vel etiã natura humana/ diuine nature in supposito vbi vnita. de quo. j. dr. Et hoc fm duplicē acceptionez corporis: vt distinguit: vel ꝯ aiam/ vel ꝯ spm. Sup vtrūqꝫ corp⁹ insignes sacerdos accipit ptãtes. Sup corp⁹ mysticū ptãtem ligãdi/ soluēdi/ docēdi/ ꝯfortandi. ligãdi penis: soluēdi a pctīs: docēdi viã salutis: cōfortandi sacris. Ad quoꝝ expletionē Paulus eos hortatur. Attēdite vobis ꝛ vniuerso gregi in quo vos spūssanctus posuit epōs/ regere ecctiaz dei: quã acqsiuit sanguine suo. (Act. xx.) Epōs. i. sacerdotes: qꝛ olim idem epūs ꝛ ꝑsbyter ait Hiero. ad euãdrū vel eugeniū epm. ꝛ habet in canone. xciij. dist. Legim⁹. Sup corp⁹ xp̄i verū ptãtē ꝯsecrãdi/ offerēdi/ fidelib⁹ dispensandi. ¶ C Pro quoꝝ clariori intellectu/ videndū q̄d sit ptãs ecctiastica/ ꝛ quotuplex. Ptãtem ecctiasticam causaliter diffinit illuminatissimus doctor Joh. gerson cãcella. parisieñ. in tractatu de ecclesiastica ptãte sic. (Diffinitio ptãtis ecclesiastice.) Est ptãs a xp̄o supnaturaliter ꝛ spūaliter collata suis aplīs ꝛ discipulis/ ꝛ eoꝝ successorib⁹ legitimis vsqꝫ in finē seculi ad edificationē ecctie militãtis fm leges euãgelicas/ ꝓ ꝯsecutiōe felicitatis eterne. In hac diffinitione causali ptãs ponit ꝓ gñe. Est aūt ptãs facultas ꝓpinqua ad exeundū in actū. Dicit ꝓpinqua: quia obedientialis remota q̄ est in qualibet creatura rōnali respectu dei ad quãlibet hierarchicã actionē nō dr ptãs ecclesiastica. Dicit etiã potētia ꝓpinqua/ q̄ in passuz dispositū remotis impedimētis statim exire pōt in actū. Causa efficiens ꝑncipalis tangit/ cum dr/ a xp̄o supnaturaliter collata. Non em̄ inest ecctiastica ptãs a ꝑncipijs nature: sed ab eo q̄ naturã condidit. Causa materialis vel subiectiua notat/ cum dr/ Aplīs ꝛ disci. ꝛc. Formalis insinuatur cum additur/ fm leges euangelicas: dant em̄ formã

vendi. Causa finalis concluditur / cũ subditur. Ad edifi-
cationẽ ecclesie militantis / p̃ psecutione felicitatis eter-
ne. Additũ etiã est: spũalr / ad exclusionẽ donoꝝ supnatu-
raliũ / que possunt esse cõia oĩ viatorĩ: qualia sunt fides /
spes / charitas / ꝓphetia / timor / pietas ⁊c. Per has par-
ticulas oĩs alia ptãs excluditur: qm̃ oĩs alia ptãs vel est
naturaliter indita: sicut potestas corporalis / quoad cãz
efficientẽ. Uel est ſm leges humanas regulata: sicut po-
testas secularis quoad cãm formalem. Uel est radicata
in habentibus eã ſm dona naturalia etiã vbi supernatu-
ralia: vtputa fides / spes / charitas / nõ adessent. Uñ ptãs
secularis ꝯtra quã distinguitur ptãs ecclesiastica: cõuenit
alijs q̃ christianis. Ptãs aũt ecclesiastica de necessitate fũ-
datur in dono supnaturali / scʒ charactere baptismali de
cõi lege: qui character viatores facit esse de ecclia militã-
te: ⁊ ita capaces ecclesiastice ptãtis. Tamen charitas seu
gratia gratũ faciẽs: etsi valde decẽs sit suscipientib⁹ eccle-
siasticã ptãtem: nõ tñ exigit pro dando titulo quasi sine
ea nõ possit inesse ecclesiastica ptãs: prout wvaldensiũ he-
resis errãdo asseruit. ¶ D Legit aũt in euãgelio sextu-
plex ptãs a xp̃o data aplĩs / discipulis / p̃ sex eoꝝ successo-
ribus / ministris scilʒ eccl'ie quales sunt epi ⁊ presbyteri.
Unde Anacletus papa. xxi. dis. In nouo. ait. Aplĩs dece-
dentibus: in locũ eoꝝ surrexerũt epi. Et sequitur. Uiden-
tes aũt apl'i messem esse multã / ⁊ operarios paucos: ro-
gauerũt dñm messis vt mitteret oparios in messem suã.
Unde ab eo electi sunt septuagintaduo discipuli. quorũ
typum gerũt presbyteri / atq; in eoꝝ loco sunt ꝯstituti in
ecclesia. Hec ibi. Sex ĝ ptãtes p̃dicte prout eas colligit
do. Petrus de aliaco cardinalis he sunt. Ptãs ꝯsecratio-
nis: sacroꝝ administrationis: p̃dicationis: iudiciarie cor-
rectionis: dispositionis ministroꝝ eccl'ie: accipiendi vite
necessaria ab his q̃bus spũalia administrant. De primis
duabus magis ad ꝓpositũ: eo q̃ conferri videnť in ordi-
ne sacerdotali. Prima igitur ptãs est ptãs ꝯsecrationis:
qua q̃libet sacerdos rite ordinatus ꝯficere põt corpus ⁊
sanguinẽ dñi iesu xp̃i. Hanc ꝯtulit dñs in vltima cena / cũ
dixit. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Hec ptãs q̃nq;
dr̃ character vel ptãs ordinis: de quo infra lati⁹ dicendũ
erit. Scd'a ptãs / scʒ administrationis sacroꝝ ⁊ spũaliter sa-
cramẽti pnĩe / est ptãs iurisdictionis spũalis in foro pnĩe:
q̃ dr̃ ptãs clauiũ: q̃bus sacerdotes possunt aperire celũ
⁊ claudere. Aperire dignis: claudere idignis. Per pctm̃
eñ mortale q̃libet peccans claudit sibi celũ: q: p̃stat sibi
impedimentũ intrandi celũ / ⁊ gaudia paradisi. Ad cui⁹
admotionẽ cõtulit deus ptãtem eccl'ie: q̃ discernere põt
in causa ꝓpter quã celũ claudiť / ⁊ ferre sniam / pnũcian-
do illũ dignũ / ⁊ illũ indignũ. Dignũ dolentẽ de pctĩs et
ea ꝯfitentẽ: indignũ nõ dolentẽ de pctĩs: q̃uis ꝯfitentẽ.
Et hoc est celum aperire: ⁊ celũ claudere quãtum ptinet
ad ministeriũ sacerdotũ. Et autoritas hec faciendi voca-
tur ptãs clauis. Que duplex est / scʒ autoritas cognoscẽ-
di in cã pctõris ꝯfitentis: ⁊ autoritas sententiandi / q̃ di-
cũtur claues. Prima clauis sciẽtie: secũda clauis ptãtis.
Uñ clauis scĩe nõ est scĩa habitualis vel actualis vt q̃dã
putauerunt: q: etsi autoritas cognoscẽdi requirat sciam
vel discretionẽ comitantẽ rectũ vsum eius: queadmodũ
etiã clauis ptãtis requirit iusticiã ad rectũ vsum sui. Tñ
sicut ptãs iudicãdi nõ est iusticia: imo põt esse sine iusti-
cia: ita ptãs vl' autoritas cognoscẽdi in aliq̃ cã nõ est scĩa
vel discretio: q̃nimo põt esse sine discretiõe cognoscẽdi.
De q̃ pulchre loquiť doctor subtilis dist. xix. iiij. Concor-
dat alexã. de ales p. iiij. q. lxxviij. ar. ij. mẽ. iij. ¶ E Hec
ptãs ꝓmissa fuit petro a dño / cũ dixit. Tibi dabo claues
regni celoꝝ ⁊c. Promissa fuit etiã oĩbus aplĩs / cuʒ dixit.
Amen dico vobis quecũq; ligaueritis sup terram / erunt
ligata ⁊ in celis. Et quecũq; solueritis sup terrã erũt so-
luta ⁊ in celis. Collata vo fuit eis in die dñice resurrectio-
nis: dũ apparens eis iesus in ꝯclaui cõgregatis insuffla-
uit / ⁊ dixit; Accipite spm̃ sanctũ quorũ remiseritis pctã;

Mat. ix. Luce. x.

Lu. xxij.

Clauis ecclesiastica duplex.

Math. xvi.

Math. xviij.

remittuntur eis. Johã. xx. He due potestates cõsecratio-
nis ⁊ clauiũ / dicuntur ptãtes ordinis sacerdotalis: neq;
eedem sunt: neq; simul tpe collate aplĩs. Quarũ vna re-
spicit ꝯsecrationẽ corporis xp̃i veri: qm̃ habens eam con-
secrare põt verũ corpus ⁊ sanguinẽ xp̃i virtute verboꝝ
sacr'alium. Secũda respicit corpus xp̃i mysticũ seu mem-
bra eius: q: habẽs eã põt soluere ⁊ ligare pctõres: fide-
les tñ qui sunt mẽbra eccl'ie numero etsi nõ merito: licet
solutione fiant etiã mẽbra merito. Prima vt dictũ est: col-
lata est aplĩs in cena ante xp̃i passionẽ. secũda post resur-
rectionẽ. Et videť q̃ etiam mõ in ordinatiõe sacerdotis
distinctis actibus ⁊ tpibus ꝯferantur. Primã eñ cõfert
ordinator ep̃s ordinãdo / cum tradẽs ei calicem cuʒ vino
⁊ aqua pane supraposito dicit. Accipe ptãtem offerendi
⁊ cõficiendi p viuis ⁊ mortuis. Scd'am vo tradit aliq̃b⁹
interpositis / ponẽs manũ sup caput eius ⁊ dicẽs. Accipi-
te. s. quoꝝ re. pctã ⁊c. Et si in collatione cuiuslibet ptãtis
imprimiť spũalis character: vt quidã tenẽt: ⁊ recitat Sco.
dist. xix. iiij. tanq̃ ꝓbabiliter dictũ: tũc tres sunt charac-
tes ordinẽ sacerdotalem integrãtes ſm tres ptãtes col-
latas. Et si collata ꝑma / scʒ ptãte ꝯsecrandi nõ ꝓcederet
ep̃s ad collationẽ aliarũ: nõ esset ille ꝑfecte in sacerdotẽ
ordinatus. Posset q; cõficere corp⁹ christi: nõ tñ ligare ⁊
soluere pctõres: q: adhoc nõdũ fuisset sibi collata ptãs.
Ex h̃ videť opinio quorũdã doctoꝝ min⁹ ꝓbabilis / dicẽ-
tiũ q̃ vna est ptãs sacerdotalis ſm essentiã ⁊ radicẽ: sed
multiplex ſm effectũ. Quodq; cũ aplĩs in cena data fuit
ptãs ꝯsecrãdi sup corpus xp̃i verũ: etiã collata sit eis po-
testas sup totũ corp⁹ xp̃i mysticũ / ipm scʒ in mẽbris eius
ligãdi ⁊ soluẽdi: nam verba illa. Hoc facite in meã cõme-
morationẽ. q̃bus tradita est ꝑma ptãs: nullũ penit⁹ ordi-
nẽ habẽt vel habitudinẽ ad scd'am ptãtẽ. Neq; eñ signi-
ficant ipm nec exp̃mũt: qd̃ tñ regulariter sit p verba qui-
bus aliqua cõfertur ptãs. Quõ eñ alr̃ sciretur q̃ colla-
ta esset hec vel illa potestas. Et p̃terea cũ verba sacr'alia
hoc qd̃ significãt efficiũt: ⁊ verba q̃bus ꝑma ptãs ꝯferť
secũdam ptãtem penitus nõ significent: sequitur q̃ neq;
ipsum conferant. ¶ Lectio. ij. A

H E potestates sacer-

dotales equales sunt in oĩbus rite ꝯsecra-
tis sacerdotibus / maioribus ⁊ minoribus:
hoc est ep̃is et simplicibus sacerdotibus.
Sunt etiã inauferibiles. Ratio ꝑmi patet ex ꝑmissis: q:
cuilibet sacerdoti indifferẽter cõferũtur p easdẽ verboꝝ
formas: ⁊ per eorũdem exhibitionẽ signoꝝ quasi mate-
riaruʒ: dicente ordinatore sup quẽlibet. Accipe ptãtem
celebrãdi ⁊c. Ac porrigẽte cuilibet calicẽ cũ pane ⁊ vino
rursus ad manuũ impositionẽ cuilibet. Accipite spm̃ san-
ctũ quoꝝ remise. ⁊c. He forme sicut eedẽ: ita ⁊ eiusdẽ effi-
cacie sunt in oĩbus: sicut ⁊ alie forme sacr'ales quãtuʒ est
ex parte earũ. Itẽ ijdẽ characteres imp̃mũtur oĩbus sa-
cerdotibus in sua ordinatiõe: in q̃bus fundanť he pote-
states. Ratio secũdi scʒ inauferibilitatis est: q: character
in sacerdotali ordinatione imp̃ssus manet: nec vnq̃ dele-
tur: ⁊ p ꝯñs nec ptãs q̃ in eo fundatur. Est eñ character
forma supnaturalis a deo creata: q̃ p nullã virtutẽ crea-
tam corrũpi põt. Eius nãq; destrio ãnihilatio est: ad quã
virtus creata se nõ extendit: sicut nec ad creationẽ. Neq;
a deo tolliť ꝓpter quodcũq; pctm̃: sicut cetera dona su-
pernaturalia / quo modo charitas tollitur ꝓpter pctm̃
mortale. fides ꝓpter heresim. spes ꝓpter desperationẽ
q: character sacerdotalis confertur a deo / etiaʒ existenti
in pctõ mortali / etiam actu peccandi: vt si quis cũ ꝓposi-
to peccãdi suscipit sacramentũ ordinis: ⁊ ideo nulli pec-
cato repugnat. Quantũcunq; igitur sacerdos suspenda-
tur: excõicetur: degradetur: semp manet in eo potestas
ꝯsecrandi. similr̃ ⁊ autoritas ligandi ⁊ soluendi. In cui⁹
signũ cũ hi reconciliãtur ecclesie: nõ reordinãtur in sa-
cerdotes; qd̃ tñ foret necessariũ / si ptãs sacerdotalis per

huiuſmodi actus auferretur. De hoc btūs Augu. reprobans poſitionem Cypriani dicētis, ꝙ heretici vera sacra nō habēt. Et illoꝝ qui dixerūt, ꝙ sacerdos recedens ab eccl'ia baptiſma nō amittit: ſed ordinē. Ad permenianuz ſcribēs ait de hereticis ⁊ dānatis: ⁊ habet .j.q.j. ꝙ quidā. Nō q̄dā dicūt ꝙ baptiſma qđ accepit nō amittit q̄ recedit ab eccl'ia: ius tñ dandi qđ accepit amittit (.i. ordinem glo.) multis modis apparet fruſtra ⁊ inaniter dici. Primo: q2 nulla oſtendit cauſa cur ille qui baptiſma amittere nō pōt: ius dandi poſſit amittere. Utrūq3 enī sacrm̄ eſt ⁊ quadā ꝯſecratione hoī datur: illud enī cū baptizatur: illud cū ordinat: ⁊ ideo nō licet catholico vtrūq3 scʒ sacramentū iterari. Nā ſi qñ ex parte ipſa venientes etiā prepoſiti pro bono pacis correcto ſciſmatis errore ſuſcepti ſunt: et ſi viſum eſt opus eē vt eadē officia gererēt q̄ agebant: nō ſunt rurſus ordinādi: ſed ſicut baptiſmꝰ in eis: ita ⁊ ordinatio manſit integra: q2 in ꝑciſione fuerat vitiū qđ vnitate pacis eſt correctū: nō in sacris q̄ vbicūq3 ſunt [...]a ſunt. Et infra eodē. De his q̄ ab vnitate eccl'ie catholice ſep[...]ati ſunt: nulla iā q̄ſtio eſt: qn̄ habeāt ⁊ dare poſſint sacra: ſed ꝑniciose habent: ꝑniciosequ3 tradūt, qui extra vinculū pacis ſunt. Neutri sacro iniuria faciēda eſt ſicut nō recte habet q̄ ab vnitate recedit: ſed tñ habet: et ideo redeūti nō reddit: ſic etiā nō recte dat qđ accepit: et id qđ ab eo accipit, venienti ad vnitatē nō iterat. Ex quibus verbis Aug. ꝯſtat in oībus tam apoſtatis q̄ hereticis aut dānatis manere sacra xp̄i vasa, quātum ad ſe ⁊ sancta: licet ad dānationē ſint habentis, dantis ⁊ recipiētis.

¶ B Ex his infero, ꝙ ꝑiculoſe errāt dicētes sacerdotē in pctō mortali exiſtentē non ꝯficere: q2 ptās ꝯficiendi nō fundat in grā: nec ipſam neceſſario ꝓſupponit: ſed vt dictū eſt: in charactere sacerdotali quē ſm̄ legē ſtatutam prerequirit. In cuius ſignū chriſtus in cena cū apl'os ſuos sacerdotes ordinauit: ordinauit ⁊ iudā ꝓditorē ſuum sacerdotem ſm̄ doctores: qui tñ tunc nō fuit in grā: quia iam poſt buccellā panis intrauit in eū sathanas. Cōſtat ḡ ꝙ tunc recepit conſecrandi ptātē. Si ḡ tunc in debita materia cū certa verboꝝ forma ꝯſecrare attentaſſet: cur nō ꝯſecraſſet. Par ratio eſt de quolibet sacerdote. Unde btūs Aug. in lib. de corpore dñi ait. Intra eccl'iam catholicam in miniſterio corporis ⁊ ſanguinis dñi nihil a bono maius: nihil a malo minꝰ ꝑficitur sacerdote: q2 nō in merito ꝯſecrantis: ſed in verbo efficitur creatoris ⁊ virtute ſpūſſancti. Infero ſcđo ex ꝓdictis ꝙ illi errant dicētes, sacerdotē in mortali pctō exiſtētē nō poſſe quē abſoluere a pctīs. Patet ex eodē fundamento: q2 ptās clauiū ex chriſti ordinatione gratiā nō prerequirit, vt recipiat: ſed ptātem dūtaxat ꝯficiendi. Non enī voluit dñs aliquē hr̄e ptātem ligandi vel ſoluēdi ſup corpus chriſti myſticum: niſi haberet ptātem ſuper corpus chriſti verū. Et ſi ad hoc nulla ſit autoritas expreſſa canonis: ſufficit ritus ⁊ vſus eccl'ie: que maioris eſt autoritatis autoritate cuiuſcūq3 doctoris particularis. vnde btūs Aug. ex dictis Baſilij in quit diſt. xi. eccleſiaſticarū. Eccleſiaſticarū inſtitutionū quaſdā in ſcriptis: quaſdā vero apoſtolica traditione per ſucceſſores in miniſterio cōfirmatas accepimus: quaſdā vero conſuetudine roboratas approbat vſus: quibus par ritus ⁊ idem vtriſq3 debetur pietatis affectꝰ. Et in ep'la ad Januariū diſt. xij. illa aūt. Illa aūt, que nō ſcripta: ſed tradita ſunt cuſtodimꝰ: q̄ quidē toto orbe terrarū obſeruātur: datur intelligi vel ab ipſis apl'is: vel ex plenarijs ꝯcilijs: quoꝝ eſt i eccl'ia ſaluberrima autoritas: cōmendata atq3 ſtatuta retineri. ¶ C Sed forte qs obijceret: chriſtus priuſq̄ apl'is diceret. Quoꝝ remiſeritis pctā remittuntur eis: premittit. Accipite ſpiritūſanctū: ḡ videt ꝙ gratia ſpūſſancti requiratur ad ſuſceptionē predicte ptātis. Ad qđ dicendū ꝙ ſpūſſanctus dupliciter et datur ⁊ accipit: videlicet in gratia gratūfaciēte: ⁊ in grā gratis data. Primo mō datur ad ꝑſonalem ſanctificationem recipientis. Secūdo mō nō ſemꝑ ad perſonalē ſanctificationē: ſemper aūt ad eccl'ie vtilitatem. De prima dr̄. Juſtificati gratis per gratiā ipſius, ſcʒ chriſti. glo. ꝑ gratiam chriſti q̄ donū dei eſt. Maximū autē donū ſpūſſanctus eſt. vnde ⁊ dr̄ ibidem. c. v. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus veſtris ꝑ ſpm̄ſanctū q̄ datus eſt vobis. Gratia aūt que iuſtificat charitas eſt: aut ei inſeparabiliter coniuncta: q̄ datur ſemꝑ ad ſanctificationē: q2 ipſa eſt q̄ operit multitudinē pctoꝝ. De ſcđa .j. Cor. xij. Alij ꝑ ſpiritum datur ſermo ſapientie: alij ſermo ſcientie ſm̄ eundē ſpm̄ alij fides in eodē ſpū: alij gratia ſanitatū in vno ſpū: alij operatio virtutū: alij ꝓphetia. Premiſit aūt apl's. Unicuiq3 datur manifeſtatio ſpūs ad vtilitatem. Diuiſa ſunt dona: nō ad meritū alicuius ſingulariter dantur: ſed ad vtilitatem eccl'ie edificande. Qđ aūt non detur ad ꝑſonalem vtilitatem: patet: q2 ſic datur ⁊ reprobis: q̄bus allegantibus in iudicio recepta dona ⁊ dicētibus: Domine nōne in noīe tuo ꝓphetauimus: ⁊ in noīe tuo demonia eiecimus: virtutes multas fecimus: dicturus eſt dominꝰ Nunq̄ noui vos. glo. i. in nullis approbaui. Itaq3 apl'i in ptāte ligandi ⁊ ſoluendi, receperūt quidē ſpm̄ſanctū: q2 ipſa poteſtas ligandi atq3 ſoluendi donū eſt ſpūſſcti: ſed gratis datum. Unde non dixit dñs. Accipite gratiā ſpiritusſancti, vt accipiatis ptātem remittendi pctā: vel vt remittatis pctā: ſed ait. Accipite ſpm̄ſanctū quoꝝ remiſeritis pctā ⁊c. quaſi di. Accipite donū ſpūſſancti, ptātem ſcʒ remittendi pctā: ⁊ accipientes hoc donū ſpūſſancti, ſpm̄ſanctū recipitis. Nec tñ negandū ꝙ xp̄s dedit his verbis ⁊ ſigno flatus apl'is augmentū grē ⁊ charitatis. Sed nō dedit illam vt diſpoſitionē preuiā, neceſſario requiſitam ad ſuſceptionē poteſtatis clauiū: ſed tanq̄ diſpoſitionez de cōgruo vt digne recipiatur: ſicut ⁊ nūc gratia cōfert in collatione ordinū: niſi impediat obex in ſuſcipiēte ad dignā ptātis executionē. Unde etſi nō ad ſuſceptionem: neq3 ad executionē poteſtatis clauiū ſimpliciter requiritur gratia gratūfaciens: requirit tamen ad dignā ptātis clauiū ſuſceptionē, eiuſq3 dignā executionē. Unde ſicut ordinādus ſe diſponere debet, vt ſine pctō recipiat ordinis sacramentū: ita etiam curet mūdus eſſe a peccato: vt digne actum recepte exequatur ptātis: q2 teſte btō Aug. ꝯtra donatiſtas. Nemo digne abſoluit: niſi colūba vel columbe mēbra. Colūba .i. chriſtus. Mēbrū colūbe, i. peccato mūdus. ¶ D Et pro dictoꝝ ꝯfirmatione, pōt arguī per locū a maiori: ſi ad recipiendū ⁊ exequēdum poteſtatem ꝯſecrandi verū corpus xp̄i, non requirit neceſſario grā gratūfaciens in miniſtro q̄ maior eſt: multominus requiritur in ptāte minus digna, reſpectu ſcʒ corporis chriſti myſtici: ſed ibi nō requirit: vt dictum eſt: ḡ nec hic. Concordat his magr̄ diſt. xix. lib. iiij. allegans illud Hiero. ſuꝑ illo verbo Matth. xvi. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Dat deus benedictionē digne poſcenti ꝑ indignū miniſtrū. Fallit aūt ⁊ fefellit multos vulgata ſniā: q̄ ligatus eſt, aliū ſoluere quō pōt. Qđ vtiq3 verū eſt de ligatura corporali: ⁊ dum hec mēbra ligata ſunt: quibus ⁊ nō alijs ſoluere pōt. Alioq̄n nihil ꝓhibet pedibus cōpeditū, ⁊ manibꝰ liberū, vincula alterius ſoluere. In ꝓpoſito aūt nulla eſt ligatura corporalis: ſed dūtaxat ligatio ꝑ preceptū. Preceptū enī videt sacerdotibꝰ, vt digne ⁊ iuſte opera ſui miniſterij exequātur: nā Leui. xxi. precipitur: Hō de ſemine aaron qui habuerit maculā: nō offerat panes corā dño: nec accedat ad miniſteriū eius. Per maculam vitiū intelligit: vt dicit glo. vñ Aug. Ablata eſt oīs dubitatio. Nemo ſummoꝝ vel ſecūdoꝝ sacerdotum debet ad ſancta accedere, ſi immundus eſt. Imo videt eſſe de iure naturali: vt hō ſancta ſancte ꝯtractet: vt dicit ſanctus Tho. in. iiij. vbi infra. Item iuſte qđ iuſtum eſt exequeris. Sacerdotes qui accedūt ad dñm ſanctificentur: ne percutiat eos. Et per Eſa. ꝓcipit dñs. Mundamini q̄ fertis vaſa dñi. Eiuſdem. lij. ¶ E His alijſq3 autoritatibus moti ſctūs Tho. Alber. Petrus de thará. dicūt, ꝙ ſuſcipiens vel exequēs ordinem in peccato mortali, mor-

Ro. iij. — puer. x. — ⁊. j. Pe. iiij. — Matth vij. — Deute. xvi. — Exo. xix.

taliter peccat: q: facit ꝯtra preceptum diuinū. Unde sanctus Tho. in. iiij. scripto dist. xxiiij. q. iij. dicit ꝙ sanctitas vite requirit ad susceptionē ordinis cuiuslibet: nō de necessitate sacramēti: sed necessitate p̄cepti. Un̄ si malus ordinatur: nihilominus ordinem habet/tn̄ cū pctō: nā in quolibet ordine quasi p̄sumptuosus mortaliter peccat: qui cū ꝯscia pcti mortalis ad ordinē accedit. Hoc quoad ordinis susceptionē. Sed quoad executionē actuū ordinis subdit circa finē. q. Lex p̄cipit vt hō iuste ea q̄ iusta sunt exequatur. Et ideo quicūq̄ hoc qd̄ sibi cōpetit/scȝ rōne ordinis facit indigne: qd̄ iustū est iniuste exequitur: et contra p̄ceptū legis facit: ac p hoc mortaliter peccat. Quicūq̄ aūt cū pctō mortali aliqd̄ sacrū officiū ptractat: nō est dubiū qn indigne illud faciat: vnde patet ꝙ mortaliter peccat. Et infra. Quādocūq̄ minister exhibet se in aliquo actu vt ministrū eccl̄ie in mortali pctō/mortaliter peccat: et totiens mortaliter peccat quotiēs hmōi actū facit: q: vt dicit Dionysius ca. j. celestis hierarch. Immūdis nec symbola. i. nec sacramētalia signa tangere fas est. Un̄ quando tāgunt res sacras q̄si suo officio vtentes/mortaliter peccāt secus si in aliq̄ necessitate aliqd̄ sacrm̄ ꝯtingerēt vel exequerētur: in eo casu in quo etiam laico liceret: sicut si baptizaret in articulo necessitatis. Vel si corpus xp̄i in terra ꝯiectū/colligeret. Loquitur semp de existēte in pctō mortali. Hec snīa etsi nō oībus placet tanq̄ nimis dura: videtur tn̄ firmis scripture radicibus innixa. Et ideo eccl̄ie ministris solicitius formidāda. ¶ F Sic ḡ in ꝓposito nō est nisi ligatura p̄cepti/ꝓpter quā factū ꝯtra p̄ceptū nō est irritum: q̄uis peccent p̄ceptū transgredientes. Et est simile in ciuilibus. Precipiat dn̄s seruo suo/ne certū vinculatū soluat: iam seruus ille ligatus est/eo modo quo precepto ligari dicimur. Cōstat aūt ꝙ seruus ille cōtrauenire pōt p̄cepto dn̄i et ligatū soluere. Qd̄ si facit: nō minus solutus est q̄ vinctus fuerat: q̄ si p̄ceptum de nō soluendo sup ipsum latū nō fuisset. Ita in ꝓposito. Preceptū non ligat corporaliter seu realiter ptātem clauiū/ne ipam habens possit exire in ptātis actum: sed ligat ne licite possit sed nec pctō mortali ligatur/ne aliū a mortali soluere possit: qm̄ etsi mortali pctō ligatus est/ne possit pficere actus meritorios: et ita quasi pedibus bonarū affectionū tenetur ꝯstrictus: nō tn̄ ligatus est pctō mortali quātum ad illud quo soluit. i. ptātem clauiū q̄ manibus aīe poterit cōparari. Claudicat ḡ popularis illa similitudo transferendo ligationē corporalē ad ligationē p ꝓhibitoriū preceptum vel p mortale pctm̄. Et rōnabiliter misericorditerq̄ dn̄s ordinis ptātem siue ad suscipiendū: siue ad exercendū impediri noluit simplr pctō suscipientis et exequētis: ne hierarchicus ordo eccl̄ie instabilis fieret/incertus totusq̄ cōfusus. Cum eīn nemo sciat an amore vel odio dignus sit: et hoc de seipso: multominus de alio nunq̄ securi esse possent subditi: sed nec p̄sidentes. Quippe semper dubitare haberent pctōres/an fuerint rite vere et sacramentaliter absoluti: cū semp dubitarent de mundicia sacerdotis ex multis ꝯtra eos ꝯceptis suspitionibus. Sed et ipsi sacerdotes/si ptātem in ordinatione rite susceperint: si etiam recepta potestate vere consecrent. si absoluant &c. cum se tūc vel nūc charitatem habuisse aut hr̄e ignorent. Et licet in his nō possit haberi certitudo euidētie absq̄ diuina reuelatione/ꝓpter intentionē ordinantis/consecrantis/absoluētis q̄ alijs ignota est: s̄m illud. Homo videt q̄ patent: deus aūt intuetur cor. Credibilius tn̄ est/et verisimilius intentionē debitā fuisse cōsecrandi/ꝯferendi/ordines recipiendi et ḡnaliter exequēdi/q̄ oppositū. Securus de ministroꝝ sctīrate. ¶ G Preterea nō videt diuine bonitati ꝯsentaneū/alterū p alterius iniquitate puniri: in his p̄sertim q̄ ad salutem ptinent: dū ille alteri in sua malicia nō cōicet. Sed si pctōrem ꝯfitentē: et ad absolutionē recipiēdā s̄m humane fragilitatis possibilitatē se disponentē: sacerdos ꝓpter occultū suū peccatū nō absolueret: puniretur pctō: ꝓpter pctm̄ alienum cui nō cōicasset. contra illud. Filius nō portabit iniq̄tatem patris. Iusticia iusti sup eum erit: et impietas impij sup eum erit &c. Iterum rōnabile est/vt deus assistat sacramēto puie ad pctōꝝ remissionem quā significat. Assistat dico certitudinaliter respectu significati in fieri: ne ꝓpter signi incertitudinē negligat qs sacramentū suscipere. Nam quis homo sue fame zelator alteri hoi cordis sui secreta forefacta aperiret: nisi firmissime crederet deū assistere sacerdoti ad remissionē suoꝝ pctōꝝ: dū in se confitente nō sit obicis impedimentū. Nemo pro re dubia et pene neutra rem tā difficilem et naturali inclinatione cōtrariā: qualis est pctōꝝ ꝯfessio: subiret: q̄ necessario p̄requirit sacrāli absolutioni. Hec paulolatius de ptāte ordinis inserere placuit: que materie nostre nō impertinentia videbantur.

[Marginal notes: Deute. xvi. — Eccl̄s. ix — j. Regū xvi. — Ezech. xviij.]

¶ Lectio. iij. A

Tertia potestas ē potestas dispositiōis ministroꝝ eccl̄ie: quoad determinationē iurisditionis ecclesiastice. vt euitetur ꝯfusio et dissensionis materia: et in pplo et inter ministros/si hi equaliter et indistincte de oī pplo curā haberēt. Et hec ptās collata est singulariter petro et eius successoribus: vbi ait ei singulariter xp̄s. Pasce oues meas. Idipsum tertio repetens. i. sis pastor et p̄latus generalis: vt scȝ ad te ptineat dispositio et regimē generale ouiū et ouilis. ¶ Pro quo ad maiorem eoꝝ q̄ dicta sunt: elucidationē notandū/ꝙ iurisditio cōsistit in quadā p̄latione seu superioritate sup certam plebem vel psonam. Quia dr̄ iurisditio quasi autoritas vel potestas dicendi ius. Hoc aūt nulli cōpetit respectu alterius: nisi sup ipm̄ habeat quādam p̄lationē. Et diuiditur quātū ad ꝓpositū sufficit: q: q̄dā est coerciua: de q̄ infra dicetur: quedam nō coerciua: et hec est que requiritur in foro interiori ad absolutionē pctōꝝ: q: hec ministrat materiā priori potestati/ligandi scȝ et soluendi. hec ptās iurisditiōis in sua plenitudine residet i summo pontifice/quoad totā eccl̄iam vniuersalem: q: ipsius solius est vniuersaliter instituere rectores et p̄latos in ecclesiastica hierarchia: cū ipsi soli dictū sit. Pasce oues meas. Ubi christus non distinxit inter has et illas: sed generaliter omniū curā sibi cōmisit. Ab eo ergo descendit mediate vel īmediate ois ecclesiastica iurisditio in inferiores p̄sidentes: quos vocat ad se in partē solicitudinis: cū ipse vocatus sit in plenitudinē potestatis: vt in ca. Ad honorē. de autoritate et vsu pallij Innocē. iij. In inferioribus vero p̄latis est hec potestas limitata/s̄m summi sacerdotis rationabile arbitrium. Unde eps̄ nullos pōt ligare vel soluere nisi de sua diocesi: vt in ca. Nullus. de parochijs et alie. paroch. Sic etiam curatus in alienos sue parochie nō subiectos absoluendi nullam habet potestatem. Unde. xiij. q. j. Ecclesias. dicitur: Statuimus vt nullus alterius parochie terminos aut ius inuadat. Sit vnusquisq̄ suis terminis contentus: et taliter ecclesiam et plebem sibi cōmissam custodiat: vt ante tribunal eterni iudicis ex omnibus sibi cōmissis rationem reddat: et nō iudicium: sed gloriā pro suis actibus percipiat. ¶ B Hec potestas iurisditionis in foro anime interiori non est potestas ordinis: nec confertur in ordinis susceptione. Nam eoipso quo aliquis ordinatus est presbyter: non est constitutus prelatus: nec curator alicuius persone vel plebis. Presupponit tamen eam: et fundatur in potestate ordinis sacerdotalis: quia nulli cōmittitur nisi sacerdoti potestatem clauiū ex ordine habenti. Non eīn per potestatem iurisditionis datur noua potestas absoluendi sacramētaliter: sed materia subijcitur: in quā accepta ptās clauiū valeat exerceri. Coherent ergo sibi he due potestates clauium et iurisditiōis quantū ad foꝝ aīe. ita ꝙ vna sine alia nō sufficit ad soluendū a pctis. Nō sufficit dico/nedū ad ordinate et licite absoluendū: sed simpliciter ad absoluēdū: ita ꝙ si sacerdos tētauerit absoluere nō suū: nō mō pec

[Marginal notes: Job. vl.]

cat mittendo falcem in messem alienā: sed omnino nihil facit: q̄m a nō suo iudice ligari nullus valet vel absolui: in. c. q̄d autem. de peni. ꝛ remis. ꝛ eo. titu. c. Omnis. dicit Inno. iij. Cum volentem cōfiteri nō suo sacerdoti id fieri debere decernit de fauore ꝓprij sacerdotis: cā̄m subdit dicēs: Cum aliter ipse illum nō possit soluere vel ligare. Itaq̄ ad absoluendū requirit̄ potestas clauiū: ꝛ materia in quā absolutio recipiatur seu ad quā terminet̄. Sicut tam in naturalibꝰ, q̄ artificialibꝰ ad agendū requirit̄ potentia seu virtus agēdi, ꝛ materia in quā actio terminetur. Potestas itaq̄ agēdi, potestas est clauis. Materia ꝓpinqua siue ꝑ se, est peccatū. Materia secūdaria siue per accidens, peccator subditus. Subditus dico duplici subiectiōe: subiectione scꝫ volūtaria: ꝛ subiectione prelati supioris. Utraq̄ subiectio req̄rit̄: nā quātūcunq̄ peccator sit subiectꝰ per prelatū sacerdoti parochiali: nisi tm̄ volūtarie se subijciat eidē: a peccatis nō absoluetur. Quis em̄ diceret aliquē inuitū absolui in foro cōsciētie. [illegible] quantūcunq̄ quis voluntarie se subijciat alicui sacerdoti: nisi talis sibi prefectus sit a supiore: absoluere eū nō potest. Facit ad hoc. c. peruenit. xvi. q. i. Ubi paschasius papa decernit nullū penitētiā ac peccatorū remissionē dare posse absq̄ ꝓprij epi fauore vel aplice sedis autoritate: prout hoc de monachis specialiter statutū est in cōcilio chalcedonen̄. ea. q. c. qui vere. Et h̄ quidē rōnabiliter: ne scꝫ p̄beat̄ incētiuū delinquēdi. Qd̄ certe preberet̄. si q̄libet ꝓ sua volūtate posset a quocūq̄ sacerdote absolui. Tolleret̄ etiā ex hoc nō parū erubescentia peccatoris: q̄ magna pars est satisfactiōis. Tolleret̄ insuper cura ꝛ solicitudo sacerdotū: quā adhibent circa salutem suoꝝ subditoꝝ: si pro libito subditoꝝ viderēt se contemptos in huiꝰ sacramēti susceptione.

¶ Ex his infero correlariū: q̄ sacerdotes simplices nō curati, nō possunt sibiīnuicē absolutiōis bn̄ficiū impēdere, sine sui superioris fauore cōcurrēte. Patet ex dictis: q: nullus eoꝝ habet sup aliū iurisditionē. Neq̄ em̄ sacerdotes excipiūtur ab illa sacra lateranen̄. cōcilij cōstitutione qua precipit̄ oībus vtriusq̄ sexꝰ fidelibꝰ suo proprio sacerdoti: vel de eiꝰ fauore petito ꝛ obtēto alteri cōfiteri. de peni. et remis. Omnis. Qd̄ vo ibi addit̄: ad minus semel in anno: specificat p̄ceptū, quantū ad partem eius affirmatiuā: s̄m quā nō obligat ꝓ semꝑ: sed pro certo tēpore. Sed nō dat libertatē extra id tēpus cōfiteri alieno sacerdoti: q: eadē causa est extra id tēpus specificatū ꝛ in illo. Illa scꝫ q: vtrobiq̄ deficit iurisditio sacerdoti alieno. Hinc de peni. dist. vi. Placuit. Urbanus papa scd̄s generaliter statuit: ne quis sacerdotū alienū absoluat. Ait em̄: Placuit vt deinceps nulli sacerdotū liceat quēlibet cōmissum alteri sacerdoti, ad penitētiā suscipere, sine eius ꝯsensu cui primo se cōmisit. Glo. sup verbo cōmisit. i. cuiꝰ parochianus est. ꝛ causam addit glo. Ab alio em̄ nō p̄ōt ligari vel solui. Uerū de isto cōsensu req̄sito altercatio est inter doc. quibusdā̄ dicētibꝰ: q̄ req̄rit̄ cōsensus exp̄ssus sui prelati aut sacerdotis. Ad h̄ multa iura adducunt̄: inter q̄ est. c. Ois allegatū. Ubi notāter d̄r: de licētia petita ꝛ obtēta: q̄d requirere videt̄ expressuꝫ cōsensum. Alijs videtur q̄ sufficiat licēt ia tacita: ita q̄ si epūs scit talia cōiter fieri a sacerdotibus: ꝛ nō reclamat sed sustinet: eoipso p̄sumēdū est eū tacite approbare. Un̄ Hostien. ꝛ Guil. dicūt: cū est de more alicuius ecclesie vt vnus sacerdos audiat alium sacerdotē, ꝛ absoluat: ꝛ epūs hoc sciēs fieri cōiter tolerat potest fieri: q: eoipso presumit̄ tacite approbare ꝛ licentiam dare. Idem refert asten̄. in sum. lib. v. titu. xx. Cōcordat Guilhelmus de mōte ludu no: ꝛ Ray. in sum. lib. iij. His etiam consonat eximius doctor Joh. gerson cancel. in multis locis siue scriptis suis: noīatim in tractatu de cōtractibus ꝓpositione. xvi. dicens: Ubi papa vel ecclesia aut legislator scit: q̄ cōstitutiones sue, vel nō publicātur: sed dantur obliuioni: vel nō approbantur moribus vtentium: sed passim declinant in oppositum: tunc constitutiones ille desinūt habere vim obligationis, tanq̄ abolite ꝑ nō vsum vel cōsuetudinē oppositā: que est optima positiuarū legū interpres. Alioqn tolerantia pape vel alteriꝰ legislatoris esset sibimet repugnās ꝛ populis noxia. Fundant̄ in hac radice, dicit abolitiōes cōstitutionū quasi sine numero positarum in decretis: etiā que in generalibꝰ cōcilijs tradite sunt: vt de ieiunādo q̄nquagesimā, quartā, sextā, ꝛ septimā ferias. Uel q̄ sacerdos celebrās duos habeat assistētes. de quo clare habet̄ distin. iiij. In istis. ꝛ. c. Deniq̄. Ita in ꝓposito, ꝛ iuo illud quo ꝓhibet̄ ne aliquis cōfessorē presumat eligere: nisi cū certa autoritate: quoad sacerdotes abolitū videt̄: Cuꝫ passim q̄libet sacerdos cōfessionē alteriꝰ cuiuslibet sacerdotis audire nō vereat̄. Que cōsuetudo: si dicat̄ corruptela: vix apud sacerdotes salutis erit status.

¶ Sed forte dicis: Ad absoluēdū requirit̄ iurisdictio in absoluente: q̄ illā tribuit. P̄ōt dici q̄ prelati dū vidētes suos subditos sacerdotes sibi mutuo cōfiteri sine sp̄ali licētia: nō ꝓhibēt, arguūt, nec puniunt. Hocipsum nō faciendo rationabiliter iudicātur tacite cōsentire: ꝛ per hoc iurisditionis determinationē quoad hūc vel illum (cū sit de iure positiuo: q̄d variationē recipit per tacitam reuocationem) abrogare. Immo nō debet subditus facile habere opinionē malā de suo prelato: eūq̄ iudicare immemorē salutis ꝓprie ꝛ suoꝝ subditoꝝ: maxime in his in quibus eū saluare p̄ōt. Sic ergo huic cōsuetudini cui tacite consentiunt: nō reclamādo prelati iurisditionē tribuūt. Nec mirum cū etiā in ceteris causis ꝛ negocijs cōsuetudo det iurisditionem nō habenti: vt in. c. Dilecti. de arbitris: vbi habet̄ q̄ cōsuetudo approbata dat mulieribꝰ quibusdaꝫ in subditos ordinariā iurisditionē cōtra legē scriptaꝫ: q̄ precipit q̄ femine a publicis officijs sint remote. Sed adhuc cōtra dicta sic opināti ū videt̄ esse. c. Si epūs. de peni. ꝛ remis. lib. vi. vbi d̄r: Nulla quoq̄ potest consuetudine introduci: q̄ aliq̄s preter sui supioris fauorē, cōfessorem sibi eligere valeat: qui eūꝫ possit soluere vel ligare. Ubi glo. sup verbo consuetudine, dicit. Est em̄ onerosa ecclesijs: ideo nō valet: ꝛ de cōsuetudine. c. ij. Ex eo frangit̄ ecclastice discipline neruus de cōsuetudine venerabilis. Etiā esset hoc cōtra obedientiā principis p̄scribere: q̄d esse nō p̄ōt. De p̄scriptionibꝰ: cū nō liceat. Hec ibi. Ex his videt̄ q̄ cōsuetudo in casu nostro nō tribuat iurisditionē: cū per. c. allegatū expresse reprobet̄. Qui vult tenere opinionē istā: posset dicere q̄. c. dicit sine supioris licētia: sine qua vtiq̄ electus confessor nullā habet iurisditionē: que tm̄ iurisditio necessario requirit̄. Hic aūt accedit licētia: licꝫ nō expressa: tm̄ tacita. Et ita. c. hoc nō est cōtrariū predictis: ꝓpter hoc tm̄ capl'm, dn̄s Antoninus recedit ab hac opinione, dicēs eam nō esse multū tutā parte. iij. titu. xiiij. c. xix. Opinio scd̄a est magis pia pro excusatione sacerdotū: sic sine expresso fauore se absoluentiū mutuo. Sed prima est magis tuta. maxime: q: rationes ꝛ cause: ꝓpter q̄s iurisditio in ecclia distincta est ꝛ determinata: nō minus locū habēt in sacerdotibꝰ (quoꝝ nōnulli vtinā hodie essent sicut populus) q̄ in laicis in quibus libera cōfessoris electio sine expresso supioris fauore reprobatur. Un̄ vtile foret: vt p̄lati suis sacerdotibꝰ fauorē expressuꝫ tribuerēt: vt sic secure ꝛ sine scrupulo cōsciētie se mutuo possent absoluere: vel si id minus expedire videret̄: q̄ expressa ꝓhibitiōe eiusq̄ efficaci executiōe hūc abusum seu corruptelam e medio tollerent. Securum quoq̄ esset sacerdotibus formidolosis et timoratis: immo vere omnibus: vt fauorem a suis curatis vel superioribus prelatis verbo vel scripto obtinerent confitendi quem elegerint sacerdoti. Esset etiaꝫ tutum scrupulosis nō absoluere: nisi hmōi fauorē assecutos.

¶ Scd̄o infero: q̄ sacerdos nō solum non alienū: sed nec a quolibet crimine absoluere potest suū subditum confitētem. Patet: quia sicut per autoritatē supioris ministrari oportet materiā quantū ad personā absoluendam: ita etiam

quantū ad peccata a quibus absolui debet. Utraqꝫ enī ⁊ peccatoꝛ ⁊ pctā sunt materia ptātis clauiuꝫ ⁊ sacri pnīe. Et peccata quidē materia ꝓpinqua. Peccatoꝛ vo remota: qꝛ ꝓpter peccata ↄfitēs est materia: q̄ sine pctis absolutionis capax nō esset. Nō enī soluit nisi ligat^9. Etsi innocēs cōfessori se offerre posset: nō tn̄ posset cōfiteri vel absolui: cum cōfiteri sit se de peccatis accusare. Et absoluere sit a peccatis liberare: vel ab eis liberatuꝫ iudicare ac ꝓnūciare. Nunc ergo summus hierarcha: cui^9 est potestatē iurisditionis aliis impertiri: sicut partitus est personas/parochias ⁊ dioceses: ita et peccata partiri pōt. Et sicut nō omnib^9 quos in partem solicitudinis assumpsit: oēs generaliter subiecit. Ita ⁊ subiectoꝝ nō oīa peccata subegit: sed quedā grauia ⁊ enoꝛmia peccata sibi: quedā epīs reseruauit: cetera inferioꝛib^9 curatis cōmisit. Sed ⁊ epi quoꝝ est tradere materiā immediate subiectis: ꝑ eoꝝ institutionē ad cur ā agend ā ꝑpl'/tantū institutis ↄcesserūt: quātū sibi pro bono regimine populi expedire iudicarūt. Ne si etiā maioꝛa peccata eoꝝ potestati subiicerēt: facilitas venie incētiuū preberet delinquēdi: ideo etiam sibi quedā reseruarūt. In oībus itaqꝫ his/vel reseruationib^9/siue cōcessionib^9: potestas clauiū in oꝛdinationib^9 oībus equaliter collata: neqꝫ extendit: neqꝫ restringit: sed illimitabilis manet in sua radice. Dūtaxat autē vsus illi^9 potestatis impedit: pro quāto tollitur materia circa quā hmōi potestas posset exerceri. Sicut qui fabro tollit ferrū: nihil artis vel potestatis fabricādi aufert: sicut nec cōfert ferrū tribuendo. Impedit autē vsum eius ꝑ materie subtractionē. Et sicut hierarchis aliqn̄ partim subtrahitur ⁊ partim ministrat: qn̄ certo populo/⁊ eoꝝ certis nō omnib^9 peccatis absoluēdis preficiunt. Ita nōnunq̄ per suspēsionē ab officio ⁊ grauioꝛes penas: puta excōicationē: depositionē: aut degradationē oīs materia subtrahitur: ⁊ vsus potestatis clauiū penit^9 impedit. Ita vt neminē ab aliquo pctō absoluere possint taliter suspēsi. ⁊ si attētarent: nihil facerent. ¶ F Ex his tertio infero q̄ nō est sīle de ptāte cōsecrādi: ⁊ ptāte absoluēdi quātū ad earū exercitiū. Patet: qꝛ illa impediri nō pōt simpliciter ꝑ supioꝛis autoꝛitatē. Ista vo simplr pōt impediri. patet ex pmissis. Hui^9 rationē assignat Sco. in. iiii. dis. xix. q. j. arti. iiij. qꝛ ptās cōsecrādi est q̄si potētia ꝓpinqua: q̄ hꝫ materiā in natura panē scꝫ triticeū. Nec aliqd aliud ↄcurrit seu reqrit. Ut enī panis sit materia: non reqrit q̄ sit a cōsecrante tanq̄ res ꝓpria possessa. Uel q̄ sit ab illo vel isto coctus vel ministrat^9: qꝛ oēm triticeū panē sacerdos pōt cōsecrare/ad quē dirigit cōsecrādi intētionem. Sed ptās clauiū est q̄si potētia remota/nō habēs materiā in natura: qꝛ materia huius ptātis nō est simplr pctōꝛ penitēs: sꝫ pctōꝛ penitēs subdit^9 duplici subiectiōe. Quā subiectionē pctōꝛ nō hꝫ a natura: sꝫ ab autoꝛitate supioꝛis: ⁊ ideo ꝑ euꝫ sit materia dū subiicit: ⁊ desinit esse materia/dū subiectio reuocatur. Cuius causa supra explicita est. ¶ G Quarta ptās: est ptās aplātus. i. autoꝛitas ꝑdicādi: quā tradidit dn̄s discipulis: dū in die ascēsionis ait. Eūtes in mūdū vniuersuꝫ: ꝑdicate euāgeliū omni creature ⁊c. Mar. vl. Hec ptās nō cōfert ex vi oꝛdinatiōis sacerdotalis: nec par est in oīb^9: sed dūtaxat est ꝑmū aplīs collata: q̄s misit ꝑdicare toti oꝛbi in loco iā allegato. Cōcessa est ⁊ septuagintaduob^9 discipulis/nō ꝑ totū oꝛbeꝫ: sꝫ tm̄ ꝑ loca ad q̄ xp̄s erat ꝑsonaliter vētur^9: vt pꝫ Luce x. vbi dꝛ: Designauit dn̄s ⁊ alios septuagintaduos discipulos: ⁊ misit illos binos ante faciē suā in oēm ciuitateꝫ ⁊ locū quo erat ipse vētur^9. Hoꝝ typū ⁊ figurā gerūt modo in eccl'ia epi ⁊ curati. Aploꝝ/epi. septuagintaduoꝝ discipuloꝛum curati: vt in canone: In nouo. xxi. dis. Ceteri vo quō predicabūt nisi mittant. Et h̄ vel a deo immediate: qd̄ pꝛobabunt per signa sicut moyses: vel per scripturā: sicut iohānes baptista speciale sue missionis testimoniū de scriptura protulit: dī. Ego vox clamantis ⁊c. Uel a petro aut eius successoꝛe/mediate vel imediate: ⁊ hoc pꝛobabunt per munimēta. de quo in. c. cū ex iniūcto. de hereticis dꝛ: Cum doctoꝛuꝫ oꝛdo sit quasi precipuus in ecclesia: nō debet sibi quisqꝫ indifferēter ꝑdicationis officiuꝫ vsurpare. Nam fm̄ aplm: quomodo ꝑdicabunt/nisi mittantur. Et veritas ipsa ꝑcepit aplīs: Rogate dn̄m mes. vt mit. o. in mes. suā. hec Inno. iij. Et Leo papa vt habetur in. c. Ita dn̄s. dist. xix. ait: Ita dn̄s noster iesus christ^9 humani generis saluatoꝛ instituit: vt veritas que antea legis ⁊ ꝓphetarū preconio cōtinebat: per apostolicā tubā in salutē vniuersitatis exiret. sicut scriptū est: In oēm terram exiuit sonus eoꝝ: ⁊ in fines oꝛbis terre verba eoꝝ. Sed huius muneris sacramentū: ita dn̄s ad oīm aploꝝ officiū pertinere voluit: vt in beatissimo petro oīm apostoloꝝ summo principaliter collocaret: vt ab ipso quasi a quodā capite dona sua velut in coꝛpus omne diffunderet. Sed cōtra illa videt: q̄ etiā diacono cōferat predicādi potestas in sua oꝛdinatiōe: cū accipiēs textuꝫ euāgelij de manu epī/dicit ei: Accipe potestatē legendi euāgeliū in ecclesia dei pro viuis ⁊ mortuis. Cū aūt ōlibet [illegible] ter sit diaconus: nisi forte per saltū promotus: sequitur q̄ ex oꝛdinatione habeat hāc potestatem: ⁊ ita erit potestas oꝛdinis nō iurisditionis. Respōdet: q̄ diacono non cōfert hec potestas in sua oꝛdinatione. Cū enī diaconus accipit textuꝫ euāgelij de manu epī/nō dicitur ei: Accipe potestatē docēdi ⁊ predicādi euāgeliū: sed accipe potestatem legendi euāgeliū in ecclesia dei: tam pro viuis q̄ pro defunctis: In nomine dn̄i. Ex quo magis insinuatur eos tūc recipere orandi officiū: q̄ predicādi vel docēdi. Et q̄ ipsa recitatio euangelice lectionis/magis sit oratio ad aliquid impetrandum pro viuis ⁊ mortuis: q̄ populi edificatio. Absurdū enī intellectu/et dictu est: vt docens vel predicās euangeliū: docere aut predicare intelligat pro viuis ⁊ mortuis. Hec Guil'. de sacramētis trac. de oꝛdine/statim post ꝑncipiū. ¶ H Quinta potestas est potestas coerciue correctiōis in foro exterioꝛi: quā ecclesia exercere pōt in inuitū: ad dirigendū subditos in finē beatitudinis eterne. Hāc cōtulit petro christus / cū dixit ei vice oīm: Si peccauerit in te frater tuus corripe eū ⁊c. Et sequit: Si te nō audierit: dic ecclesie: q̄ si ecclesiā nō audierit: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus. Et in h̄ loco fundat iuridica potestas excōmunicādi ⁊ interdicēdi ab ecclesiasticis sacramētis et fidelium cōmunione: qua vsus est apostolus dū exhoꝛtās titū: ait: Hereticū hominem post primā ⁊ secūdā correptionē deuita. Fundatur ⁊ in hoc textu: nedū potestas excōmunicādi: sed et potestas diffiniēdi/discernēdi/⁊ statuendi pꝛecepta/leges/⁊ canones. in hoc qd̄ subdit: Quecunqꝫ ligaueritis super terrā ⁊c. ¶ I Sexta potestas/est potestas accipiēdi vite necessaria ab his quib^9 spiritualia administrāt. Hāc cōtulit dn̄s: dū missis ad predicādū aplīs dixit: Edentes ⁊ bibētes que apud illos sunt. Dignus est enī operarius mercede sua vel cibo suo. Qd̄ et apl's deducit ex radice multiplici. j. Coꝛ. ix. dicēs: Quis militat suis stipendiis vnq̄: Quis plantat vineā: ⁊ de fructu ei^9 nō edet: Quis pascit gregē: ⁊ de lacte gregis nō manducet: Si nos vobis spūalia seminamus: magnū est si carnalia metamus. Et post pauca: Nescitis: qm̄ qui in sacrario operantur: q̄ de sacrario sunt/edūt: et qui altario deseruiūt: cū altario participāt. Ita ⁊ dn̄s oꝛdinauit qui euāgeliū annunciāt: de euāgelio viuere. Hec paulus. Fundat in hac potestate sumēdi vite necessaria/rationabilitas dotationis ecclesie loco decimarū ⁊ pꝛimitiarum legis. Ex hac potestate inuestigari posset: an sint elemosyne que ecclesiastici de suis bn̄ficiis percipiunt: sed extra ꝓpositum est. Annexa fuit potestati predicādi verbū dei per christū potestas faciendi miracula ad cōfirmationē fidei/cum dixit: Infirmos curate: moꝛtuos suscitate: leprosos mūdate: demones eiicite. Sed in hac potestate modo ecclesiastici regulariter nō succedūt: qꝛ fides iā sufficiēter fundata non indiget miraculis ↄfirmari fm̄ beatū Greg. xxvij. moꝛa.

Mat. xviij.

Ad titū iij.

Mat. x.

Luce. x.

Mat. x.

.ix.xiiij. Hec pro deductione potestatis ecclesiastice breuiter inserere placuit: Sed ad p̄limā potestatē consecrationis eucharistie: de qua principalis intentio: redeamus. Hec inquam in omnibus presbyteris reperit̃. Circa quā principaliter tota canonis intentio versatur.

¶ Lectio .iiij. A

Christus itaqz eterni patris filius / verus ꝛ summus sacerdos se ipm in ara crucis / ſm assumptam nostre mortalitatis substantiā / in humane redemptionis preciū immolaturus: vt tanti muneris iugis in nobis maneret memoria: ac p̄ nobis q̄ quotidie peccando labimur: quotidie mystice imolaret̃: Corp⁹ suū in cibum: ꝛ sanguinē suū in potū in nouissima cena tradidit sub eucharistie sacramēto: dum accepto pane grās egit: fregit / ꝛ dedit discipulis suis / dicens: Hoc est corp⁹ meū

Lu. xxii. qđ p̄ vobis tradet̃. Tradidit q̄z eis potestatem similiter sa ... subdit: Hoc facite in meā cōmemorationē. Et vt ostēderet hoc sacramētū in ecclesia vsqz in finē permansurū in passionis sue memoriā / adiungit: Quotienscunqz

i. Cor. xi. panē hunc manducabitis / ꝛ calicē bibetis: mortē dn̄i annūciabitis donec veniat. glo. scz ad iudiciū. Vn̄ vsqz nūc durabit ecclesia militās: ꝛ in ea eucharistia. Quō autem hunc panē mādu care possent ꝛ calicē bibere: nisi ipsum possent cōtinue cōsecrare. ¶ B Hec operatio cōsecrandi oīm nobilissima est ecclesie militāti concessarū: ppter quā merito sacerdotiū venit extollēdū. Cuius dignitas eximia nullis valet verboꝝ pompis explicari. Om̄ et linguas vicit oratoꝝ disertissimas: ꝛ culmē eminētie cuiuslibet creature. De quo beat⁹ Ambro. in suo pastorali ait: ꝛ ponit̃ in decre. dist. xcvi. c. duo sunt. Honor fratres ꝛ sublimitas ep̄alis: nullis poterit cōparationibus adequari. Si regum fulgori cōpares: ꝛ principū diademati: longe erit inferius quasi plumbi metallū ad auri fulgorē cōpares. Quippe cū videas regum colla ꝛ principū submitti genibus sacerdotū: ꝛ osculata eoꝝ dextra / eoꝝ se credūt orationib⁹ cōmuniri. Hec ille. Et licz cunctos natura homines equales: ꝛ nulla graduū alteritate dispares pduxerit: disponēdarū tamē rerū susceptū ministeriū hos et illos ceteris pretulit ꝛ prefecit. Quo fit vt tanto clericalis eminētia terrenos superet principat⁹: quāto animabus corpora: perpetuis trāsitoria: terrena celestib⁹ superant̃. Sed q̄d opus est terrenis cōparationib⁹ immorari cū ad sacerdotij autoritatē angeli celoꝝ ciues nō audeāt aspirare. Cui nāqz angeloꝝ aliq̄n dixit deus: Tibi dabo claues regni celoꝝ. Ad illos aūt: Accipite spm̄ sanctum: quoꝝ remiseritis pctā ꝛc. Et qđ lōge maius est: Hoc facite in meā cōmemorationē. Mirant̃ denique assistūt et terrent̃: ſm verbū beati Grego. iiij. dialo. c. l. ꝛ habet̃ de cōsecra. dist. ij. q̄d sit sanguis. Quis eīm fideliū dubiū habere possit in ipsa imolatiōis hora / ad sacerdotis vocem celos aperiri: ꝛ i illo iesu christi mysterio angeloꝝ choros adesse: summis ima sociari: terrā celestibus iungi: vnū qz ex visibilibus ꝛ inuisibilibus fieri. Trāsgrediēdo perinde agmina angelica / ad ipsaz celi reginā ꝛ mūdi dominā veniamus. Hec etsi in gr̄e plenitudine creaturas supgrediat̃ vniuersas: hierarchis tn̄ cedit ecclesie in cōmissi mysterij executiōe. Illa nēpe plat̄is octo v̄bulis: Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſm verbū tuū. semel ꝯcepit dei filiū ꝛ mūdi redēptorē. Isti a dn̄o cōsecrati: q̄nqz v̄bis cōtextā ꝯsecrationis formā cū debita intētione pferētes: eūdem dei v̄ginisqz filiū aduocāt q̄tidie corpaliter in sacrificiū ꝛ criminū purgationē. Illa ppetua virginitate seruata / summū celi p̄ncipē de se icarnatū / mortalē atqz passibilē mūdo ... saluatorē. Isti cōsecratiōe diuina eūdē celi terreqz principē in sacro verissime cōtentū impassibilē gloriosumqz contrectāt / victorē mortis ꝛ baratri destructorē. Hec bn̄dicta a cui⁹ laude deficit oīs lingua: natū dn̄m virgineis lactabat vberib⁹: cōtrectabat manibus; brachijs gestabat puellarib⁹: ac mille talia ꝛ infantilib⁹ christi mēbris impendit obsequia: quib⁹ educauit beatoꝝ gloriaz ꝛ terre cibatorē. Isti celestem cibū in crucis fixorio charitatis igne coctum / ore sumunt ꝛ dant ceteris: angeloꝝ videlz panē / ac dulcissimū cordis ꝯfirmatorē. ¶ C Attendite ergo o sacerdotes veri salomonis pincerne / iesu christi camerarij / atqz dispēsatores mysterioꝝ dei: attēdite i quo gradu ꝛ dignitate sitis cōstituti. Exclamat sctūs Grego. de hac vestra insignitate generosa: O inq̄t venerāda sacerdotū dignitas: in quoꝝ manib⁹ velut in vtero virginis fili⁹ dei incarnat̃. O sacrū ꝛ celeste mysteriū: qđ p̄ vos pater et fili⁹ et spiritussanct⁹ operat̃. Vno eodēqz momēto / idē de⁹ q̄ presidet in celis: in manib⁹ est in sacramēto altaris. Sup hoc tam insigni p̄uilegio stupet celū: mirat̃ terra: veret̃ homo: horret infern⁹: cōtremiscit diabol⁹: venerat̃ q̄ plurimū āgelica celsitudo. Et mellifluus Bern̄. O venerabilis sctitudo manuū: o felix exercitiū: o vere mundi gaudiū: cū christ⁹ tractat christū: sacerdos dei filiū: cui sunt delitie esse cū filijs hominū. Quis vnq̄ vidit talia: Quis huic vidit filia: Qui creauit me (si fas est dicere) dedit mihi creare se: ꝛ qui creauit me sine me: creat̃ mediante me. Hanc stupendā sacerdotij dignitatē scriptura nō valēs vni⁹ nominis significatione exprimere: hos nūc reges: nūc angelos: nunc deos crebri⁹ appellauit. Reges q̄dem Apocal. i. Fecit nos regnū et sacerdotes deo ꝛ patri suo. ꝛ. i. Petri. ij. Vos estis gen⁹ electū: regale sacerdotiū: gēs sancta: popul⁹ acq̄sitionis. Angelos vo Malach. ij. Labia sacerdotis custodiunt scientiā. Et sequit̃: q: angelus dn̄i exercituū est. Deos aūt Exo. xxij. Ad deos vtriusqz causa perueniet. glo. id est sacerdotes. Nominant̃ ꝛ alijs nominib⁹: nā dicūt̃ clerici: appellant̃ sacerdotes: vocant̃ ꝛ presbyteri. Clerici a sorte dicunt̃: q: cleros grece sors latine sonat. vn̄ primū ab apostolis cōsecratū legim⁹ sorte electū: ideoqz omnes clerici dicunt̃. Hic fuit beat⁹ matthias apostol⁹: q̄ sorte elect⁹ est cū vndecim apostolis: Et dederunt sortes: ꝛ cecidit sors super

Clerici unde

Act. i. matthiā. Dicti ergo sunt clerici: id est de sorte dn̄i: Nominant̃ ꝛ presbyteri quasi seniores. Presbyter nāqz grece / latine senior interpretat̃. Dicunt̃ aūt seniores: nō annoꝝ

Presbyteri

Sap. iiij. etate: sed moꝝ qualitate sicut scriptū est: Senect⁹ venerabilis est: nō diuturna: nec annoꝝ numero computata. Cani eīm sunt sensus hominū: et etas senectutis vita immaculata. Et iteruz: Corona dignitatis senect⁹: q̄ in vijs

Prouerbio. xvi. iusticie reperiet̃. In sensib⁹ siquidē maior est animi tranquillitas: maior moꝝ honestas: maior animi religiositas maior corporis castitas. ¶ D Hec esse debēt i clericis: maxime aūt presbyteris: q̄m ꝛ hec ipsa clericalia signa exprimūt ꝛ designāt. vn̄ beat⁹ Hieron. in epistola. Clamat vestis clericalis anime honestatē: clamat stat⁹ puritatē: clamat cult⁹ castitatē: clamat pfessio religionez: clamat officiū deuotionē: clamat studiū cōtemplatiōnē. Debent igit̃ presbyteri moꝝ prudentia ꝛ maturitate ꝯuersatiōis pcellere in populo: ait magister. iiij. sentētiaꝝ. dist. xxiiij. Appellant̃ et sacerdotes: q: sacra ministrātes seu dātes. Solis eīm sacerdotib⁹ ratione officij / inest sacrorum sacramentorū ministrandi potestas. Vel sacerdotes quasi sacra dicentes: q: verbum dei predicare habēt: horas dicere: missas celebrare. Vel sacerdotes quasi sacra conficientes: cōficiunt nāqz sacratissimū christi corpus. Hinc in eorum vnctiōe dicit episcop⁹: Consecrent̃ quesumus domine manus iste: vt quecunqz benedixerint ꝛ cōsecrauerint: sint benedicta ꝛ consecrata. ¶ E Ex premissis multe elici possunt dignitates ꝛ preeminentie euangelici sacerdotis super sacerdotē moysaice legis: quoniā excellit in benignitate electiōis: solēnitate cōsecratiōis: nobilitate ordinis: p̄ciositate operis: singularitate nutritionis potestate regiminis. Olim de vna tribu tm̄ / scz leuitica cōsecrabant̃ sacerdotes. Modo sub lege ex om̄i natione q̄ sub celo est: ad sacerdotiū assumunt̃: ſm doctrinam beati Jacobi: Nolite in personarū acceptione habe

Vn̄ dicū tur sacerdotes.

Exodi xxviij.

Jaco. ij.

re fidem dñi nostri iesu christi. Tunc fundebant oleum su
per eoꝝ capita: sanctificabant manus: dextra q̃ auricu-
(Leuitici viij.) le pollicis ꝛ pedis hostiarũ sanguine liniebant. Hodie
in sacerdotis euãgelici cõsecratione: nõ materiale oleuz
fundit sup capita ordinãdoꝝ: nec manus arietis sangui
ne inũguuntur: qm̃ nõ his peccata tollũtur: Sed desuper
dato leticie oleo grã sanctispũs in remissionẽ peccatoꝝ
perfundunt: quo potestas traditur: per quã alioꝝ etiaz
crimina expiant. Tũc habebãt sacerdotes potestatez di-
(Leuitici xiij.) scernẽdi inter leprã ꝛ nõ leprã corporalẽ: ac p hoc iudica
re hũc mundũ: istũ immundũ: habilẽ vel dignũ ad tẽpli
(Mat. xviij.) materialis ingressum. Nũc vo potestatẽ accipiũt iudicã-
di inter morbos et languores aie: egrotãtes soluere et li
gare: aperire ꝛ claudere ianuã celestis paradisi. Tũc tri-
bubus ꝛ populis mãdata dei referabãt: qui et legem ex
ore ipsoꝝ requirere iussi sunt. Malach. ij. Tũc q̃ p pec-
(Johe. ij.) catis populoꝝ inter vestibulũ ꝛ altare plorantes deum
precabãtur. Nunc vo facti iudices peccata remittunt: le-
(Joh. x.) ges statuũt: ꝛ animas ꝓprias tradere pro salute subdito
(Exo. xvj) rum summi pastoris exẽplo edocent. Tunc aliti sunt filij
leui cũ ceteris in deserto manna celesti: vermibus in diẽ
(Joh. vj.) crastinũ reseruato scatenti: quẽ patres mãducantes mor
tui sunt. Nunc vo supersubstãtiali pane/cibo angeloꝝ
(Joh. vj.) veri paschalis agni carne ꝛ sanguine esuriẽtes saturant:
qui panis est in eternũ manens: mãducanti vitã tribuẽs
sempiternã. Tunc sacerdotis officiũ fuit circa oblationẽ
pecoꝝ animaliũ irrationaliũ: ꝛ aspersionẽ sanguinis tau
roꝝ vituloꝝ ꝛ hircoꝝ. Leui. per totum. Nunc vo summo
sacerdote christo iesu assistente futuroꝝ bonoꝝ pontifi-
ce/peramplius tabernaculũ nõ manufactũ: nec hui⁹ cre
ationis: neq̃ per sanguinem hircoꝝ aut vituloꝝ: sed per
propriũ sanguinẽ semel in sancta introeunte eternam re
demptionẽ inuenit: atq̃ nouum sacrificiuz panis et vini
eiusdẽ sanguinis sui et corporis ſm ordinẽ melchisedech
instituẽte/omnia illius veteris testamẽti sacrificia abstu
lit: ecclesiã quoq̃ suã ab intolerabili iugo tot sacrificioꝝ
liberauit. Sacerdotesq̃ euãgelicos qui idẽ preciosissimi
corporis ꝛ sanguinis sacrificium sub panis et vini specie
offerrent quotidie instituit: quo conscientias nostras ab
operib⁹ mortuis mundaret/ad seruiẽdũ deo viuenti: qđ
omnia legis sacrificia nõ poterãt: vt late deducit aposto
lus ad Heb. ix. ¶ Quorsum hec tendunt: nisi vt sacerdo
tes nostri tanta sua dignitate/virtute ꝛ potestate desup
nullo humano precio merito cõcessa: se tanti status ex-
cellentie dignificẽt: vita et morib⁹ cõforment. Pudeatq̃
spurcissimis lenocinijs delectari: carnis ꝛ mundi illece-
bris pollui: qui ad tremẽde maiestatis sacrificiũ/ꝛ mun-
dissimũ anime cibũ preparãdũ/cõsecrandũ/offerendũ/
sumendũ ꝛ dispẽsandũ ex plebeioꝝ turba populoꝝ sunt
assumpti. Neq̃ in se glorient quasi nõ acceperint: sed hu
millient sub potenti manu dei: qui infinita sua misericor-
dia hec tradidit. Et nihilominus p inflexibilẽ iusticie ri-
gorẽ/tẽpore suevisitationis/tanti cõmissi exiget rationẽ.
¶ F Ne aũt hac accepta potestate in immẽsum sacer
dotes glorient: sz acceptũ ministeriũ humiliter ꝛ digne
exequant: breuiter annotãdum quid in huius sui officij
(Aliquid fit ab alio tripliciter.) executione/misse videlz celebratiõe/sacerdos sua virtu-
te efficiat. ¶ Circa qđ aduertendũ/q̃ aliq̃d ab alio effici
vel fieri tripliciter põt accipi. Nã aliquid dr ab alio fieri
vel naturali potestate: vel meritoria opatione: vel assistẽ
te virtute. Naturali potestate aliquid fit ab alio quando
agenti ex cõditione sue nature/seu naturali virtute ꝛ p-
prietate cõuenit esse principiũ eius qđ fit. sic dicim⁹ ignẽ
ꝛ calorem fieri ab igne: quoniã ignis habet in se formaz
substantialẽ et accidentalẽ: puta calorẽ naturaliter: per
quas actiue cõcurrit ad productionẽ ignis ꝛ caloris. De
hac virtute actiua dicit beat⁹ Augustinus: Sic deus res
administrat: vt eas ꝓprios mot⁹ agere sinat: idest actio-
nes et operationes facere ſm gradum entitatis eorum.
Et quod hic fit ab alio: dicitur vere effectus eius/a quo
fit: ꝛ ipsuz a quo fit/causa eius quod fit. ¶ Alio modo
aliquid dicitur fieri ab alio: nõ tamen naturali eius ope-
ratione: sed quia ab illo aliquid fit pmo modo ad quod
aliud sequit: nõ naturali sequela: sed volũtaria quadam
alterius extrinseci pactione. Sic premiũ dicit aliquo mo
do fieri a merẽte pro quanto qui premiabit: facit aliquẽ
actum/qui ab alio acceptatur ad premium sibi pro hmõi
operatione cõferendũ. Sic mercenarius dicitur operari
(Joh. vj.) cibuz suũ ꝛ mercedẽ acquirere suo opere ꝛ labore: ſm il
lud: Operamini cibũ qui nõ perit: sed permanet in vitã
eternã: quẽ filius hominis dabit vobis. Glo. interlinia.
Operamini. i. operib⁹ meremini. Sic ꝛ iustificatio im-
pij dicit q̃nq̃ fieri intercessione iustoꝝ: vt ꝯuersio pauli
oratione promartyris stephani: ꝛ qđ sic fit: non est vere
merentis effectus: sed neq̃ ipse vere eius est causa: quia
nõ fit virtute ꝛ potestate merẽdi: sed fit per premiantẽ/
qui acceptat hmõi meritum quasi rationẽ efficiẽdi vel cõ
ferendi premiũ. ſm hunc modũ dicit beatus Augustin⁹
ad Sixtũ presbyterũ: ꝛ allegat magister dist. [illegible] 4.
q̃ diligere est bonus motus valde/qui meritum est/ꝛ do-
nũ dei: quib⁹ meremur ꝛ ipsoꝝ augmentationẽ/ꝛ alia q̃
cõsequenter hic ꝛ in futuro nobis apponuntur. ¶ Ter-
tio modo aliquid dicitur ab alio fieri aliqua virtute oc-
culta/nõ insistente ei a quo tale fieri dicitur: sed assisten-
te. ſm quẽ modum malefici ꝛ incantatrices quosdã effe-
ctus ꝓducere dicũtur: ꝛ extrahere lac vaccarũ de sedib⁹
vel manubrijs securiũ: qđ fit nõ aliqua naturali virtute
maleficum: neq̃ ex eoꝝ merito: sed virtute occulta siue
mala siue bona assistente. Sic et sancti dicũtur fecisse mi
racula: que facta sunt assistente virtute diuina: nõ semp
ꝓpter merita sanctoꝝ: sed aliqñ ꝓpter fidẽ populoꝝ nu
triendã vel generandã. Sic etiã nonulli reprobi mira fe
cerũt: demones expulerũt ꝛc. qui dicturi sunt in finali iu
(Mat. vij.) dicio. Dñe nõne in noĩe tuo ꝓphetauimus: ꝛ in noĩe tuo
demonia eiecimus: ꝛ in nomine tuo virtutes multas feci
mus: a iudice audituri. Nunq̃ noui vos. Discedite a me
oẽs operarij iniquitatis. Nõ ergo fecerũt ea/virtute pro
pria: q: in noĩe tuo. Neq̃ ex opere meritorio: q: reprobi
nunq̃ noticia approbationis a dño cogniti. ¶ G Per
hoc ad ꝓpositũ ab omnib⁹ cõceditur de sacerdote cele-
brãte/q̃ cõsecrat eucharistiã: ꝛ ꝯficit corpus ꝛ sanguinẽ
christi in altari. Vñ magister dist. xiiij. lib. iiij. Sacerdos
cõsecrat ꝛ sanctificat corpus christi. Et sequit: Ad p̃sby-
terũ pertinet sacramẽtũ corporis ꝛ sanguinis dñi in alta
ri dei cõficere. Et Dionysius ca. iij. de ecclesiastica hierar
chia tradens ritũ hui⁹ sacrificij ait: At vo põtifex cũ diui
na munera laude ꝓsecut⁹ fuerit: sacrosancta et augusta
mysteria cõficit. Itẽ ꝛ Amb. lib. de sacramẽtis: hoc qđ cõ
ficimus: corpus ex virgine est. Ad idem de cõsecra. dist. j.
vasa. vbi reperitur terminus cõficere. Consecrare autem
et conficere christi corpus et sanguinẽ: nihil aliud est/q̃
conuertere substantiã panis in corpus: ꝛ substãtiam vi-
ni in sanguinẽ christi vbis saluatoris. Unde Ambrosius
in lib. de sacramentis. de cõsecra. dist. ij. Panis. ij. Panis
est in altari vsitatus ante verba sacramẽtoꝝ: vbi accessit
cõsecratio: de pane fit caro christi. ꝛ Aug. iiij. de trini. de
cõsecra. distin. ij. Corpus. j. Corpus et sanguinẽ christi di-
cimus illud qđ ex fructibus terre acceptũ/ꝛ prece mysti
ca cõsecratum/recte sumimus ad salutem spiritualẽ. Un
de magister distin. xij. liij. ca. j. Sacerdotes dicuntur con-
ficere corpus christi ꝛ sanguinẽ: quia eoꝝ ministerio sub
stantia panis fit caro: ꝛ substantia vini fit sanguis christi
Conuersio autem hec tria dicit: scilz substantie panis/et
vini desitionem: accidentiũ dictarũ substantiarũ cõser-
uationẽ: ꝛ corporis ꝛ sanguinis christi sub ꝯseruatis spe
ciebus et accidentibus presentialem inceptionẽ: de quo
infra latius differetur. Dico ergo q̃ sacerdos nullũ ho-
rum trium facit sua naturali virtute primo modo predi-
cto/quo aliquid ab alio fieri dicitur. Patet hoc de primo
q: panis desinit esse tam ſm materiã q̃ ſm formã. Nam

totus cōuertitur in corpus christi: vt. j. suo loco dicetur: Nunc autē actiua sacerdotis virtus nihil horū facit. Formā panis nō corrūpit: qz substātialis forma nō corrūpitur in materia: nisi p introductionē alicuius qualitatis incōpossibilis illi forme. Uel p destructionē alicui⁹ qualitatis necessario requisite ad inexistētiā talis forme. Cōstat autē q sacerdos nihil horū facit p cōsecrationē: imo nullā qualitatē inducit/vel corrūpit in materia panis p forme cōsecrationis plationē. Necq materiā destruit: qz illa dependet a solo deo ſm theologos: et incepit esse p creationē. Ideocq desinere nō pōt: nisi p annihilationē vel in ꝑexistens cōuersionē: ad neutrū horū creata virtus se extendit. Patet de scdo: qz sacerdos sua naturali virtute nō cōseruat accidētia panis et vini sine subiecto: qz conseruari est depēdere ab aliquo in esse/saltē eo modo quo conseruatur. Manifestū est autē q hec accidētia nō depēdent a sacerdote/eo modo quo ibi sunt: qz etiā manēt vel manere possunt sacerdote defuncto: vt patet in hostia p in... mis reseruata. Etiā creatura sicut in pducēdo requirit materia... in cōseruādo. Necq enim natura creata accidens cōseruare pōt sine subiecto. Patet etiā tertiū: quia sacerdos corpus christi attingere nō pōt corporaliter vt ipm pſens faciat: necq sufficit volūtatis imperiū: qz voluntas humana suo imperio extra se nihil facere potest.

¶ B Scdo dico q sacerdos nihil horū triū facere potest suo merito: quia tūc sacerdos gratia iustificāte carēs cōsecrare nō posset: cū sine gratia nullus mereatur: qd est manifeste falsum: nā vt dicit beat⁹ Aug. in lib. de corpore dñi. de cōse. dist. ij. Utrū sub figura. Intra sanctā ecclesiā catholicā/in mysterio corpis christi/nihil a bono maius: nihil a malo minus perficitur sacerdote. Cuius rationē subdit: qz nō in merito cōsecrātis: sed in vbo efficitur creatoris/et in virtute spūs sancti: vt. s. latius probatū est lec. ij. Tertio dico q hec fiunt a sacerdote virtute occulta/nō insistēte: sed assistēte. Primū patet: quia hec fiūt a sacerdote: vt pbatū est. Et nō primo modo nec scdo: patet. ergo tertio modo q est facere aliqd virtute occulta. Scdm/q nō virtute insistēte pbatur: qz quelibet virtus insistēs est creatura: qz depēdens: sed nulla creatura sua virtute pōt attingere dictos effectus: vt statim supra est deductū. Tertiū patet: qz sacerdos facit virtute occulta nō insistēte: ergo assistēte. Patet cōsequētia: qz oīs vtus occulta aut est insistēs aut assistēs. Hec aūt virtus est virtus creatoris/ipsa videlz dei volūtas. Determinauit enim deus se ad efficiēdū pdicta oīa: cū sacerdos intētione debita pfert verba sup materiā debitā ad hunc effectū a se dño instituta. Unde vbi. s. dicit Aug. Credēdū est q in verbis christi sacramēta cōficiantur. Cuius enim potētia creantur prius: eius vtiq vbo ad melius pcreantur. An autē in verbis cōsecrationis sit aliqua virtus effectiua vel cooperatiua respectu pdictoꝝ insistēs: suo loco inquiretur. De his beatus Aug. iterū ait: Unde hoc sanctissime de⁹: q sacerdotes cū sint puluis et cinis: te presentē habeāt manib⁹ et oculis. Nō vtiq ex debito: nec ipsoꝝ merito: sed ex tue volūtatis bñplacito. Hec est vera indulgētia: quam nulli angeloꝝ: nulli archāgeloꝝ: nullis supernis spiritibus: sed hominib⁹: nō oīb⁹: sed ordinatis/ credimus cōcessaz: tanti videlz mysterij celebratio. ¶ Lectio. v. A

Irca hāc potestatē cōsecrādi: que vt. s. habitū est: inauferibiliter oībus sacerdotib⁹ concedit: occurrunt duo dubia. Primū: cū autoritas celebrādi dignissima est: et summa oim ecclesiasticarū potestatum/ecclesie a christo traditarū: cur non summis ecclesie hierarchis: videlz epis est reseruata. Nam cū sacramētū cōfirmationis: qz magna reuerētia tenēdū est a solis pōtificib⁹ debeat perfici: vt cōstituit Eusebius papa/de conse. dist. v. Manus. Manus quocq impositionis sacramētū magna veneratione tenendū est: qd ab alijs perfici non potest/nisi a summis sacerdotib⁹. Nec tēpore apostoloꝝ ab alijs: q ab ipsis legitur aut scitur peractū esse: nec ab alijs/q qui eoꝝ tenent locū vnq perfici potest aut fieri debet. Nā si aliter presumptū fuerit: irritū habeatur et vacuū: et inter ecclesiastica nunq reputabitur sacramēta. Ergo multo fortiori ratione videtur q hoc sacramentū solis epis fuerat reseruandū. qd etiā ex eo videtur. Nā maior solēnitas requiritur in consecratione corporis christi: q in cōfirmatione. Eadē rōne videtur q solēnior et excellentior requiritur minister. Ad hoc dubiū respondeo: licz propter excellētissimā dignitatem dñici corporis/ deceret q officiū cōsecrationis hmōi dūtaxat esset pōtificibus (immo potius solūmodo summo pōtifici) reseruatū: tñ propter vtilitatē quā assequūtur fideles ex missarū frequentia: aliter disposuit diuina sapiētia: cui⁹ puidentia in suis institutionib⁹ regitur ecclesia. Unde multiplex ratio a doctorib⁹ assignatur: quarū inter alias he sunt: scz Diuini cultus dilatatio: humanoꝝ defectuū reparatio: pene mortuoꝝ mitigatio: bñficij redēptionis frequēs recordatio: diuine familiaritatis manifestatio: nostre elatiōis repressio. Ex hoc enim q potestas hec est simpliciter sacerdotibus data: et nō solum pōtificibus: ex frequēti missarum celebratione multiplicatur cultus dei: qui precipuus vel maximus est in eucharistie adoratiōe/et eius summo patri oblatione. Denicq omnis ecclesie deuotio est in ordine ad hoc sacramentū. ait Sco. dist. viij. q. j. Propter hoc enim clericus deuotius et maiori diligētia persoluit officiū diuinū. Propter hoc populus deuotius audit missam: q quodcūq aliud officiū ecclesiasticū. Propter hoc etiam populus deuotius: singulicq cū maiori diligētia cōfitentur peccata: dū intēdunt ſm ecclesie ordinationē saltē semel in anno cōicare. Et reuera facile oīs diuinus cultus euanesceret: si nō missarū frequentia seruaretur. Ex hac q frequētatione/quotidiani defect⁹ nostri reparantur: et pene animarū in purgatorio existētiū mitigantur: et redēptionis bñficiū frequēter representatur/et ad memoriā reducitur: et diuina familiaritas ex frequēti sue pſentie exhibitione insinuatur. presentie dico in carne. Et exēplū humilitatis nobis exhibetur: vnde elatio nostra reprimitur. Efficax enim humilitatis exēplū est q dñs voluit corpus suū a simplicib⁹ personis tractari. Et ita pter dispendiū qd sustineret ecclia ex raritate celebrationis cauēdū: et cōmodū qd accidit ex frequētia assequēdū: potestas illa oībus sacerdotib⁹ est cōicata. Qd vo maior solennitas requiratur in cōsecratiōe tanti sacri: attestatur celsitudini sacrificij: et in psona cōsecrante puidetur nostre vtilitati: et ita nō est par ratio in eucharistia et cōfirmatiōe. ¶ Sūt etiā ideo qdā reseruata epis: nō tñ ea p quoꝝ reseruationē dispendiuz sustineret ecclesia: vt dicit Hugo: ne eadē autoritas pro sus ab oīb⁹ passim vēdicata/iferiores erga supiores redderet insolētes: et soluto obediētie vinculo scādalū generaret: vñ singulariter epis reseruata est consecratio chrismatis: manuum impositio: cōmunis bñdictio: consecratio virginū/basilicarū/et hmōi: vt per hoc eoꝝ superioritas super alios sacerdotes cognoscatur: atq debitū honorem et obedientiā a populo consequantur in affectu. Hec omnia vt. s. Alex. de ales. Alias etiā ratiōes addit beat⁹ Tho. in. iiij. scripto dist. xiij. q. j. sed ille sufficiāt ad presens. ¶ B Scdm dubiū: Cum tanta sit vtilitas in frequētatiōe hui⁹ mysterij: cur etiā nō laicis iustis est cōcessa: pſertim qz ſm Chrys. oīs sanct⁹ sacerdos: et oibus iustis dr qd. s. allegatū est: Uos estis genus electū: regale sacerdotiū. Ad hoc respondet Sco. dist. iij. q. ij. lib. iiij. Sine omni dubitatione solis sacerdotib⁹ tradita est potestas consecrandi. Unde de trini. et fi. ca. c. firmiter. dicitur ex cōstitutione Inno. iij. in concilio generali. Hoc vtiq sacramentū (loquitur de sacramento eucharistie) nemo potest conficere: nisi sacerdos qui rite fuerit ordinatus ſm claues ecclesie: quas ipse concessit apostolis eorūcq successoribus iesus christus. Ipse enim in vltima cena

§. Pe. ij.

(vt etiã supradictũ est) ait apl̃s: Accipite ⁊ diuidite inter vos. Luce. xxij. glo. Accipite et date. Ex his vbis dñi discretiue ad aplõs directis/ patet ꝙ solis apl̃is immediate hanc dedit potestatẽ. Ad idẽ qḋ ibi sequit̃: Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Uba hmõi tñ cenantibus dicta sunt: apl̃is scilʒ ⁊ discipulis: quoꝝ successores sunt epi ⁊ sacerdotes vt frequenter dictũ est. Facit ad idẽ verbum apl̃i: [i. Cor. x.] Panis quẽ frangimus: nõne participatio corporis dñi est. Quẽ inquit frangim⁹/ nos scʒ apl̃i ⁊ discipuli. Si eñ quilibet posset cõficere: altũ alij frangere nõ oporteret: sed quilibet posset de suo sacrificio cõicare. Hoc deniqꝫ tenet romana ecclesia informata ⁊ edocta ab apl̃is qui informati erãt a dño. Un̄ qui ꝯtrariũ astruũt: a fidei veritate deuiãt: ⁊ infideles iudicandi sunt. Ad illud vo qḋ allegat̃ de Chrys. ⁊ Cano. beati Petri/ Dicẽdũ ꝙ nõ dicunt̃ sacerdotes ꝓprie/ scʒ a sacerdotali ordine: sed mystice: q: scʒ mysticũ sacrificiũ deo offerũt/ scʒ seipsos hostiã viuentẽ/ sanctã/ deo placentẽ: ſm exhortationẽ apl̃i ad Roma. xij. Hec Alex. vbi. s̃. ¶ C Sed aliquis diceret: [Mat. vlti.] Etiã dñs solis discipulis dixit: Ite docete oẽs gẽtes/ baptizantes eos in noĩe patris et filij ⁊ spũssancti ⁊c. Et licet sic dicẽdo discipulis cõtulerit omnib⁹ officiũ ⁊ potestatẽ baptizandi: nihilominus potestas baptizandi data est ⁊ laicis. Unde licet sacerdotib⁹ cõueniat ex officio baptizare: tñ si laicus baptizat est vere baptizatũ. Sic videtur esse de potestate cõsecrandi. ¶ Item in celebratiõe duo sunt: Cõsecratio ⁊ cõicatio: q̃ etiã separari possunt: quis nõ debeãt: vt in. c. Relatũ. de cõse. dist. ij. vbi dicit̃: Certũ est ꝙ hi qui sacrificãtes nõ edunt: rei sunt dñici sacramẽti. Refert̃ eñ ꝙ quidã cõsecrantes nõ cõicabant. Cõsecratio aũt est ꝓpter cõmunionẽ: ergo cõmunio maius est ꝙ̃ cõsecratio. Cũ ergo laico ꝯcedit̃ qḋ maius est/ scʒ cõmunio: videt̃ etiã cõcessum qḋ minus est. i. cõsecratio. Itẽ quia potestas cõsecrãdi est potestas dignitatis: ergo cõuenit digniori: sed dignior est iustus laicus sacerdote peccatore: nã peccator nõ est dignus pane quo vescitur: priuatus eñ est omni dignitate: immo etiã dignitate viuẽdi. ¶ D Ad has obiectiones dicendũ/ ꝙ q: ptãs cõsecrãdi/ potestas quedã est quã nemo habet: nisi qui eã a dño acceperit: hãc aũt dñs immediate dedit in cena apl̃is: ⁊ mediãtibus illis/ ceteris. Cũ ergo iustus laicus illam nõ accepit a christo: patet: nec ab apl̃is: manifestũ est ꝙ nõ habent eã. Si eñ vite dignitas cõferret eã: etiã angeli ⁊ magis virgo benedicta eã haberẽt. Qḋ vo apostoli hanc potestatẽ laicis nõ dederunt: patet ex ritu ecclesie ab ipsis apostolis ad nos successiõe legitima descendente: que magne est autoritatis: vt. s̃. habitum est lec. ij. Tempore autẽ apostoloꝝ baptizabant diaconi: vt patet de philippo diacono eunuchum candacis regine baptizante. [Act. viij] Et quoniã in omni gente etiã in infidelibus: a quib⁹ aliquis exercebatur cultus: aliquibus personis specialiter cõmittebat̃ potestas offerẽdi deo/ ⁊ consecrãdi ea que sunt ſm ritum suũ offerẽda: qui ⁊ in illis primatum tenent: qḋ etiã apud pharaonẽ regẽ egypti seruatũ legitur. [Genes. xlvij.] Cũ ergo in ecclesia est ordinatissima potestas offerendi deo ⁊ cõsecrandi: que ſm legẽ christi offerẽda et cõsecranda sunt deo/ cõgruum fuit illam aliquibus precipuis personis dari: hi autẽ sunt sacerdotes. De baptizãdi autẽ officio nõ est simile: quoniã cũ illud sacramentũ est necessitatis: licʒ officiũ baptizãdi sit sacerdotibus specialiter datũ: oĩbus tñ instante necessitate est cõcessum. Et licʒ sit aliqua similitudo illarũ cõmissionũ in genere/ quantuʒ ad hoc ꝙ vtrũqꝫ/ Accipite scʒ ⁊ comedite ⁊c. ⁊ Ite baptizate/ solis discipulis dictũ sit: tamẽ vt patet ex factis sequentibus: ⁊ ipsorum apostolorum institutionibus/ differẽter cõmittitur potestas cõsecrãdi ⁊ baptizandi. Naʒ in collatione ordinis sacerdotalis: quo potestas cõsecrandi cõfertur: specialibus signis/ scʒ manuum vnctione: calicis cũ patena ⁊ hostie porrectione: ⁊ certa verboꝝ forma hanc potestatẽ expresse significãte/ datur potestas: vt cognoscant se in illo ordinis sacramento autoritatem cõsecrandi accipere ⁊ potestatẽ placabiles deo hostias offerẽdi: vt dicit Hugo. Nõ sic autem datur potestas determinata ad baptizandũ: sed ex cõsequẽti ad illã que est cõsecrandi: ⁊ que est ligandi ⁊ soluendi (que etiã speciali signo/ manus scʒ impositione datur) officiũ baptizãdi cõsequitur: nõ specialiter traditur: ⁊ ideo etiã in necessitate aliis cõcessa designatur. Ordinatio aũt sacerdotũ ad cõsecrãdũ ⁊ hierarchizãdũ ecclesiã dei ab ipsis apostolis cepit: vt patet ex epistolis pauli ⁊ actibus apostoloꝝ. Et beato Dionysio in de ecclesiastica hierarchia ca. iij. ⁊. v. ritum huius sacramẽti/ ⁊ etiam ordinis describente: qui fuit tẽpore apostoloꝝ. Et per hoc patet ad primam obiectionẽ. ¶ Ad scḋam vo d̃: post Alexandrũ de ales/ ꝙ etsi cõmunio sacra sit maior in effectu sanctitatis ⁊ gratie quã cõfert digne suscipiẽti: cõsecratio tñ est maior in excellentia siue autoritate potestatis: vñ magnitudo hec ⁊ illa nõ sunt eiusdẽ generis: ⁊ ita nec magis nec minus: ⁊ ꝓpter hoc nõ sequit̃/ ꝙ qui potest in hoc quod maius est: potest etiã in illud quod minus est. [illegible] lucere excellẽtius est ꝙ̃ calefacere: nec tamẽ quicq̃d põt lucere: potest calefacere. Instãtia est de luna. ¶ E Ad tertiam dicit̃/ ꝙ est dignitas meriti: ⁊ est dignitas autoritatis vel officij. Sacerdos iniustus etsi caret dignitate meriti: gaudet tamen dignitate officij. Laicus iustus ecõtrario caret dignitate autoritatis: gaudet tamen dignitate meriti. Potestas autem cõsecrandi cõsequitur dignitatẽ autoritatis: non meriti: vt. s̃. patuit. Non in merito consecrantis ⁊c. Illa tamen potestas quanto maior ⁊ dignior est: tanto malis sacerdotibus ea abutentibus periculosior est. Nam etsi dominus suoꝝ beneficioruʒ ingratos/ nõnunq̃ per beneficioꝝ subtractionẽ castigat: grauius tamen punit dum illa non tollit: sed ea permittẽdo conseruat in reprobis ad eorum ingratitudinis cõfusionem/ verecundiam/ et grauioris dãnationis iudicium: vt Qui in sordibus est sordescat adhuc. [Apocal. xxij.] Et sicut multo tempore nõ sinere peccatoribus ex sententia agere: sed statim vltionem adhibere magni beneficij indiciũ est: vt habetur ij. Machab. vj. ita peccatorib⁹ dona sua cõseruare: eosqꝫ in peccatis sustinere: vt cũ iudicij dies aduenerit: in plenitudine peccatoꝝ puniat: grauis ire indiciũ est. Ad qḋ pertinet illud apl̃i: de iudeis gratiã christi cõtemnentib⁹ [i. thes. ij.] vt impleant peccata sua semper. Peruenit eñ ira dei super illos vsqꝫ in finẽ. Sic ſm Aug. ad permenianũ/ sacramentalis potestas in bonis ꝑmanet ad premiũ: in malis permanet ad iudiciũ. Sic tantũ beneficiũ saluatoris iusto iudicio dei ꝑmanet in sacerdotib⁹ malis: vt qḋ in eis fuit indiciũ diuine familiaritatis/ ⁊ quasi arra glĩe excellẽtis: sit illis in penã ⁊ cõfusionẽ maiorẽ corã electis pariter ⁊ dãnatis. Ecce habẽt sacerdotes christi/ vñ in dño glorient̃: habẽt vnde timeant ⁊ humilientur: habẽt vnde munde ⁊ solicite corã dño ambulent: vt in gloria cum fideliter mysteria dei dispensantibus premient̃. Et tantũ de potestate ordinis necessario requisita in ministro/ ad effectũ consecrationis. ¶ Lectio. vj. A

Pꝛeterea que ex parte ministri ad hui⁹ sacrificij perfectionẽ/ de necessitate sacramenti superius dictũ est requirit̃: scḋm fuit sermonis facultas. Per cuius defectum ab hoc ministerio excluduntur muti ⁊ elingues: etiã si fuerint sacerdotes rite ⁊ legitime ordinati. Cum enim sicut cetera noui testamenti sacramenta: ita ⁊ eucharistie cõsecratio certam exigit materiã: expressam quoqꝫ verborum formã: ſm illud Aug. homel. lxx. ⁊ habetur. i. q. i. Detrahe. Accedit verbũ ad elementũ ⁊ fit sacramẽtũ. si alterũ illoꝝ deficit: nõ fit cõsecratio. Et quoniam verborum formam muti et elingues proferre non valent: manifestum est ꝙ nõ possunt hoc tantũ conficere sacramentũ. ¶ Et si queritur: Quid si sacerdos mu-

tus cetera in altari ageret: ⁊ alius sacerdos consecrationis verba pferret: nonne mutus consecraret. Nec obstat vt videtur: ꝙ vnus a pluribꝰ baptizari non pōt: quia eadem hostia siue panis possit a pluribꝰ cōsecrari. Nam cōsueuerūt presbyteri cardinales romanū circūstare pontificē: ⁊ cū eo pariter celebrare. Similiter in multis ecclesijs cōsuetū est in ordinationibꝰ sacerdotū / nouellos sacerdotes suo ordinatori epō ꝯcelebrare: quod etiā regulariter in consecratione epi obseruat: tunc eñ ordinator epūs vna cū duobus epis coadiutoribus / ⁊ nouello epo cōsecrato / missam cōsecrationis simul perficiūt. Ad hoc respōdetur / ꝙ in casu sacerdos mutus nō cōsecrat: licet cerimonialia in gestis ⁊ vestitu perficeret. Cuiꝰ ratio est: quia nihil eoꝝ facit que sunt de necessitate cōsecrationis. Nā vestes sacre / ⁊ gestus corporis cerimonialia sunt: et nō sunt de necessitate cōsecrationis: vt. j. dicetur. Formā autē que de necessitate requiritur: ipse non profert: ideo nō cōsecrat. Sacerdos tamen astans si formā cum intentione cōsecrandi profert: vere cōsecrat: licȝ cerimonialia nō perficiat. Et ī tali casu est vera cōsecratio: sed nō per mutum: sed per sacerdotē verba cōsecrationis (vt dictū est) proferentē. Nec est simile si mutus puerū intingeret seu immergeret: ⁊ mancus formā proferret: in hoc casu puer baptizatus nō esset: quia sacramentū baptismi nō nisi ab vno baptizāte perfici potest: quoniā forma baptismi vnā personam exprimit: scȝ Ego te baptizo ⁊c. Que forma si in casu a manco proferretur / falsa esset: quia ipse nō baptizat cum non immergat. Si vo diceret nos baptizamus ⁊c. iā forma debita nō seruaret. Est sententia Alexandri ⁊ Scoti. ¶ B Sed cōtra hoc qđ additum est: ꝙ vnus panis potest a pluribꝰ cōsecrari: hoc nō videt: quoniā aut isti plures cōcelebrantes verba cōsecrationis simul proferrent: aut nō. Neutrū dici potest: Nō simul: qr tunc frustra pronūciantur: ⁊ superfluūt quecūqȝ pferuntur nisi ab vno solo: cum ab vno solo pnūciata sufficiūt ad cōsecrandū: sic nō oēs simul: ⁊ cōstat ꝙ qui primo pnūciat cōficit. Quid ergo faciūt ceteri. Nūquid iterāt sacramentū. Sed hoc est incōueniēs: qm̄ etsi sacramentuȝ eucharistie est iterabile quantū ad sumptionē: nō tamen quantū ad eiusdē materie cōsecrationeȝ: vt vult Tho. in iiij. scripto. distin. vj. ⁊ doc. cōcorditer. ¶ Itē posset contingere ꝙ ille nō cōficeret qui celebraret pncipaliter: tālle cōficeret q̄ secūdario celebraret. i. qui concelebraret: ⁊ sic intētio prima pncipaliter celebrātis defraudaret. Ad illa respōdet Alex. de ales pte. iiij. q. xxxvj. arti. viij. Cardinales inquit presbyteri cōsueuerūt romanū circūstare pontificē: ⁊ cū eo pariter celebrare. Cūqȝ ꝯsummatū est sacrificiū: de manu eius cōmunionē accipere: signantes apostolos qui cū dn̄o pariter discūbentes / sacramētū de manu eius eucharistie acceperūt: ⁊ in eo ꝙ celebrāt ostēdūt apostolos a dn̄o ritū huius sacrificij didicisse: vnde hec est causa cōcelebrationis. ¶ Cōsequēter dicēdū est / ꝙ simul debēt cōsecrationis verba pferre. Et tūc ad illud quod obijcit dicendū / ꝙ verba ceteroꝝ nō inaniter pferunt: qr licet platio vniꝰ sufficeret ad cōsecrationē: in qr intētio oīm vnā celebrare cōsecrationē: assequunt qđ intendūt: et quantū ad cōsecrationē: ⁊ quantū ad significationē: ad quā nō sufficerent verba ab vno plata. Et qr intētio dirigit opꝰ: eoipso ꝙ est vna oīm intētio: est etiaȝ vna oīm operatio / id est consecratio. ¶ Si queris: q̄d si nō simul pferāt verba: Respōdet idē doctor post Innocentiū: Sane pōt dici ⁊ pbabiliter respōderi / ꝙ siue priꝰ siue posteriꝰ pferāt sacerdotes / referri debet eorū intentio ad instās plationis episcopi cui principaliter concelebrāt: ⁊ tūc omnes simul cōsecrāt ⁊ cōficiūt: q̄uis nōnulli sentiāt / ꝙ qui priꝰ pronūciat ille cōsecret. Nec alioꝝ fraudat intētio: qr factū est qđ intendūt. Hec Alexāder. ¶ Verū qr pauci ordinādi ī hoc sunt satis instructi: ideo videt cautior modus ꝙ pb̄yteri in sua ordinatiōe nō cōcelebrent episcopo: nec canonem legant: qui modus in metropoli mogūtina obseruat: cui cōprouinciales se merito cōformarēt. iuxta. c. de his. dist. xij. ⁊ de cōsecra. dis. ij. Institutio. Et hec sufficiant de scđo ex parte ministri ad cōsecrandū de necessitate requisito. ¶ E Tertium qđ de necessitate ad consecrandū ex parte ministri requirit: est integritas intentionū: hec eñ nō modo ad cōsecrationem: sed etiā ad cuiuslibet sacramēti perfectionē requiritur. Sed ad ppositū de cōsecratione eucharistie disseramus. ¶ Qđ aūt integritas intētionis requirat / ex eo patet: quia cōsecrare est actus humanus: nā soli homini cōcessus est: vt ex predictis patet: ideo necesse est vt fiat p actū humanū: sed actus qui fit preter intentionē casualiter vel fortuitu: aut ex quadā phātasia / nō est actus humanus: sicut fricare barbam sine intētione precisa ⁊ similia: qm̄ hos habemus cōmunes cū brutis. Preterea ministeriū cōsecrationis est opus volūtatis rationalis ⁊ deliberate: qđ autē est huiusmōi / nō pertinacia vel ipetu exercēdum est: sed cōsideratione rōnis ⁊ directione intētionis. Iniuria eñ ⁊ irreuerētia fieret sacramēto: si sine intētione fieret. ¶ Item sacramenta data sunt a christo ecclesie ideo non cōficiuntur aut dispēsantur nisi per ministros ecclesie: ergo est actus sacramētalis actus ministerij ecclesiastici. Necesse igitur est vt cōcurrat intētio ministri: vt agat tanq̄ minister ecclesie. Prima ratio est Scoti in iiij. dis. vj. q. vj. Alie sunt Alexan. iiij. parte. q. xiij. articu. j. Sed cuius intentio requiritur tanq̄ obiecti. Hoc est quesitum: Quid intendere debet sacerdos. Respōdetur: debet intendere facere illud quod ecclesia intendit. Huius enim in hoc actu minister est. Intendit autē ecclesia facere per suos ministros institutos / quod fecit christus. Et quid fecit christus. Certe benedixit: gratias egit: fregit ⁊ dedit discipulis dicēs: Accipite et comedite: hoc est corpꝰ meū. Et hec dicens / panē in corpus / ⁊ vinū in sanguinē transsubstātiauit. Hoc ergo intendit ecclesia vt fiat conuersio ⁊c. a christo per sacerdotis ministerium: ⁊ hoc est quod intendere debet sacerdos: cuius intentio vt ministri referri debet ad intentionem ecclesie cuius est minister. Nec tamen oportet ꝙ pretēdendo precogitet particulariter vt panis in corpus: ⁊ vinū in sanguinē suo ministerio cōuertatur: sufficit ꝙ in genere intēdat hoc facere qđ ecclesia per suū ministeriū (al's ministrū) intēdit facere: etiā si nesciat: vel nō cogitet in particulari quid illud sit qđ facere ecclesia intendit. Vñ vt dicit Scotus in. iiij. dist. xiij q. ij. scismaticus ⁊ hereticus: ⁊ qđ plus est: hereticus circa eucharistiā habere potest intentionem ecclesie in cōficiendo: si intēderet in vniuersali qđ christus instituit faciendū: ⁊ qđ ecclesia facit: licet nō intendat in speciali: quia credit eucharistiā nihil valere: hoc est non esse seu cōtinere verū corpus christi: sicut aliquis bone fidei posset pferre verba incantationis: quibus vtūtur magi vel mage circa illā materiā circa quā aliq̄ vtūtur: non credens ea quicq̄ valere: intēdens tamē in generali illa pferre ad illū finē ad quē illi proferūt. quasi diceret ⁊ intēderet: fiat qđ fieri potest: licet crederet per illa nihil fieri posse. Illa ergo generalis intētio sufficit cū ceteris reqsitis ad cōficiēdum. Propter qđ et sacerdos hereticus cōficere potest: dū huiusmodi intentionem habuerit generalem. Huic etiam concordat doctor irrefragabilis parte. iiij. q. xxxv. arti. v. Cuȝ ergo hec generalis intētio sufficiat: ⁊ potestas ꝯficiēdi est inauferibilis: neqȝ p heresim: neqȝ per penam canonicam tolli potest: vt. ī. lectione. ij. probatū est: patet ꝙ qui ius sacramentale amittere non potest: nec ius cōficiēdi amittere potest. ¶ D Sed cōtra hoc videtur. Nam verba cōsecrationis efficaciam habent ex fide: vnde Aug. cum dixerat: Accedit verbum ad elementum: ⁊ fit sacramentum. subdit: Nō quia dicitur: sed quia creditur. ¶ Item sacramenta noue legis habēt fundamentū baptismo: quod est sacramētū fidei: iō oīa sacra habēt fidē fundamētū ⁊ vtutē a fide. Fides est fundamentū omniū bonoꝝ. Glo. in ca. Illi offerūt. j. q. j. Iō

si infidelis aut hereticus attentat ꝯficere: deficit in ope
re suo ab eo qḋ est fundamentū: ⁊ a quo debet esse virt⁹
sacramenti: ⁊ per ꝯsequens nō ꝯficit. ¶ Item Augu. et
habetur. i. q. i. extra ecclesiā. Extra ecclesiam catholicam
nō est locus veri sacrificij. Item Hierony. super Amos.
Odit deus sacrificia hereticoꝝ: detestatur fetorem eoꝝ:
ergo cū ipsi celebrant nec seipm mittit: nec angelos: vt
intersint sacrificio: sed si nō est ibi celestis missus: nō est
ibi missa. Ob hoc eñ dicitur missa/eo ꝙ celestis missus
ad consecrandū ⁊ viuificandum corpus adueniat. magr̄
dist. xiij. quarti. Et ita nō conficiūt verum corpus christi.
⁊ Cyprianus in epistola ꝯtra hereticos: ⁊ habetur. i. q. i.
Si quis. iiij. Constat oleum vnde baptizati vnguntur: san
ctificari: ⁊ eucharistiā fieri nō posse: vbi nulla spes est: ⁊
fides falsa: vbi oīa per mendacium gerūtur. Multa ad
idem adduci possunt. Item magr̄ dist. xiij. quarti. In hu
ius mysterij expletione sicut formā seruari: ita ordinem
haberi/vt scꝫ sit sacerdos: ⁊ intentionem adhiberi opꝫ:
vt illud facere intendat: sed si nō credit de illo mysterio
sicut veritas habet: nūquid potest intendere illud confi
cere. Et si nō intendit/nūquid cōficit. quasi diceret/nō.
¶ E Ad illa respondetur concedendo ꝙ sacramenta
habent aliquam efficaciam ex fide: que fides est eis es
sentialis: nō fides ministrātis: sed fides ecclesie. Et hoc
quia sacramēta sunt ecclesie: sꝫ ipsi ministro rōne actua
lis ministerij intentio est necessaria: ne excellentie sacra
menti/actio irrationalis ⁊ per hoc nō humana p̄iudicet.
Unde qꝛ sacramentū est ecclesie: requirit fides ecclesie:
⁊ qꝛ actualiter ministratur a ꝯsecrante: requirit intentio
consecrantis. Per hoc ad Aug. Extra ecclesiam nō est lo
cus veri sacrificij. Respondetur dupliciter. Primo extra
ecclesiam. i. extra formā ecclesie. Uel sic: extra ecclesiam
nō efficit sacramētum quod figurat/scꝫ salutem: quia he
reticus conficit ⁊ accipit ad sui damnationem: ⁊ confert
alijs i simili errore positis. Unde. i. q. i. ꝙ quidā. §. q̄uis.
Quāuis posset generaliter dici/sacramēta que apud he
reticos nō aliter q̄ in ecclesia celebrātur: vera ⁊ rata esse
quātum ad se: falsa vero ⁊ inania quātum ad effectum: ⁊
in his a quibus male tractantur: ⁊ in his a quibus male
sumūtur. Nec mirū. Ipsa eñ salus nostra buccellaꝫ inde
dedit: statim cum buccella non bonus: sed malignus spi
ritus intrauit. Non quia bonus nō daret bonū: sed quia
malus male accepit bonū: sicq; bonū effectum non ha
buit: quia vbi illud faceret: nō inuenit. ¶ Ad secundum
dicendum/ꝙ fides: que est fundamentū ⁊ virtus sacra
mentorum: nō est fides ministri consecrantis: aut etiam
fides suscipientis: sed est fides ecclesie: quā sequitur in
tentio conficientis: quā intentionē generalem ecclesie/ha
bere potest hereticus: nō solum in alio: sed etiam in hui⁹
sacramenti articulo: vt supra dictum est. Et dicit idē Ale
xan. de ales. Ad hieronymū dicitur ꝙ in sacramentis he
reticorum quedaꝫ sunt que a deo sunt: ⁊ illa nō odit de⁹
vt character ordinis/⁊ verba consecrationis: ⁊ vi illorū
conficiūt heretici: que etiam sunt cōmunia eis ⁊ ecclesie
⁊ sic ex eo qḋ est eis ⁊ ecclesie cōmune: conficiunt. Sūt
etiam in eorum sacrificijs quedam mala/scꝫ infidelitas
perfidia/inobedientia ⁊c. hec odit domin⁹. Quātum ad
ea que bona sunt: idest consecrationē: que fit in forma ec
clesie: mittit seipsum ⁊ angelos: assistit eñ signo suo: qḋ
esse voluit certum efficax ⁊ practicum: nō obstante mali
cia ministroꝝ. ¶ Ad autoritatē cypriani dicitur/ꝙ intel
ligi debet de hereticis q̄ formam ecclesie nō tenent. Qḋ
patet per illud qḋ addit: Ubi oīa per mendaciū gerunt.
Illa dicuntur geri per mendaciū: que extra formā eccle
sie gerūtur. Uel si aliud voluit: in hoc errauit ⁊ correct⁹
est a btō Aug. ¶ Ad magistrū dicēdū ꝙ magister soluit
cū subdit. Aliqui dicūt: non recte sentientē de illo myste
rio posse intendere: nō quidē illud ꝯficere: qḋ iam esset
recte credere: sed illud agere qḋ geritur ab alijs: ⁊ sic ad
hibetur intentio ⁊ impletur mysteriū. Et ita satis patet

ꙩ intentio de necessitate requirit in sacerdote. Intentio
dico generalis faciendi qḋ ecclia facit. ¶ F Sed queri
tur vtrū requirit actualis intētio talis que dicta est: in p
latione verboꝝ ꝯsecrationis. Ad huius q̄stionis solutio
nē aduertendū post doctorē subtilem in. iiij. dist. vi. q. vi.
ꝙ triplex distinguit intentio: actualis/habitualis/⁊ vir
tualis. Actualē intentionē habet q̇ habet actū in volun
tate elicitū respectu huius qḋ intendit: vt dū quis habet
actuale velle intrare ecclīam: actualiter intendit intrare
ecclīam. Habitualē habet: q̇ habet in se habitū derelictū
ex actu intentionis frequētato/inclinantē eū ad similes
actus: qualē etiā habere pōt dormiens habituatus. In
tentionē virtualē habet is qui ex virtute intentōis actua
lis prehabiti/procedit in opus ex illa tanq̄ ex radice: ita
ꝙ illa intentio actualis sit principiū ordinatū ad oēs il
los actus sequētes: sicut intentio finis habet in se inten
tionē medioꝝ ad hunc finem ordinatoꝝ. Et ita in quali
bet actuali intentione medij/manet virtus p̄me intētio
nis: pro quāto illud mediū non assumeret: nisi p̄cessisset
intentio p̄ma actualis/quasi finis in quē mediū hoc or
dinatur. Exemplū sicutmodo intendens ire ad sanctum
Jacobum: ex intentione huius finis/ordinat multa alia
necessaria ad illum finē: exequens aūt illa ordinata/nō
semp cogitat de eundo ad sanctū iacobū: sed sepe p ope
rationes circa media vel alias distrahitur ab actuali intē
tione p̄ma: nihilominus tamen oīa dicitur facere ex pri
ma intentione: ⁊ virtualiter habere illam primā intentio
nē in prosecutione medioꝝ: pro quanto he actiones me
die processerunt a p̄ma actuali intentione: ⁊ in eaꝫ tanq̄
in finem ordinātur. Qḋ ex eo patet: quia interrogatus/
cur hoc agis. statim respōderet: p̄pter ire ad sanctū iaco
bum. ¶ G Ad propositum dicitur. Primo ꝙ ad cōse
crandū nō requiritur intentio actualis consecrādi p̄la
tione forme consecrationis. Patet: nā non requirit ma
ior intentio in cōsecratione/ꝙ in meritoria operatiōe: qꝛ
operatio nō est meritoria nisi ex proprio conatu volūta
tis: nō tamen excludendo gratiā. Cōsecratio aūt efficax
est ex verbo creatoris. Nūc aūt in operatione meritoria/
nō requiritur semp actualis intentio ad merendūꝫ: idest
actualis relatio actus sui meritorij in deū: alioquin cōti
nuans actum meritoriū cum distractione nō mereretur.
Et in exemplo p̄posito: ambulans ad sanctū iacobū: dū
actualiter de hoc non cogitaret nō mereretur. Neq; san
cti martyres tolerantes durissimas penas distracti/ aut
forte absorpti imanitate penarum: propter qḋ non sem
per cogitauerunt actualiter illa pati pro fide christi seu
iusticia/meruissent: qḋ est incōueniēs. Et propterea non
est verisimile deum sacerdotē obligasse ad pene impos
sibile: vel saltem nimis difficile in illo actu/cuiusmodi est
nō distrahi ab actuali intentione. Cum sm beatū Augu
stinū in secūdo de libero arbitrio/nō sit in potestate no
stra q̄n visis tangamur: hoc est que offerūtur per intelle
ctum voluntati. ¶ Secūdo dico/ꝙ non sufficit habitua
lis intentio: qꝛ consecrare (vt dictū est) debet esse actus
human⁹. Actus aūt etiā ꝯformis habitui: si nō fit a volū
tate intēdente: sed aliūde p̄ter intentionē euenit: huma
nus nō est. Nā si quis habeat habitū inclinantē ad desi
deriū sanitatis: si currat nō intēdēs p hoc sanari sed lu
dere: nō dr ꝯseq̄ sanitatē p actū humanū: sꝫ casualiter vel
fortuito. Sola ḡ intētio habitualis nō sufficit respectu fi
nis act⁹ humani vt hūani. ¶ Tertio dico/ꝙ ad ꝯsecrādū
req̄rit/⁊ sufficit in sacerdote intētio v̄tualis: h̄ est req̄rit
⁊ sufficit ꝙ sacerdos habuerit intētionē actualē ꝯsecran
di: ex q̄ p̄cessit ad op⁹ celebratiōis: ⁊ sufficit hec intentio
etiā si in v̄bis ꝯsecratiōis distrahat nihil actu cogitās de
consecratiōe. Et hec vera sunt: si opus celebrationis pro
cessit ex prima intentione actuali/sine omni motu con
trarie volūtatis interueniente q̇ si interueniret: ⁊ nō de
nouo intenderet consecrare: q̄uis proferret consecratio
nis v̄ba: nō tamen ꝯsecraret: quia tūc nō adesse intentio

Intētio ē triplex

actualis: nec virtualis. Hec multũ quietant scrupulosas ↄsciẽtias: quia nõ minus congruit vt sacerdos per pre uiã deuotã recollectionẽ virium: ⁊ intentionis ob firmationẽ oĩa distrahentia ⁊ impertinẽtia posseremus excludat: ac deuotius actualiter intendere satagat/abigens manu sancte discretionis volucres cogitationũ peruersarũ/importune se ingerentiũ: ⁊ sacrificij fructum violare cupientiũ: exemplo patriarche abrae: ne musce morientes ꝑdant suauitatem vnguenti: idest consolationẽ ⁊ gustum dulcissimũ huius diuinissimi sacramenti. Et tantũ de his que ex parte ministri requirũtur ad necessitatẽ sacramenti: que fuere potestas ordinis: facultas sermonis ⁊ integritas intentionis. ¶ Lectio.vij. A

Expeditis his que

ex parte ministri requirũtur ad simpliciter consecrandũ: videnda sunt consequẽter q̃ ex parte eiusdẽ requirũtur ad ordinate cõsecrandũ: ⁊ hec sunt duplicia: videlicet impedimentorũ amotio: quorũ aliqua sunt tm̃ culpe: aliqua tm̃ pene: aliqua nec culpe nec pene. Secũdum est cõuenientiũ appositio. Impedimenta que sunt tm̃ culpe: quib⁹ sacerdos impeditur ab ordinata celebratione sunt pctã mortalia: quod patet: nã ordinate celebrat qui celebrando nõ peccat. Inordinatio enĩ in celebrando defectus est nõ naturalis: sed moralis. oĩs enĩ talis peccatum est: ergo a contrario sensu/qui celebrando peccat: inordinate celebrat. ¶ B Peccat aũt mortaliter quicũq; in mortali saltẽ scienter celebrat. Quod ꝓbatur autoritate ⁊ ratiõe. Autoritate apostoli. Qui manducauerit panẽ hunc: ⁊ biberit calicẽ dñi indigne: reus erit corporis ⁊ sanguinis dñi. Et sequitur. Judiciũ sibi manducat ⁊ bibit. idest dãnationem. Dãnationem aũt nõ inducit nisi pctm̃ mortale: nõ autẽ hoc dũtaxat de cõmunicante: sed etiã multo magis de celebrante d̾r. Unde glosa beati Ambrosij. Indigne manducat qui aliter celebrat ꝙ a christo traditũ est. Et qui indeuota mente accedit ad eucharistiã: vel in voluntate peccandi manet: ille reus erit corporis et sanguinis dñi: idest mortis christi penas dabit: idest ac si xp̃m occiderit punietur. Hec glo. Cum dicit/q̃ aliter celebrat mysteriũ eucharistie/ꝙ a christo traditum est: hoc dicit quãtum ad ↄficientes siue ↄficere volentes: qui non deuota mente ex cordis desiderio ad eucharistie ↄsecrationẽ accedunt. Sic enĩ tradidit christus ex maxime charitatis desiderio. vñ ⁊ ait apostolis. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscũ anteꝙ patiar. Luc.xxij. Hoc aũt facit/qui nõ discernit corpus dñi ab alijs cibis: sed indiscrete ⁊ negligenter tractat ⁊ sumit: venerationẽ singulariter huic sacramento debitam nõ exhibens. Quod notatur ꝑ apostolum cũ addit. Non diiudicans corpus dñi. ¶ Et quod sequit̃ in glosa. Uel in voluntate manet peccandi: d̾r quãtum ad ↄficientes ⁊ sumentes. Sic ⁊ illud glose. Indignus est ⁊ reus qui beneficiũ eius in irritum ducit: qđ facit quisquis sacramentũ salutis nõ tractat: vel sumit (obstante mortalis pcti obice) ad salutẽ. ¶ Item magr̃ dist.xij. quarti. Indignus est qui aliter celebrat mysteriũ ꝙ christus celebrauit: vel q̃ habens mortale pctm̃ accedit. Probat̃ idem rõne: qm̃ actus ↄficiendi eucharistiã nobilissimus ⁊ excellentissimus actus est oĩm potestatũ ecclesie: ergo multo magis peccat hũc indigne ⁊ in mortali pctõ exercens: ꝙ aliũ actũ cuiuscũq; ptãtis vel ordinis. Sed exercens aliũ actum ordinis in mortali: mortaliter peccat: vt.s. lectione.ij deductũ est: ergo a maiori ↄficiens ⁊ exercens eucharistiã in mortali pctõ/peccat grauiori mõ mortaliter: q: actus cõficiendi eucharistiã nobilissimus est oĩm actuũ ecclesiasticorũ: vt supra deductũ est. Preterea oĩs ↄsecrans etiã sumere debet eucharistiam: vt in ca. Relatum. de ↄsecra. dist.ij. vbi dicit̃ Modis oĩbus tenendũ est: vt quotienscũq; sacrificans corp⁹ ⁊ sanguinẽ dñi nr̃i iesu xp̃i in altari imolat: totiens perceptionis eius participem se prebeat. Cũ ergo sumẽs ⁊ manducãs in mortali indigne sumit/⁊ mortaliter peccat: ergo ⁊ ↄsecrans: q: ↄsecrans etiam est manducans. ¶ C Qđ etiã sumens in mortali peccet mortaliter: ex hoc deducit beatus Tho. in.iiij. scripto: dist.ix.q.iij. q: talis abutitur sacramẽto: ⁊ quãto sacramentum est dignius: tanto abusus grauior. Qđ vero abutat̃: patet ex tribus q̃ in hoc sacramento attenduntur: q̃ sunt sacramentũ tm̃: sacramẽtũ ⁊ res: ⁊ res ⁊ nõ sacramẽtũ. Quantum ad primũ/habet rõnẽ cibi ⁊ potus: cibus aũt nõ cõpetit nisi viuenti: ⁊ ideo carẽs vita gratie ꝑ mortale mortuus est spũaliter: ⁊ ita abutitur sacramẽto. Pctm̃ enĩ tale ideo mortale d̾r/eo ꝙ mortificat aiam quoad gratiam gratificantẽ: nõ quoad grãm gratis datã: quã etiam habent heretici/pagani/iudei: qui tñ etiã maxime peccare vident̃: ⁊ tñ vt cõiter alijs habiliores vident̃. Quoad secũdum/sumitur ibi xp̃s q̃ est scõrũ sanctorũ: vñ receptaculum eius debet esse sanctũ: ideo q̃ sumit cũ ↄtrario sanctitatis. i. ↄsciẽtia mortalis pcti: abutitur. Quoad tertiũ/ q: accedẽs significat se ad vnitatem corporis xp̃i mystici tendere. vñ si pctm̃ mortale in ↄscientia teneat ꝑ quod a corpore mystico separat̃: fictionis culpam incurrit: ⁊ ita abutitur sacro. Hec Thom̃. Ex illis sequit̃ ꝙ sacerdos in mortali pctõ celebrãs/peccat duobus mortalibus pctis distinctis. Uno q: indigne ↄsecrat: alio q: indigne mãducat. Patet clare ex pmissis: q: mãducare ⁊ cõsecrare duo actus sunt distincti: ⁊ in qualibet indigna executione cõmittitur pctm̃ mortale. ¶ Sed di. aliqs. Si ita se habet officiũ ↄsecrandi: impossibile esset sine mortali eucharistiã ↄsecrare aut sumere: ⁊ ꝑ ↄsequens nulli est factum illud ad salutẽ: ꝓbatur tñ sequela: quia ↄsecrãs aut est in pctõ mortali: vel nõ. Si primũ: ex dictis indigne sumit et ad iudiciũ: ⁊ ita mortaliter peccat. Si non: q: tñ nemo de se scire põt an odio vel amore dignus sit. [Eccle. ix] Quis põt dicere mundũ est cor meũ: purus sum a pctõ. [Prouer. xx.] In tali dubio accedẽs/periculo mortalis pcti se exponit: ⁊ ꝑ ↄsequẽs mortaliter peccat: sm̃ illud. [Eccli. iij.] Qui amat periculũ peribit in illo. ¶ D Ad huius replice solutionẽ duo videnda sunt. Primo quot modis aliquis d̾r esse in mortali: ⁊ qui horũ modorũ reddunt accedentem indignũ. Scđo quõ in ↄsecratione ⁊ sumptione possit vitari nouũ mortale. De primo notat Sco. dist.ix.iiij.q. vnica/ꝙ aliquis põt intelligi esse in mortali tripl̾r. Primo in actu siue actualiter: q: tũc peccat actualiter pctõ mortali actu interiori vel exteriori: vtputa q̃ habet voluntatẽ respectu actus pcti p̄teriti/p̄sentis vel futuri. Hec enĩ voluntas: q̃ est actus elicitus: est mortale pctm̃ primo ⁊ intrinsece: quo nõ existẽte/actus imperatus nunq̃ est pctm̃. ¶ Pro cui⁹ declaratione notandũ/ꝙ actus voluntatis est duplex: scz actus volũtatis elicitus/⁊ actus volũtatis imperatus. Actus voluntatis elicitus est actus ꝓductus ab ipsa volũtate sine imperio ipsius volũtatis: vt velle peccare: velle dare elemosynã. Sed actus imperatus volũtatis est actus ꝓductus ab aliqua potentia mediãte imperio volũtatis: dũ talis actus possit esse in ptãte volũtatis: vt velle audire lectionẽ imperatã a volũtate: velle facere hoc vel aliud imperatum a volũtate. Scđo aliquis intelligitur esse in peccato: q: post peccatũ preteritũ/de quo nõ recolit: nõ penituit nec penitet. Tertio q: etsi penituit aut penitet: nõdum tñ est cõfessus: ⁊ in foro ecclesie absolut⁹. Quisquis ꝑ aliquo triũ modorũ fuerit in mortali: indigne cõsecrat ⁊ sumit: ⁊ accedendo nouũ pctm̃ mortale incurrit: nõ tamen equaliter: sed alter altero maius. Nã primo modo in peccato mortali existens grauissime peccat: dum se quẽ indignũ ⁊ immũdum nouit: preparare negligit: ibi enĩ est peccatũ omissionis/⁊ peccatum cõtemptus: nam christo quãtum in se est: contumeliã facit. Unde peccato iude cõparatur in glosa venerabilis bede/Marci. xiiij. super illud. Ue aũt homini per quẽ filius hominis tradetur. In sempiternũ ve homini q̃ ad mensam dñi indi

gne accedit: ille em̄ in exemplum iude filiū hominis tra
dit: nō iudeis quidem petōribus: sed tamen petōribus:
mēbris scʒ suis qui accipere dñici corporis secramentum
temerarie p̄sumūt: tales em̄ sunt de p̄mo modo: quia sciē
tes se in mortali: qḋ actu cōtinuant: accedere non formi
dant. Qui vō secūdo modo sunt in petō mortali: licet mi
nus q̄ p̄mi peccant: tm̄ mortaliter p̄ negligentia qua se
ꝓbare negligūt / idest examinare: maxime si hec negligē
tia fuerit affectata crassa vel supina q̄ si affectata fuerit
auget petm̄ ⁊ aggrauat: nā ⁊ ipsa ignorantia ſm se pec
catū est: vnde Augu. ad valentinū. In eis q̄ scire nolue
rūt: ignorantia ipsa petm̄ est. Et de hac dicit Ambro. Gra
uissime peccat qui ignoranter peccat: ideo grauissime q̄
periculosissime. De hoc magister dist. xxij. lib. ij. Si vero
crassa fuerit: idest talis que p̄ debitā diligentiā si adhibi
ta fuisset excludi potuisset. etsi excusat a tanto / pro quan
to minuit cōtemptū: quē prior ignorantia auget: non tm̄
excusat a toto. idest nō excusat simplr a mortali petō. Un
de Augu. vbi supra. Ignorantia eoꝝ nō qui scire nolunt
sed qui tanq̄ simpliciter nesciūt: nullū sic excusat vt eter
no igne nō ardeat: sed fortasse vt mitius ardeat. Si autē
fuerit ignorātia inuincibilis simpliciter excusat: de quo
infra dicetur. ¶ E Similiter qui sunt in mortali tertio
modo: idest nō ꝯfessi post mortale cōmissum: licet peni
tentes ⁊ ꝯtriti: accedentes mortaliter peccant: vt tenent
dñs Albertus / Scotus / Richardus / Gerson in regu
lis moralibus ca de penitentia. ⁊ in suo tripertito de cō
fessione. Et est ratio Scoti: q̄ non tm̄ debet accedens re
conciliari deo: sed etiam ecclesie / vt digne suscipiat sacra
mentū vnitatis ecclesie. Etiam ꝓpter hoc ordinauit ec
clesia / vt oēs vtriusq̄ sexus ante festum pasche: quo cō
municare tenētur: oīa petā sua cōfiteantur; ⁊ sic ꝯfessi
cōicent. Et eadem rōne quocūq̄ tēpore anni cōmunica
re quis voluerit. De hoc venerabilis Hugo in lib. de ec
clesiastica ptāte ligandi ⁊ soluendi ait. Audacter dico: si
ante sacerdotis absolutionē ad cōmunionē corporis et
sanguinis christi quis accesserit: pro certo sibi iudicium
manducat ⁊ bibit. etiam si cū multū peniteat ⁊ vehemē
ter doleat ⁊ ingemiscat. Et hoc est simplr verū / si confes
soris copia haberi pōt. Si vō non occurrat opportuni
tas cōfitendi: distinguēdum est ſm scotū. Si potest sine
scandalo differre celebrationē aut cōmunionē: debet ex
pectare ꝯfessionem. Si vō iminent scandalū: nisi statim
celebret aut cōmunicet: vtputa si sacris vestibus indut⁹
memoraretur alicuius peti mortalis cōmissi ⁊ nondū cō
fessi: nec haberet ad manū idoneū confessorē: tunc cum
ꝯtritione ⁊ volūtate confitendi tpe opportuno pōt cele
brare vt scandalū euitetur sine nouo mortali etiā cū me
rito. Similiter de alio cōmunicaturo in simili casu cēsen
dum est: vt exempli causa in aliqua religione / vel ecclia
consuetum est vt oēs non sacerdotes certo die cōmuni
cent: si nūc alicui ex his tēpore cōmunionis occurrit mor
tale nō confessum: nec habere pōt idoneum confessorem
potest nihilomin⁹ cum cōtritione in actu / ⁊ cōfessione in
voto tēpore opportuno facienda accedere: ⁊ nō ꝯfessus
cōmunicare. Nec est dicendum q̄ talis peccet mortaliter
vel transgrediatur p̄ceptum vt euitet scandalū: q̄ nullū
p̄ceptum excludit ipsum ab illo actu / in hoc casu: q̄ dila
tio cōfessionis in actu: q̄ tunc habet in affectu nō exclu
dit eum / qn sit membrū ecclesie militātis habile ad act⁹
in q̄bus membra cōmunicant: ⁊ tenetur vitare scanda
lum p̄rimi. Hec scotus. Eadem ratio videtur de curato:
qui ꝓpter necessitatem infirmoꝝ aut subditoꝝ ad audiē
dam missam de die dñico obligatoꝝ / misse celebrationē
sine scandalo omittere non potest. ¶ F Sed diceres
quid de veniali. Respondet Sco. vbi supra / dicens. De
veniali nō oportet dubitare: q̄ de illo non est necessitas
penitentie: ⁊ per ꝯsequens nec confessionis. Dicendum
igitur q̄ q̄uis vtile sit se a veniali per confessionem: siue
alia remedia purgare: pro quāto reddunt hominē tepi
dum / grauem ⁊ obnubilatum: deuotionem tollunt: aut
minuūt: adiuuantq̄ cautelam cauendi maiora: ſm illud.
Qui spernit modica paulatim occidit: tamen nō v... est
absolute necessarium / q̄ de ipso cōsecraturus prius ꝯfi
teatur: aut etiam conteratur. Quod ex eo patet: nam
hoc nō est necessarium ad secure moriendū: quia si quis
in veniali decedit sine mortali / etiam moriēs in actu pec
cati venialis saluabitur: vapulabit tamen ſm illud apo
stoli. Si quis superedificat lignū / fenū / stipulam: idest
peccata venialia: ſm glo. Grego: ij. Sequitur. Si cuius
opus arserit: detrimentū patietur: ipse autem salu⁹ erit:
sic tamen quasi per ignē / scʒ purgatorij. Non videt autē
q̄ sacerdoti necessarium sit confiteri hoc peccatum ante
celebrationem. de quo non tenetur conteri vt ingrediat
regnum celoꝝ. Huius ratio assignari pōt: quia petm̄ ve
niale nō repugnat gratie in facto esse: hoc est / stat simul
cum gratia: alr̄ em̄ non esset veniale: sed ad mortē / si tol
leret vitā anime: que est gratia. Nec repugnat gratie in
fieri: hoc est nō impedit gratie infusionē: neq̄ augmen
tationē. Unde si adultus cupit baptizari / dolens de suis
petis mortalibus: ⁊ actu peccans venialiter / iustificatur
⁊ gratiam recepit. Ratio est: q̄ sacramentū baptismi cō
fert gratiā nō ponenti obicem. Obicē aūt nō admittens
gratiā / petm̄ mortale est: ſm Scotū dist iiij ic. vij li. iiij.
Item ſm oēs / petm̄ veniale existens nō ꝓhibet quem
meritorie agere: imo sepe per actū charitatis feruidū ex
tinguitur: ⁊ quoad culpam: ⁊ quoad penā quēadmodū
aque gutta cōsumitur a vehemēti flāma: adeo non impe
dit gratie augmentationē. Si igitur neq̄ tollit gratiam
existentem: neq̄ impedit ipsius infusionē: nec augmē
tationem: nō videtur q̄ sacerdos teneatur ipsum cōfite
ri ad hoc vt digne celebret. Non modo digne per nō im
putationē ad nouū peccatum mortale: sed etiam digne
meritorie. ¶ G Sed diceres ſm cōe dictuꝫ / licet petm̄
veniale non opponatur charitati: opponitur tm̄ feruori
charitatis. Feruor em̄ charitatis ē charitas. sicut fēruor ca
loris est caliditas intensa. Respondet q̄ peccatū venia
le nihil charitatis tollit: tum quia si aliquid eius tolleret
per venialiū multiplicationē tota charitas posset tolli
⁊ per ꝯsequens non essent venialia: sed mortifera. Tum
quia charitas ſm ordinatam dei potentiā minui nō pōt:
quia nō habet contrariū nisi mortale: quod totam tollit
Dicitur autē tollere seu minuere feruorem charitatis / p
quāto ex actu peccati venialis relinquitur quidam habi
tus in voluntate: qui ipsam impedit ne possit in actū cha
ritatis ita intensum / sicut posset tali habitu circūscripto.
Inclinat em̄ habitus peccati venialis ad actus consimi
les eis a quibus genitus est: ⁊ per hoc impeditur cona
tus potentie ad actum oppositum meritoriū. Simile est
in noniter conuersis / qui ꝓpter habitus vitiosos in eis
derelictos: ⁊ post iustificationē remanentes / nō expedi
te ⁊ faciliter exercent actus virtuosos. Sed istis obuia
re videtur autoritas beati Augu. in ecclia dogma. ⁊ alle
gat magr̄ distin. xv. lib. iiij c. vltimo. Licet quis petō mor
deatur: si peccandi tm̄ de cetero nō habet voluntatem: ⁊
satisfaciat lachrymis ⁊ orationib⁹ / accedat securus: sed
h̄ de illo dico quē mortalia petā nō grauant. Hec autori
tas videt intelligi de venialib⁹ ꝓpter hoc qḋ in eo sequit
Hoc dico de illo quē mortalia non grauant. Respondet
Scotus distin. ic. quarti / q̄ hec autoritas intelligi pōt de
mortali petō confesso ⁊ dimisso p̄ penitentiā. Ut si quis
de illo mordeatur / quasi nō plene satisfecerit de eodē: et
peccandi de cetero nō habeat voluntatem: satisfaciat la
chrymis ⁊ orationibus pro eodem ⁊ accedat securus. Et
tunc sequit. Et hoc dico de illo quē mortalia nō grauāt
hoc est qui sine petō mortali nō dimisso accedit. Et q̄ nō
apte exponit de veniali / ex eo videtur / q̄ ad digne cele
brandū / nō sufficit cōtritio vel dolor de petis: sed requi
ritur etiā ꝯfessio ſm premissa. Cum aūt dicat btūs Aug.
⁊ peccandi nō habet voluntatem securus accedat: ⁊ non

Eccl. xix

j. Cor. iij

addit/⁊ confiteatur: videtur ꝙ aptius exponatur: vt dictum est: de mortali/ꝙ̄ de pctō veniali: q: ſm illa verba nō concluderetur neceſſitas ꝯfitendi venialia/ſm intentionē dicentiū oppoſitum: ſed dūtaxat deteſtatio ſeu dolor de venialibus. Et ita patet primū/quis modus mortalis peccati facit accedentem noui peccati reum.

Lectio.viij. A

Nunc de ſecūdo videlicet

licet quō caueri poſſit nouū peccatū mortale in ꝯſecratione ⁊ ſumptione huiꝰ ſacramenti. Attendenda eſt hic doctrina apoſtoli qua dicit. Probet ergo ſeipſum homo: ⁊ ſic de pane illo edat: ⁊ de calice bibat. Scōm hāc/quilibet ⁊ cōſecraturus aut cōicaturus priuſꝙ̄ accedat: debet ſeipſum ꝓbare.i.ſuam cōſcientiaȝ diligenter examinare an pctō mortali ſit euacuata. Debet igitur attendere diligenter ſi deteſtetur pctā preterita.ſi diſpliceant ꝑſentia: ſi ꝓpoſitum firmū habeat cauēdi futura.ꝙ ſi aliquod horum defuerit: abſtinere debet a miſſa donec ſeipſum iudicauerit: ⁊ per ſeueritatē penitētie ſe exercens/purgationē meruerit peccatoꝝ: quatenꝰ ſic a ſeipſo iudicatus/nō iudicetur a domino. Ceſſat em̄ vindicta diuina/ſi ꝯfeſſio precurrat humana.ait glo.bti Augu.vbi ſupra. Alioquin in pctō (vt dictum eſt) accedens/irreuerentiam facit deo: quē ſuſcipit in ſacramēto: ⁊ eterne dānationis iudiciū incidit indigne accedendo. ¶ Sed forte queris: quanta diligentia in examinando requiritur: vt indignus acceſſus caueatur. Reſpōdetur ſm doctores/⁊ ꝑſertim doctorē ſubtilem in.iiij.diſt.xvij. q.j.⁊ Johan.gerſon in ſuo tripertito. Tantā debet facere diligentiā in examinatione ꝯſcientie recogitantis preterita pctā: quātam faceret in magno ⁊ arduo negocio ꝓ magna ⁊ ardua re lucrāda/aut incōmodo graui vitādo. Hec ſiquidē inquiſitio diligēs etiā cuilibet ſufficit ad fructuoſe confitēdum ſm eoſdē: vt ſic ad memoriā reducat iuxta humane fragilitatis poſſibilitateȝ ꝑterita peccata/prius per cōtritionē ⁊ cōfeſſionē nō deleta. Eaq; deteſtetur: q: cōtra dei mandata cōmiſſa: ſicq; vt dictū eſt: confiteatur. Hac diligētia adhibita/ſi alicuius peccati obliuiſcitur: per acceſſum ad hoc ſacramentū/vnū e duobꝰ cōſequit: aut virtute ſacramenti peccatū hoc remittit: aut ad cognitionē talis peccati coꝛ illuſtrat: quatenꝰ per penitentiā diluat: vt vult Durandus in.iiij.diſt.x.q.x. Et recitat gerſon in tractatu de pol.noc.confide.ij. Sicut frequenter expertū eſt/ꝙ deuote celebrātes/in pluriū peccatoꝝ cognitionē deuenerūt/q̄ occulta fuere prius. Secus de his qui per craſſam ⁊ ſupinā negligentiā peccata grauia nō aduertunt aut obliuiſcūtur. ¶ B Sed adhuc dicere: ſi tanta preuie recollectionis diligentia req̄ritur: trepidabit neceſſe eſt quiſquis acceſſerit/tanꝙ̄ incertus ſi debitam diligentiā ad rememorandū pctā confitenda adhibuerit vel nō: ⁊ ſemꝑ incertus: ⁊ ꝑ ꝯſequēs in periculo accedit. ¶ Pro huius ſolutione aduertenda eſt doctrinalis diſtinctio certitudinis. Eſt em̄ triplex certitudo ſm gerſonē vbi ſupra/ſcilȝ ſupnaturalis: naturalis: moralis. Certitudo ſupnaturalis eſt: cui innitens ꝑ nullam potentiā falli pōt: heca ſolo deo eſt quātum ad veritates ꝯtingentes. Hec etiā eſt certitudo pmi pncipij ⁊ ꝓpoſitionū per ſe notarū: vt quodlibet eſt vel non eſt. Hanc habuere ꝓphete in his que ꝑ diuinā reuelationeȝ acceperūt. Talem etiā certitudinē habemus ⁊ nos de articuloꝝ fidei veritate: ⁊ oībus in canone biblie contētis in eo ſenſu i quo a ſancto ſunt ſpiritu reuelata. His nāq; aſſentiendo falli aut decipi nō poſſumus: q: deus q̄ ſumma ⁊ infallibilis eſt veritas: nō poteſt falſum tanꝙ̄ verū reuelare. Hec certitudo nō accipit a rebus: alioquin nō eſſet infallibilis: cum ſm apoſtolū. Ois creatura vanitati ſubiecta eſt. Et ſicut de nihilo oīa producta ſunt: ita ꝑ potentiaȝ creatoris poſſunt ſingula in nihilum redigi ⁊ collabi. ¶ Alia eſt certitudo naturalis; ⁊ hec eſt veritatum a rebus acceptarū: quibus innitens falli nō poteſt per naturā. Hanc certitudinē habemus de multis euidētibus veritatibus ꝯtingentibus ⁊ neceſſarijs ſm naturā vt ſol oritur. Talem certitudinē habemus de exiſtentia rerū intuitiue cognitarū cōtingentiū. Item de ꝓpoſitionibus naturaliter neceſſarijs: vt ignis eſt calefactiuus. Circa quaruȝ veritates/ſtante cōi curſu nature/nullus fallitur: licet ꝑ potentiā ſupnaturalē/⁊ miraculū q̄s falli poſſet. ¶ Tertia certitudo moralis ſiue ciuilis: ⁊ hec nō eſt ex euidentia rei: ſed ſurgit ex ꝓbabilibus cōiecturis groſſis ⁊ figuralibus magis ad vnā partē/ꝙ̄ ad alteram: qualis ſufficit in morali negocio ⁊ agibilibꝰ humanis: vt vult philoſophus.j.Ethico.c.j. ¶ C Ad ꝓpoſitum noſtrū. Prima certitudo ſupnaturalis ⁊ reuelationis/nō requirit vt ſacerdos de ſufficienti ſue examine cōſcientie ſecurus digne accedat: hodie nāq; nulli talem reuelationē accipiūt. Que ſi neceſſaria foret: ſpūſſanctus eccleſie ſue rector ⁊ gubernator: qui eā a culpabili errore ꝑſeruat: nequaꝙ̄ generaliter eccleſie ſacerdotes errare ꝑmitteret: q̄n potius reuelaret: qđ ſine ſua reuelatiōe ſciri nō poſſet. Nam ſicut natura in neceſſarijs nō deficit ita nec deus in eccleſie ſue regimine filij ſui ſpōſe: eiuſdē ꝑcioſo ſanguine ꝑ lauacrum aque ablute ⁊ ſanctificate: ſm illud apl̄i. Chriſtus ſeipſum tradidit ꝓ eccleſia: vt illam ſanctificaret: mūdans eā lauacro aque in verbo vite vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiā nō habentē maculam: neq; rugam. Fatuū ergo eſſet hāc reuelatiōis certitudinē expectare. Certitudo etiā naturalis euidētie nō requirit: qm̄ naturalis hoīs cognitio non extendit ſe ad euidentē noticiā huius ſufficientis diligentie ⁊ expiationis peccatoꝝ: qua ꝯſecrans digne ꝯficeret: qm̄ hec dignitas depēdet ex clementi oīpotentis dei bonitate: noſtrā qualēcunq; diſpoſitionē miſericorditer tanꝙ̄ ſufficientē acceptante. Ad ſciendū aūt hanc dei voluntatem: naturalis hoīs cognitio nō aſcendit. Neſcit inquā hō an amore vel odio dignus ſit. Quis em̄ neſciat fieri poſſe: ſm gerſonem de pol.noc.cōſi.j. vt hō detur in reprobū ſenſum demerito ꝑcedentiū peccatoꝝ: vt nō videat pctā ſua: ⁊ ꝑ hoc nihil ſibi ꝯſcius ſit: ⁊ tn̄ non in hoc iuſtificatꝰ ſit. Et velut aman ſupbiſſimus ad cōuiuiū heſter veniens: qđ ſibi ad honorē putat: ad ſuſpendiū ſibi inueniat preparatum. Heſter.v.⁊.vij.c. Aut ſi auditurus eſt. Amice quō huc intraſti nō habens veſtē nuptialem. Aut ſi talibꝰ annumeratus eſt: de q̄bus ꝓpheta in pſalmo.lxviij. non tā imprecatiue ꝙ̄ prenūciatiue dixit. Fiat menſa illoꝝ coraȝ ipſis in la.⁊ in retri.⁊ in ſcandalū. Obſcurent oculi eoꝝ ne videant ⁊c. Conformiter ad illud apl̄i. Propter hoc multi inter vos imbecilles ⁊ dormiunt multi. Que imbecillitas ⁊ dormitatio magis ad animā ꝙ̄ ad corpus referri putantur. Hec oīa certitudinē euidentie tollunt. Hec gerſon de pol.noc.ꝯſideratione.j. ¶ D Ex quibꝰ certe deducitur neceſſitas humiliationis noſtre ad deuȝ: vt nō glorietur ante eum ſtulta preſumptio omnis carnis. Nec vltra apponat ſe magnificare homo ſuper terram: quatenus ex hoc deſperemꝰ de viribus noſtris: neq; ponamus carnem brachium noſtrū: ſed tota ſpe ꝓijciamur in deum: vt ipſe nos eruat. Neq; putemus nos aliq̄d eſſe: cum nihil ſimus nos ſeducentes. Galatharum.vj. Sed iuxta verbū xp̄i/Luc.xvij. Cum fecerimus oīa que ꝑcepta ſunt/dicamꝰ nihilominꝰ: ſerui inutiles ſumus: q̄ debuimus facere fecimꝰ: ſcientes q: nō ſumus ſufficientes a nobis/quaſi ex nobis cogitare aliq̄d: ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt: q̄ fecit nos idoneos miniſtros noui teſtamenti. Tertia certitudo/ꝓbabilis ſcilȝ ⁊ cōiecturalis ſufficit: quā habere poteſt ſacerdos ſi conatus eſt vitam preteritā/ꝑſertim a ꝓxima ꝯfeſſione diligenter facta examinare: ſi pctā in hoc ſuo examine occurrētia deteſtetur ꝓpter deum: ſi ea ꝯfiteatur/paratus ꝯfiteri oīa oblita ſi memorie occurrerent. Si non placet obliuio: ſed magis deſideret ad oium pctōꝝ ſuoꝝ illuminari memoriā. Si

j.Coꝛ.xj. — Ro.viij. — Ephe.v. — Eccõ.ix. — Math.xxij. — j.Coꝛ.xj. — ij.Coꝛ.iij.

nihil voluntarie omittit quod reminiscentiā peccatorum
adducere posset. Si firmū ꝑpositum omnia mortalia ca
uendi habeat: ⁊ coniecturaliter scire pōt/ si hanc diligen
tiā fecerit: sicut ⁊ in aliīs humanis suis actibus scire pōt
ꝙ diligenter/quō/qualiter/propter quid operetur. Hec
ergo diligentia eiusq̧ coniecturalis certitudo sufficit ad
digne celebrandū. Qđ ex eo patet: quia nō requirit̄ ma
ior diligentia in examinatione ꝯscientie ad digne celebrā
dum/ꝙ ad secure moriendū: talis aūt sic se examinans/
dolens ⁊ ꝯfitens pctā sua/si moreretur saluaret̄: q: non
requirit dominꝰ vltra possibilitatē humane fragilitatis.
C E Si dicis/oībus predictis stātibus/adhuc potest
manere peccatū aliqđ mortale: qđ si latuerit: celebrans
in mortali ⁊ extra gratiam celebrat: ⁊ per ꝯsequens indi
gne celebrat. Ad hoc dicendū ꝙ ad cauendū indignā ce
lebrationē/nō requirit̄ ꝙ sacerdos sit in gratia ⁊ chari
tate: ⁊ ideo sine mortali: quoniā si sic: vt dictū est: dispoſi
tus accedat: nō indigne accedit. Quia sic accedēdo etiā
si fuerit in mortali: nō nouo mortali peccat: licet etiā nō
digne accedit. ita digne vt per consecrationē ⁊ participa
tionē eucharistie mereatur sibi gratiā infundi: licet alte
rum de duobus supra dictis ꝯsequatur: vel remissionem
peccati ignoti: vel illuminatione ad eius memoriā. ꝙ si
cōteritur: gratiam consequitur. Unde patet ꝙ inter indi
gnū accessum/⁊ dignū datur mediū. Ut indignus acces
sus dicatur quo nouū mortale incurritur. Dignus quo
gratia augetur. Medius quo neq̧ nouū peccatū incur
ritur: neq̧ gratie augmentū percipit̄. Et ꝑ hoc responde
tur ad replicā supra lectione. vij. motā: negando ꝙ īpos
sibile est sine mortali eucharistiam ꝯsecrare aut sumere:
quoniā multi sumūt nō solum sine nouo mortali: sed etiā
cum merito ⁊ gratie augmēto. Unde glo. Hieronymi su

Marci. xiiij.

per verbo: Biberūt ex illo omnes. Felix ebrietas: saluta
ris satietas: que quāto copiosius sumitur: tanto sobrie
tatem mētibus dignat̄ donare. Et ad ꝓbationem neget̄
vtraq̧ pars ꝓbationis. Prima: quoniā stat ꝯsecrantem
esse in pctō mortali: ⁊ tn̄ non indigne sumere aut conse
crare: vt statim declaratum est. Unde superius contra ad
ditum fuit/scienter: ita ꝙ cōsecrans in mortali sciēter/in
digne accedit. Similr̄ secūda pars negetur: quia licet hō
nō posset scire per euidentie certitudinē se esse sine mor
tali: potest tamen de hoc habere certitudinē coniectura
lem: ⁊ quibusdā signis habere spei fiduciā: vt dicit Alex.
de ales. iiij. pte. q. xlvj. mēbro. j. Et subdit. vñ Bern̄. in ser
mone de septuagesima. Nescit homo vtrū dignꝰ sit amo
re an odio: sed spei fiducia consolatur nos scriptura: ne
dubitationis huiꝰ anxietate penitus crucienur. Propter
hoc data sunt quedā signa/⁊ indicia manifesta salutis:
vt indubitabile sit eū esse de numero electoꝝ: in quo ea
signa ꝑmanserunt. Et post/ponit quattuor. Primū si de

Jo. viij.

uote audit verbū dei. ꝭm illud. Qui ex deo est: verba dei
audit. Alia tria sunt: opera vite agere: a pctīs ꝯtinere: cō
missa deflere: que ponit sermo. ij. sup canonē Johānis ex

j. Joh. v.

ponēs illud. Tres sunt qui testimoniū dant in terra: spi
ritus/sanguis ⁊ aqua. Fidelis sermo (inquit) ⁊ oī acce
ptione dignꝰ: quo salutis testimonia cōmendātur. Quis
est qui testimoniū habet effusi sanguinis xp̄i: nisi qui cō
tinet a pctīs. Habet ⁊ ab aqua testimoniū: qui laborat in
gemitu suo lauās ꝑ singulas noctes lectū suū. Sane san
ctum superuenisse spiritū certissime noua cōuersatio testa
tur. Jam vt breuiter repetam: ⁊ a sanguine/ ⁊ a spū ha
bes testimoniū ⁊ ab aqua: si ꝯtines a peccatis: si dignos
penitentie fructus: si facis opera vite. Hec Bern̄. Hinc
accipitur ꝙ habens ꝑpositum a peccatis abstinēdi: do
lens de pctīs cōmissis: ꝑponens obedire mandatis: cū
ceteris supra dictis/habet certitudinē sufficientem. Hinc
ait Alexander. Talis accedens ad corpus xp̄i cū debita
reuerentia: nō peccat: nec exponit̄ se discrimini. Sufficit
enī habere noticiā presumptionis ꝑ coniecturas eo mo
do quo dictū est. Et hoc videt̄ innuere apostolus: q̄ non
ait/dum digne accedendi regulā ponit: sit sine pctō: aut
habeat in se gratiā: sed probet seipsū homo. Glosa idest
examinet: ⁊ sic de pane illo edat ⁊c. C F Et per hoc ad
illud. Nemo scit vtrū amore vel odio dignus sit. dicendū
ꝙ loquit̄ de amore ⁊ odio finali. Unde ibi sequit̄. Sed
omnia in futurū reseruantur incerta. Uel si loquitur de
ꝑsenti vt cōmuniter exponit̄. Dicendū ꝙ loquit̄ de scien
tia per certitudinē euidentie Hoc enī sonat verbum scit.
Qđ vero additur ex Prouerb. Quis dicere pōt mūdum
est cor meū. Dicendū ꝙ non intendit dicere ꝙ nullus sit
sine pctō mortali: sed loquit̄ ibi sapiens ꝯtra ꝑsumptuo
sos: qui seipsos temerarie iactant: ac de suis meritis lau
dant: hi eo ipso ꝙ tales sunt/mali sunt. Unde glosa ibi
dem nō dicit: quis habet quia dz. Beati mūdo corde. Sz
quis pōt dicere: quia temerariū est se laudare. Uel intel
ligitur de pctō veniali. C Sufficit ergo quēadmodū ex
predictis colligitur: certitudo moralis/ad cauendum in
dignū accessum ad eucharistiam venerabile sacramentū
Hec aūt certitudo moralis excludit sciētiam ⁊ firmā fidē
de inexistenti pctō: ⁊ cōpatitur secum vacillationē quan
dam animi ⁊ suspitionē seu hesitationē/⁊ scrupulum nō
sufficientis adhibite diligentie seu indispositionis. Sed
nō debet quis ꝑpter hec celebrationem suspendere seu
pretermittere Est enī scrupulus seu hesitatio/dubitatio
quedā seu formido/consurgens ex aliquibus cōiecturis
debilibus ⁊ incertis: ⁊ hic stat cū morali certitudine. Si
cut etiā apparet ⁊ in ciuilibus negociīs: vbi ꝑpter leuē
timorē de dāno/nō dimittunt negociatores suarū mercā
tiarum exercitia: sed magis ꝭm ea que ꝓbabilius accide
re cognouerint aut estimauerint: operātur ⁊ exequunt̄.
C G Sed diceres ꝭm beatū Grego. Piarū mentium
est cognoscere ibi etiā culpā vbi culpa nō est: multo ma
gis agnoscenda est culpa vbi dubiū culpe est. Et per cō
sequens etiam in leui dubio celebrandū nō est. Respon
detur ꝭm dominū altisiodorens̄. ⁊ Johānem gers̄. can
cella. parisiens̄. ꝙ in dubio ꝓbabili committeret se discri
mini: q̄ stante illo ꝓbabili dubio celebraret: ⁊ ita pecca
ret periculo se cōmittens: secus in dubio leui. Est autem
probabile dubiū/qñ ꝑ vtraq̧ parte sunt rōnes eque for
tes: que faciūt animū trepidare ne alicui partiū audeat
ꝯsentire: vt si habeat fortiora motiua ꝙ nō fecerit debitā
diligentiā in recolligendo ⁊ examinādo se de pctīs com
missis/⁊ detestando ea q̄ ꝙ fecerit: vel certe rōnes eque
fortes. ⁊ in tali dubio celebrans peccat. Si vero verisimi
liter estimat se fecisse diligentiā quā tenetur: timet tamē
de opposito: ⁊ bona fide plus credit se fecisse/q̄ nō fecis
se: ⁊ in tali dubio celebrat: nullū pctm̄ est: nec periculo
se cōmittit. Huic alludit verbū beati Augu. supra allega
tum. Licet quis pctō mordeat̄: hoc est scrupulis ⁊ suspi
tionibus agitet̄: quasi nondū satis penituerit: aut clare
satis cōfessus fuerit: vel nondū pro eis satisfecerit: si pec
candi tn̄ de cetero nō habet voluntatem: ⁊ satisfaciat la
chrymis: nō quidē sensibiliter defluentibus. Ille enī nō
requirūtur necessario ad pcti remissionē: sed lachrymis
spūalibus que sunt pctōꝝ cōmissoꝝ detestationes. ⁊ sa
tisfaciat orationibꝰ/petendo veniā/⁊ dignā sui disposi
tionē a dñō. Sequit̄. Accedat securus: vide licet non ob
stante tali remorsu ac scrupulis. Ad idem facit qđ dicit
Alexā. de ales parte. iiij. q. xlvj. mēbro. iij. arti. ij. Quādo
existens aliq̄s in mortali pctō ꝭm veritatē: non tn̄ habet
ꝯscientiā mortalis pcti: qui preparat se sufficiēter ꝭm cō
scientiā suā vt digne accedat: nō tn̄ sufficiēter ꝭm verita
tem bene accedit: ꝙ in ipsa susceptione ꝯfertur sibi grā:
⁊ resurgit a morte pcti: ⁊ vnitur corpori xp̄i. Nōne vt di
cunt sancti/hoc sacro vniūtur mēbra xp̄i corpori. Unde
dico ꝙ q̄ vnita sunt fortius vniuntur: ⁊ qñq̧ grā collata
in ipsa susceptione sacramēti vnit nō vnitum. Et allegat
beatū Augu. in quodā sermone de ver. euāgelij plane di
centē/ꝙ qui manducat̄ viuificat mortuos. Hec alexāder.
C H Ad beatū Greg. respondet cancella. Agnoscere

culpam per firmū assensum vbi nō est:non est pium:sed stolidum et fatuū. Unde et ve eis imprecatur per prophetā. Ve qui dicitis malū bonū:et bonū malum. (Esa. v.) Neqꝫ hoc voluit btūs Gregorius. Sed agnoscere/idest timere culpā cum reputat culpā ex quadā icui suspitione: vbi fm veritatem quā euidēter nescit:culpa nō est: hoc est piarū mētium:que nō solum abstinent ab his que sciūt vel firmiter credūt esse culpas:sed et ab his que suspicant esse culpas. Nec solū a malo:sed etiā ab oī specie mali:fm apostoli ꝯsilium (j. Thes. v.) abstinere satagūt. Valet hec doctrina scrupulosis/in qbus nulla est animi cōstantia:qui iugiter in expletione suoꝝ officioꝝ timent culpabilr se deficere: quādoqꝫ ꝑpter minima:que vel modici vel nullius sunt ponderis:abstinentes ab operibus laudabilibus et virtuosis:sicut aliqui abstinent a largitione elemosynarꝫ in ecclesia:qꝛ stulte timent hoc eis imputari ad hypocrisim:aliqui a celebratione missarū ex modicissima ꝑturbatione mentis. Debent aūt hi consilijs superioꝝ/et doctoribus deuotis viris acquiescere: et ad eoꝝ ꝯsilium cōtra tales vacillationes/trepidatiōes et scrupulos audacter et viriliter operari:quatenus fiant robusti/solidi et tranquilli in suis operationibus:sic enim plerūqꝫ vincuntur huiusmodi scrupuli et abscedunt. Qui vo renuūt ac spernunt superioꝝ ac prudentū consilia ad deponendum tales scrupulos:et arrogantia et superbia sunt suspecti/preponendo scꝫ sua iudicia maioꝝ doctioꝝqꝫ consilijs et iudicijs:tales deniqꝫ vix aut nunqͣ liberari possunt a scrupulis:nec ad solidam ꝯscientie quietem ꝑueniūt:sed magis nōnunqͣ ad tantā pusillanimitatem ꝓlabūtur: vt vix quodcūqꝫ opus audeant explere: fitqꝫ eis ꝑsepe peccatum fallente conscientia:quod aliūde peccatum nō foret. Et rursum nullā pacem/nullam ꝯscientie puritatem obtinere valent: priuantqꝫ se sepe hospite gratie qui est spūssanctus. de quo dicit ꝓpheta. In pace factus est locus eius. Attendendū est hic consilium beati Bernardi qꝺ super hac re prestitit. Erat ex discipulis eius quidam tantis inquietatus scrupulis: vt ad celebrandum nullo pacto auderet accedere. Dixit ei deuotus Bernardus hoc percipiēs. Uade frater et in fide mea celebra. Obediuit discipulus:et scrupuli omnes ꝓtinus discesserūt. Laudanda et imitanda taꝫ deuoti patris industria/qͣ discipuli humilis obedientia. Hec de impedimētis que sunt tantum culpe.

℄ Lectio.ix. A

Impedimenta que

tali necessitate ingruente. Nō autem existente tali necessitate/nō licet nisi cōcedente epo loci. De volūtate eīm et ɔcessione epi loci sine tali necessitate licet celebrare missam in loco nō consecrato. vt de cōse. dist. j. Missarū. vbi dicitur: Missarū solēnia non vbicūqȝ: sed in locis ab epis consecratis: vel vbi ipse ꝑmiserit: celebranda esse censemus. Similiter habetur in ca. Sic ergo. eadē dist. Debent ergo canones in quibus dicit/ꝙ nō licet celebrare nisi in locis cōsecratis: intelligi/nisi necessitate vrgente: vel epo loci cōcedente. Hec Alexan. Verūtamen ſm Guilhel'. non licet celebrare in mari vel fluminib⁹: vbi ꝓbabiliter timet ne mutante (alias nutāte) naui sanguis dominic⁹ effundat: aut sacramētū inordinate cōmoueatur. Introitus tamē misse ꝛ cetera q̄ consecrationē nō respiciunt legi possunt. Itinerantes ergo in mari vel in terra: vbi p̄dicta haberi nō possunt: ab auditione misse in die dñico ac ceteris festis excusantur. Nec in casu ſm Sco. in. iiij. dist. xiiij. q. ij. ligant precepto obligante ad misse auditionē in sabbato: qm̄ occurrentibus duobus preceptis incōpossibilibus maius preceptum absoluit ab obseruantia minoris in tali casu. Est aūt rationabile locū celebrationis cōsecratū esse ꝓpter sacrosancti corporis christi presentiā/qđ ibi cōficit: qđ est sanctū sanctoꝝ/christus scilicet oia sanctificans: ideo oia ad illud sacrificiū ꝑtinētia cōsecrata esse debēt. Sacerdos ministri/altare/calix/pāni ꝛc. vt dicit Tho. in. iiij. dist. Etiam ꝓpter angeloꝝ presentiā: q̄ ſm beatū Gregoriū in dialo. li. iiij. assistunt illi sacrificio. Item ꝓpter orationū nostraꝝ celeriorem exauditionē: propter deuotiōis excitationem: impedimentoꝝ diabolice tentationis exclusionē: ceterosqȝ effectus bonos ecclesie cōsecrationē consequentes. Et noīe ecclesie hic intelligēde sunt etiā capelle consecrate. In his eīm celebrari potest sine speciali fauore epi ipsi⁹ loci: eo ipso ꝙ est cōsecrata: vt in ca. Si q̄s. de cōse. dist. j. ꝛ clari⁹ in glo. super illo verbo: Celebrare cōcedimus. eadē di. c. Concedimus. ¶ Debet etiā locus cōsecratus non esse interdictus neqȝ a iure: neqȝ a iudice. A iure quidē/si est pollutus sanguine vel semine. de cōsecra. eccīe ca. vltimo. Et de adulteriis ꝛ stu. c. Significasti. A iudice aūt per interdicti sententiam contra locum latam. nam in talibus celebrandū non est: vt infra dicit. ¶ L Locus magis ꝓpinquus est altare consecratū et lapideū/integrū/non enormiter fractū. De primo est statutū in concilio agathenī. ꝙ altaria non solum vnctione chrismatis: sed etiā sacerdotali bñdictiōe sacrentur: vt in ca. Altaria placuit. de consecra. distin. j. Et hoc eisdem congruitatibus quib⁹ cōgruit ecclesiā fore cōsecratā. Scđm .s. ꝙ debet eē lapideū: patet ex p̄mo: q2 alioquin vngi non debet. vt in ca. Altaria si non. vbi statuitur ex ɔcilio hipponeñ. ꝙ altaria si nō fuerint lapidea: chrismatis vnctione non consecrentur. Est aūt rationabile ꝙ altaria sint lapidea: ſm Alexandrū de ales parte. iiij. q. xxxvj. mēbro. j. propter lapidis cōmunitatē/fortitudinē siue durabilitatē: et propter significationē. Nam ꝓpter cōmunitatem est facilis ad habendū: ꝓpter durabilitatē habet aptitudinē vt consecretur. Non eīm conueniret ꝙ aliqđ vnctione sacra consecraret: nisi esset solidū et durabile. Propter significationē: nam petra christū significat ꝛ christi fidem. vnde. j. Coꝛ. x. Petra aūt erat christus. ꝛ Matth. xvj. Super hanc petrā: id est fidei confessionē/edificabo ecclesiam meam. Nam vt christus fundamentum est ecclesie: ita et fides christi. Vtrunqȝ eīm dicit apostolus. Primū. j. Coꝛ. iij. Fundamentū aliud nemo potest ponere p̄ter id qđ positum est/qđ est christus iesus. Secūdum Heb. xj. Fides est substantia rerū sperandarū. Nunc aūt in altari christ⁹ offertur: et fides necessaria est ꝛ quantū ad consecrationem/et quantū ad susceptionem. Qđ vero in vete. testa. de diuersis materiis fiebāt altaria/scȝ de lignis sethim. Exo. xxvij. Item de auro. iij. Regū. vij. Salomon fecit altare aureū. Itē de terra. Exodi. xx. alia est ratio: qm̄ in veteri testamento vnum tantū fuit altare holocausti: ꝛ hoc in deserto mobile erat cum tabernaculo; ideo cōgruebat vt esset ligneū. In templo vero hierusalem immobile/sed vnicum: ideo potuit fieri de auro: qđ fieri non posset si multiplicandum fuisset: ſm ꝙ in lege euangelica multiplicatur: ꝓpter materie raritatē et preciositatē. vnde nec ligno: nec terre: nec auro cōueniunt cōditiones altaris q̄ dicte sunt: saltē cuilibet simul/scȝ cōitas/soliditas ꝛ significatio. Nec oportet figuram in omnibus circūstantiis respondere figurato: nec est cōtra predicta ꝙ in ecclesia lateraī. est altare ligneū: qđ q̄dem altare ob apostoloꝝ principis (qui sup hoc altare dicitur dominicū celebrasse sacramentū) et sanctoꝝ precedētium martyꝝ reuerentiā reseruatur. Licet beatus Siluester papa decreto firmasset/vt nullum deinceps altare eēt nisi lapideū. Hoc quoqȝ altare idē beat⁹ Siluester stabiliuit/vt sup illud nullus nisi romanus pontifex audeat celebrare. Ab episcopatu aūt apostoloꝝ principis vsqȝ ad tempus beati Siluestri seuiente ꝑsecutoꝝ rabie/certa nō erat episcopalis statio: sed vbicunqȝ necessitas cōpulit: siue in criptis: siue in domibus religiosoꝝ: siue aliis quibuscunqȝ locis missam celebrabant sup altare ligneū in modū arce concauū: quod portabat a sacerdotibus vbicūqȝ roman⁹ episcopus latitabat: sup quod die cene et sabbato sequēte a summo pontifice ministeriū peragitur sacerdotale. Hec Alexan. ¶ L Tertiū scȝ ꝙ debet esse integrū nō enormiter fractum: patet de cōsecratione ecclesie vel altaris. c. j. et ca. ꝙ in dubiis. ꝙ si altare motū fuerit: aut lapis ille solummodo superpositus qui sigillū cōtinet: confractus aut diminutus: debet denuo consecrari. Motū. i. mutatum quo ad formā: ita ꝙ formā amiserit ꝑ diminutionē vel augmentum: dicit glo. Tabula eīm cōsecrata de loco ad locū mouetur: nec tamen cōsecratur. c. Cōcedimus. de cōse. dis. j. Qđ verū est si non est affixa structure inferiori sicut altare portabile. Consecratio eīm altaris presertim intelligitur esse in cōiunctione mense: id est lapidis superioris et structure inferioris: ergo si mensa fuerit mota: vel aliquis de lapidib⁹ inferioribus tangēs ipsam: execrat altare/et est cōsecrādū. Hec glo. in ca. si motū. de cōse. dist. j. Dicit tamē Pisanus/ꝙ hoc intelligit de lapidibus principalibus. Similiter dicit ꝙ non est recōsecrandū altare/si tota mēsa cum sibi adherentibus transferat. Quandocunqȝ autē sigillū quo sigillantur reliquie: fractū vel diminutū fuerit: siue sit in tabula: siue mēsa: siue in structura inferiori: execratū est altare et recōsecrandū. Et dicitur notāter enormiter lesum: q2 lesio modica nō execrat altare: vt in c. ligneis. de ɔse. eccle. Que aūt dicat enormis lesio: dicit glo. i. c. Si motū. de ɔse. dist. j. Si est enormiter fracta vltra scȝ medietatem. Alii dicunt vt Guil'. quando ꝑ diminutionē non tollitur forma: nō censetur enormis. Scđm Hostieñ. aūt tunc est enormis quando in angulis siue in cornibus in quib⁹ precipue solet fieri altaris cōsecratio/scȝ inunctio fit lesio talis: credo per quā tollitur pars inuncta. Vel enormis destructio debet esse talis: que inducat deformitatē arbitrio epi iudicandam: ſm Innocen. Similiter si fit additio: per quā nō tollitur forma altaris: non est recōsecrandū: quia sacrū trahit ad se non sacrū. dicit glosa in allegato ca. Si motū. Etiam sine reliquiis altare cōsecrari non debet: vt in ca. Placuit. de conse. dist. j. ¶ Dicitur etiā altare quasi alta ara ratione situs: quia eleuatū est sup terrā. Item ratione sacrificii altissimi/corporis scȝ et sanguinis dñi. Vel dicit altare ab ardore: q2 in lege veteri holocausta cremabant in altari: ex qua lege traxit originē. Verūtamen noe primū altaris ritum exhibuisse credit Geñ. viij. Edificauit noe altare domino. Deinde abraā vsum altaris in oblationib⁹ habuit: ex hinc rit⁹ legalis sacrificii in altarib⁹ inoleuit. ¶ M Debet autem altare ornatum esse duabus pallis et corporali consecratis de sindone munda: non de serico aut intincto: sed albo terreno lineo. de cōse. dist. j. Cōsulto. vbi dicit. Cōsulto omnium statuimus/vt sacrificium altaris nō in serico pāno: aut intincto quisq̄ celebrare missam p̄sumat: sed in puro linteo ab episcopo cōsecrato: terreno scȝ lino procreato atqȝ cōtexto: sicut corpus domini nostri iesu christi

in munda sindone linea sepultum fuit. Rationabiliter q̄dē duplici ratione/scilicet munditie maioris/et mysterij profundioris. Inter oia eñ genera pānoꝝ illa que sunt de lino puro ad candorē perspicuū perducta mundissima sunt: et mūdari melius possunt: et pfundius significāt que dño cōtingebant: vt allegati canonis verba insinuāt. Dicit eñ in lino puro: in quo notaꝫ innocētia et puritas omnimoda sine quacunq; macula saluatoris. Purū est eñ cui nihil alterius nature est pmixtum. Sequiꝫ/terreno: quo notaꝫ corpus saluatoris passibile et mortale/de corpore terreno virginis assumptū. Addit/lino pcreato atq; contexto. i. pāno lineo multiplici tonsione ad candorē perducto: quo notatur christus qui multiplici cruciatu et pressura peruenit ad gloriam. Representat deniq; sindonē mundā: qua domini cum corpus sepulture traditum fuerat inuolutum. ¶ Debet etiam altare igne siue lumine celebrationis tēpore esse fulgidū. de quo in capitulo vltimo de celebra. missarū. Sacerdos sine igne celebrans puniꝫ. Scribitur etiā Leui. vi. Ignis in altari meo semper ardebit. Ille ignis etiam sub aqua vixit septuaginta annis babylonice captiuitatis: vt habetur. ij. Mach. i. qui extinctus fuit antiocho vendente sacerdotiū iasoni: vt dicit Aug. et habeꝫ. i. q. i. Sicut eunuchus. Significat aūt ignis siue lumē fidem populi: q̄ non dꝫ esse abscōsa sub modio: sed manifesta posita sup cādelabrum: vt ingredientes ecclesie vnitatē/videant opa ex fide relucentia: et glorificēt patrem q̄ in celis est. Et rationabiliter adhibetur ignis luminosus: vbi ille tractatur qui venit ignem mittere in terrā: quem vult vehemēter accēdi. Luce xij. Quiq; de se dicit. Ego sum lux mundi: q̄ sequiꝫ me nō ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite. Johan. viij. ¶ N Locus proprius cōsecrationis/quo scilicet immediate sacramentales cōtinenꝫ species: sunt calix et patena: et est corporale: sed de illo iam dictum est. Calix ergo et patena: quales esse debeat: determinatū est in cōcilio remeñ. et habeꝫ de cōse. dist. i. Calix. vbi diciꝫ sic: Calix dñi cū patena si nō ex auro oino: ex argento fiat: Si q̄s autē tam paup est: saltē vel stanneū calicē habeat. De ere aūt et aurichalco non fiat: quia ob vini virtutē eruginē facit: pariterq; vomitum puocat. Nullus aūt in ligneo aut vitreo calice psumat missam cantare. Item eadē dis. c. Vasa. legiꝫ ꝙ vasa in quibus sacrosancta cōficiunꝫ mysteria: sunt calices et patene. De quibus Bonifacius martyr et epūs interrogatus: Si liceret in vasculis ligneis sacramenta cōficere. Respondit: quondā sacerdotes nō aureis: sed ligneis calicibus vtebātur. Seuerinus. xvi. romanus episcopus patenis vitreis missas celebrari constituit: deinde vrbanus decimus papa omnia ministeria sacra fecit argētea. In hoc eñ sicut in reliquis cultibus magis et magis p incrementa temporum decus succreuit ecclesiarum. Nostris eñ diebus: q̄ serui patrisfamilias sumus: ne dec⁹ matris ecclesie minuaꝫ: sed magis cumuleꝫ et amplificeꝫ: statuim⁹ vt deinceps nullus sacerdos sacrū mysteriū corporis et sanguinis dñi nostri iesu christi in ligneis vasculis vllo modo cōficere presumat: ne vnde placari debet: inde irascatur de⁹. Hec ibi. Hoc statutū factum fuit in cōcilio triburiceñ. ¶ Si replicatur calix sm Hugo. significat sepulcrū: patena lapidem suprapositū: qđ q: fuit excisum de petra. Mar. xv. videꝫ ꝙ calix eē deberet de petra. Rñdeꝫ ꝙ non cōueniret celebrare in vase lapideo/propter vasoꝝ lapideorū ineptitudinem. Neq; in ligneo ppter porositatē et humoꝝ imbibitionē. Neq; in vitro vel crystallo ppter fragilitatē: ne sic dñicus sanguis effusionis piculo exponaꝫ. Nec oportet ꝙ signās et signatū in materia cōueniāt: vnde et calix aureus ⁊ patena ppter forme cōcauitatē et sacramētalē veri corporis ⁊ sanguinis christi cōtinētiā/sepulcrū dñi repsentat. ¶ Si iterū obijciꝫ illud Amb. lib. de officijs: ⁊ habeꝫ. xij. q. ij. Aurū. Aurū sacra nō q̄runt: neq; auro placēt q̄ auro nō emunꝫ. Ornat⁹ sacroꝝ/redēptio captiuoꝝ est: et vere illa sunt vasa preciosa que redimūt animas a morte: ille verus thesaurus est dñi qui operatur qđ sanguis eius operatus est. Et quibus videtur ꝙ aurū nō debet impēdi in vasa sacri mysterij: sed in alimoniā pauperū et redēptionē captiuoꝝ. Respondetur ꝙ beatus Ambro. et canon ibi loquiꝫ in casu quo res ecclesie distrahende sunt/scilicet in extrema necessitate p alimonia pauperū/et p redemptione captiuoꝝ. Unde diciꝫ ibi: Nōne dicturus est dñs. Cur passus es tot inopes mori fame. Et certe habebas aurū de quo ministrasses alimoniā. Cur tot captiui in captiuitatē ducti nec redempti ab hoste occisi sunt. Quid dices. Timui ne tēplo dei ornat⁹ deesset respondebis. Aurū sacramenta nō querūt ⁊c. vt. s̄. Aliqui exponūt sic. Non querūt ad sui efficaciā: non eñ minorem efficaciā habent si in alterius modi vasis cōficiantur. Uel non querūt ad hoc vt inde magis placeant. Non eñ ex eo ꝙ in auro cōficiunꝫ magis placēt deo: sed ex cōficientiū sanctitate et virtute. Hec Alex. Nunc de cōsecrationis tēpore.

¶ Lectio. xiiij. A

Sequitur nunc de tēpore siue horis diei quib⁹ missam celebrare cōgruit.

Ubi pmittendū ꝙ duplex est missa. Quedā est missa cōuētualis siue popularis que tanq̄ pncipale diei officium/in conuentu totius populi seu parochianorum diebus singulis celebraꝫ: q̄ et parochialis missa solēnis publica vel summa q̄nq; appellaꝫ. Alia est missa puata peculiaris vel votiua: q̄ a sacerdotib⁹ ex speciali institutione/bñficio vel deuotione nō sic p toto pplo celebraꝫ. De pmis. c. Ut bñficia. de pochijs. De scdis habeꝫ in ca. Quidā laicorū. de celebra. missa. Et de vtrisq; loquiꝫ Aug. in ca. Et hoc. de cōse. dis. i. vbi dicit. Attēdendū vt misse peculiares: q̄ per dies solēnes a sacerdotib⁹ fiunt: nō ita in publico fiāt/vt ppter eas popul⁹ a publicis missaꝝ solēnijs: q̄ hora tertia canonice fiunt: abstrahaꝫ: sed sacerdotes q̄ in circūitu vrbis/aut in eadē vrbe sunt: ⁊ populus in vnū ad missaꝝ publicā celebrationē cōueniāt. De missis igiꝫ solēnibus diciꝫ/ꝙ tribus horis institute sunt: scꝫ tertia hora diebus festiuis: sexta in dieb⁹ profestis: nona in dieb⁹ ieiunioꝝ. de cōse. dist. i. c. Nocte sancta natiuitatis. vbi dꝛ: Reliq̄s vero tēporib⁹ missaꝝ celebratiōes ante horā diei tertiā minime sunt celebrāde: q: in eadem hora ⁊ dñs crucifixus est: et sup aplos spūssctūs legiꝫ descēdisse. Item in ca. Solēt. eadē dis. innuiꝫ ꝙ tpe ieiunioꝝ missa nona hora celebrari debet. Ratio assignaꝫ a doctorib⁹: nā in missa recoliꝫ mors christi: q̄ hora tertia crucifix⁹ est linguis iudeoꝝ: hora sexta manib⁹ militū: hora nona expirauit. In ieiunijs vo q̄tuor tēporū/dū ordines celebranꝫ: pōt missa post nonā circa horā vespertinā cantari. In sabbato aūt sctō pasche/circa noctis initiū: vt in ca. Solēt. alleg. §. i ieiunijs. Incipit aūt noctis initiū in vespa: q̄ est extrema ps diei. i. vltima. Ultima aūt ps diei incipit statim post horā nonā/trāsacta meridie. Et hoc sm modū loquēdi phoꝝ: q̄ dicūt ꝙ quelibet pars cōtinui minor medietate pringēs vsq; ad vltimū eius punctū/est eius vltima pars: sm hoc multas partes eiusdē cōtinui vltimas cōcedētes: quaꝝ tamen vltimarū partiū semp vna est pars alterius. Sic in proposito. Pars diei designata post meridiē/id est post medietatem diei: potest dici pars eius vltima: quis nō sm vsualem loquēdi modū. Et p quāto est vltima pars diei: potest vocari sequētis noctis initiū. Uerū in pposito illa pars diei sabbati sancti/cū nocte sequēte ad diē sanctissimū pasche cōputatur. Unde dꝛ in oratiōe. Deus q̄ hāc sacratissimā noctē gl'ia dñice resurrectiōis illustras. Similia dicunꝫ in bñdictiōe paschalis cerei. Hec nox est in q̄ destructis vinculis mortis christ⁹ ab inferis victor ascēdit. Et sm h̄ posset intelligi ca. Sabbato. de cōse. dist. iij. vbi dꝛ. Traditio ecclie hꝫ illo biduo/scꝫ parasceue ⁊ sctō sabbato pasche sacra penit⁹ nō celebrari. Loqꝛ de sacro eucharistie. Qđ verū videꝫ si ps diei post nonā ad noctē referaꝫ. De hoc vide. c. ꝙ a pribus. lxxv. dist. ⁊ glo. ibidē multiplicē. ¶ B Sed videꝫ ꝙ hi canones de sabbato scto pasche/et q̄tuor tēpoꝝ quantū ad horas diei abrogati sint p̄ ria cōsuetudinē: qm̄ neq; in vide-

Duplex est missa

nec in capella pape p̄sente summo pōtifice officiū differt vsq̧ ad vesperas: vel vsq̧ ad initiū noctis: sꝫ vsq̧ ad meridiē terminat: licet seruent quātū ad horas canonicas psoluēdas. Nā in sabbato scō pasche/oēs hore minores leguntur ante officiū misse: ꝛ vespere includunt misse officio: et eadē oratione que cōplēda ē: missa ꝛ vespere simul concluduntur. Sic in ieiunijs ꝑfestoꝝ none in multis ecclesijs leguntur statim post missam: tn̄ ante meridiē et prādij horam. In quadragesima vero none ante missam legunt: ꝛ vespere statim post missam ante meridiē dicūtur: ꝛ hora refectionis vltra meridiē nō differtur. Et si sic intelligunt hore hodie stat cōstitutio concilij Cabilonen̄. de cōse. dist. j. solent. vbi ē: Solēt plures qui se ieiunare putant in quadragesima: mox vt signū audierint ad horā nonā comedere: q̄ nullatenus ieiunare credēdi sunt si ante māducauerint ꝙ vespertinū celebret officiū. Cōcurrēdū est em̄ ad missas: ꝛ auditis missarū solēnijs ꝛ vespertinis officijs: ꝛ largitis elemosynis ad cibū accedēdū est. Si vero aliq̄s necessitate cōstrictus fuerit: vt ad missam venire nō valeat: estimata vespertina hora cōpleta oratione sua ieiuniū soluat. Si autē ꝑ horā nonā et vespertinā intelligūtur hore diei/ meridiē scꝫ sequētes: manifestū est generalē ecclesie cōsuetudinē in oppositū laborare. ℭ E Misse vero priuate pn̄t celebrari a principio diei/ vsq̧ ad horā misse publice inclusiue: siue hora tertia: siue sexta: siue nona celebret. Satis in hoc concordant doc. et simul ecclesie ritus. Vn̄ Leo papa ad dioscoꝝ alexandrinū epm̄. Necesse est inquit vt quedā populi pars sua deuotione priuet: si vnius tn̄ misse more seruato sacrificiū offerre nō pn̄t: nisi prima diei parte cōuenerint: vt habet de cōse. dist. j. Necesse. vbi in rubro et nigro dicit: Etiā prima parte diei missas celebrare licet. De nocte autē excepcis noctibus dn̄ice natiuitatis et resurrectionis: de q̄bus habet in. c. de cōse. dist. j. Nocte. ꝛ. c. Solēt. nō licet celebrare: q: hoc sacramētū ad tēpus gratie pertinet: qđ per diē designat: iuxta illud Roma. xiij. Nox precessit: dies aūt appropinquauit. Et dicit Guil. Credo ꝙ qui sciēter ante diē celebrat: cū hoc sit cōtra generalē ecclesie cōsuetudinē: mortaliter peccet: nisi sit sup hoc specialiter per epm̄ vel superiorē dispēsatū. Videt tn̄ ꝙ iste nō sit generalis mos ecclesie: cū in hyeme frequēter celebret hora sexta post mediā noctem dū adhuc tenebre sunt. In casu tn̄ vt pro cōmunicādo infirmo in mortis periculo cōstituto: dū al's nō haberet eucharistia: licet ante diē celebrare. ſm Alex. ꝛ Pet. de palu. Principiū aūt diei accipiendū est non ab ascensu solis super nostrū orizontē: vt dicit Sco. in. iiij. dist. xiij. q. ij. sed ab illa hora ex qua radij solares incipiūt illuminare nr̄m hemisphe rium: qđ dicit principiū aurore: et incipit vna hora et quinta parte hore ante corporalē solis ortū: ſm autorem lib. de crepusculis: ꝛ patet ꝑ situationē linee crepusculi in facie astrolabij. Hec Sco. ℭ D Cōsequēter videndū de circūstantiibus: de hoc aūt sic habet de cōse. dist. j. c. Hoc quoq̧. ex cōstitutione sotheris pape. Hoc quoq̧ statutū est/ vt null' presbyteroꝝ missarū solēnia celebrare presumat: nisi duob' presentib': sibiq̧ respōdētibus: et ipse tertius habeat: quia cū pluraliter ab eo ē: Dn̄s vobiscū: ꝛ illud in secretis/ Orate pro me ꝛc. aptissime cōuenit/ vt ipsius respōdeat salutationi. Ad hūc aūt canonē ita respōdet Alex. de ales/ par. iiij. q. xxxvj. mēbro. v. Dicendū ꝙ quedā retroactis tēporibus statuta erāt ob reuerētiam tāti mysterij: que postea abrogata sunt per vsum ꝛ propter necessitatē ꝛ vtilitatē. Multiplicato em̄ numero presbyteroꝝ/ necesse fuit ꝛ vtile (ne frequenter cessarēt a missarum solēnijs) vno assistēte celebrare. Sacerdos vo dicēdo: Dn̄s vobiscū: et Orate ꝓ me: loquit ecclesie/ et ad ecclesiā debet cōuertere intentionē. Et ita qđ dicitur/ ꝙ nullus presumat celebrare nisi duobus presentib' ꝛc. intelligit quātū ad intētionē sacerdotis q̄ debet cōuertere intentionē ad plures: vel assistētes: vel ad ecclesiā: qui plures verbis expressis respōdeāt vel voto. Vel pōt dici ꝙ intētio decreti est/ ꝙ nullus ex cōtēptu celebret vno tn̄ assistēte: bn̄ tn̄ pōt in necessitate. vn̄ Inno. recitato p̄dicto decreto r̄ndet sic. Aliud est necessitatis articulus: ꝛ aliud religionis cōtēptus. Hic quoq̧ credēdū est: ꝛ satis autoritatibus sacris cōprobat/ ꝙ angeli dei comites assistunt orātibus: ſm illud ꝓphete. In cōspectu angeloꝝ psallā tibi de' meus. ꝛ illud Tob. xij. Cū orabas cū lachrymis et sepeliebas mortuos: ꝛ derelinquebas prandiū tuū: ꝛ mortuos abscōdebas ꝑ diē in domo tua: ꝛ nocte sepeliebas eos: ego obtuli orationē tuā dn̄o. Ad idē est btūs Greg. iiij. dialo. ꝛ ſm Bern̄. serm̄. de dedicatiōe. Dicit etiā glo. in. d. c. ꝙ reclusus missam solus cātare potest: dū clerici copia non suffragat. ℭ E Sꝫ circa p̄missa de loci et tp̄is circūstātijs: querit q̄ pena illoꝝ/ q̄ ex p̄missis aliqđ hoꝝ omiserint: puta q̄ nō vestibus sacris: aut in loco non sacro: seu vasis indebitis sine igne vel tp̄e icōgruo celebrarēt: aut p̄dictaꝝ aliqua vel plura omitterent. Ad hoc r̄ndet p̄mo ꝙ omissio hoꝝ oīm vel aliquoꝝ/ ceteris existētibus q̄ supra ad celebrationē eucharistie de necessitate reqri expressa sunt. s. debitis materia/ forma/ ministro/ ꝛ intētione/ nō impedit effectū p̄ncipalē cōsecrationis: q̄ est trāssubstātiatio panis ꝛ vini in verū corp' ꝛ sanguinē dn̄i nr̄i iesu christi. Nā hec/ scꝫ vestes/ loc'/ tēpus/ vasa/ ignis/ ministri/ circunstātes/ preuie orationes/ ꝛ similia sunt de genere illoꝝ q̄ nō simpliciter ad cōficiēdū reqrūtur: qm̄ nō requirunt ex ordinatione christi: qui sacramētū hoc instituit: ꝛ sine his ꝯsecrauit: sꝫ requirunt ex ordinatione eccl'ie: licet nō tp̄e vno: sed successiue ob reuerētiā tāti sacramenti: ob significationē ꝛ deuotionis tā populoꝝ ꝙ ministroꝝ exercitationē: ecclesia aūt circa sacramētoꝝ essentialia nihil immutat. Sicut em̄ sacramēta a solo deo poterāt instituti: ita a solo deo pn̄t mutari: ab eo n̄q̧ sacramēta instituūtur: a quo habēt cū certitudine efficaciā: q̄ppe cū sint signa practica/ efficacia ꝛ certa. Certitudinē aūt ꝛ efficaciā nemo sacramētis dare pōt nisi sol' de'. Siquidē effect' sacramētalis est gratia inherēs vel subsistēs/ scꝫ charitas infusa: vel corporis xp̄i ꝑ trāssubstātiationē p̄sentia: vtrūq̧ a solo deo est q̄ gratiā infundēdo creat: et naturā trāssubstātiādo mutat: sequit ꝙ sol' de' sacramēta instituit. Vn̄ min' bene sentiūt q̄ sacramenta quedā ab apl'is aut eccl'ia asserūt instituta: licet apl'i precones eē poterāt institutiōis a christo facte. Tamē circa ritū ꝛ vsum sacramētoꝝ eoꝝq̧ dispēsationē eccl'ia q̄dā instituere pōt: atq̧ ꝑ eā instituta mutare ꝓ reꝝ ꝛ tēpoꝝ qualitate. Sn̄ia est doc. subti. i. iiij. dis. liij. q. iij. ꝛ alijs plerisq̧ locis. Nihil aūt dubiū quin omittēs aliqđ predictoꝝ ex ꝯtēptu aut sciēter quin peccet mortaliter faciēs in hoc temere cōtra cōstitutionē aut cōsuetudinē generalē romane eccl'ie. vn̄ btūs Augu. in li. ex dictis basilij. ꝛ habetur dist. xj. ecclesiasticarū. ait: Ecclesiasticarū institutionū quasdā in scriptis: quasdā vero apostolica traditione ꝑ successores in ministerio cōfirmatas accepimus. Quasdā vero cōsuetudine roboratas approbauit vsus: quibus par ritus et idem vtrisq̧ pietatis debetur affectus. Et prosequendo declarat exemplariter in mysterio misse et consecratione fontis et vnctione baptizatorum ꝛc. Idem ad casulanum presbyterum. Sicut preuaricatores diuinarū legum: ita cōtemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. eadē dist. In his. ℭ F Sed de pena canonis dicit Sco. vbi supra. In nullo premissarū incurritur irregularitas nisi in duobus casibus. Primus si sciēter celebrat quis in loco interdicto a iudice: alius si celebrat in calice nō idoneo. Primum probatur per cap̄. Postulasti. de clerico excommunicato ministrante. ꝛ per. c. Tanta. de excessibus prelatorum. Clarius tamen et expressius habetur in. c. Si qui. §. Is vero. de sentētia excommunicationis lib. vj. Et notāter additum est in loco interdicto a iudice/ quo modo celebrās in loco interdicto a iure nō a iudice/ vt in loco humano semine vel sanguine polluto non incurrit irregularitatem: vt in allegato ca. Si qui. dicitur. Si qui in ecclesia sanguinis aut seminis effusione polluta: vel qui presentibus maioris excōmunicationis sentētia nodatis sciēter celebrare presumit: licet temerarie agat: irregularitatis tn̄ (cū illud nō sit expressum in iure) laqueum non incurrit. Is vero qui scienter in

Omnibus Ange[lis] assistunt

Solus missa[m] potest

Sacramenta a deo institui et mutari possunt

Nota de omissione predictorum pena

Celebrans in loco interdicto

loco celebrat supposito interdicto: nisi super hoc priuilegio
tus existat aut a iure sit cōcessum eidē: irregularitatē incur
rit: a qua nequit per aliū ꝙ per romanū pontificē liberari.
Et hoc verū si pctm̄ fuerit notoriū: qm̄ si notoriū non fue-
rit sed priuatū/ nō est pctm̄ in loco hmōi celebrare: qꝛ recō-
ciliatione nō indiget: vt sentit Joh. in sum. cōfes. ⁊ Host. et
Sco. q. ſ. allegata. ¶ Scdm̄ scꝫ de calice nō idoneo: ꝓbat
de cele. mis. c. vlti. Ubi sacerdos qui in calice nō idoneo ce-
lebrauerat/ iubet officio ⁊ beneficio perpetuo priuari: ve-
rū ꝙ hec pena infligit ꝓpter multa: qꝛ videlꝫ celebrauit in
pane fermentato: in calice ligneo: sine igne et aqua. Et ita
dubiū est/ si ꝓpter quodcūqꝫ hoꝝ separatim debeat infligi
depositio: qꝛ oia supradicta insimul cōcurrebāt. Et tātū de
his que requirunt ad celebrationē tam de necessitate sacra
mēti ꝙ de necessitate ministri: siue respiciāt sacramētum/ si
ue ministrū/ siue circūstātias tēporis loci ⁊ circūstātiū: qui
bus nō existētib⁹ sacerdos conficere non poterit ordinate.
Sequitur nunc textus canonis.

¶ Explicit pars prohemialis canonis.

¶ Incipit pars principalis et executiua.

¶ Lectio. xv. A

Aggressuri canonis
expositionē post ea de quibus differēdis ma-
terie coegit connexio: magistri/ patres ⁊ dn̄i/
diuini mecū imperatores subsidiū/ oro cōcur
rite: quo negato frustra incassumqꝫ labor/ ⁊ opera impēdi-
tur. Et sicut cito discit quicq̄d magistrāte spūsancto doce-
tur: ita eius semoto magisterio/ obscurū est quicq̄d huma-
na voce ꝓfertur. Postulemus aūt ea nobis impertiri/ que
dignissimū eucharistie sacramentū: circa qđ principalis ca
nonis versat intētio: exigit et requirit. Hec ſm p̄dicta sunt
fides/ spes ⁊ charitas. Charitas vt pulset et excitet affectū
vt rōni imperet: quaten⁹ ad tā fructuosam tanti sacrificiꝫ in
daginē actū cōsiderationis dirigat. Fides intellectum illu
minās/ quatenus cōsideratis ⁊ inuentis fideliter assentiat.
Spes vt appetitū solidet: quaten⁹ tāti fructus mysteriꝫ lō
ganimiter expectet. Charitas/ qua toto corde diligētes tā-
ti beneficiꝫ autorē: quod canonis officio cōficit: gratiā quā
possumus repēdamus ipsius bn̄ficiꝫ amorosa cōsideratio-
ne exercitio ac cōdigna pōderatione: quo ad excitandū no
strā dilectionē tātā ad nos indignos charitatē maiestas il-
la benignissima demōstrauit. Quo nāqꝫ magis diuina chri
sti bonitas ineffabilē suā ad nos miseros ⁊ pauperes chari
tatē ostēderet: nisi ꝑ hoc ꝙ ipse qui se in preciū patri ꝓ no-
bis in cruce obtulit: seipm̄ etiā in cibū nobis tribuit. Ut si-
cut soluēdo preciū a morte perditos redemerat: ita cibū tri
buēdo celestē/ infirmos nos ad vitam spūalē gratie robora
ret. Fides quā cū apostolis deuote augeri oremus: qua di
uinoꝝ memoria mirabiliū oēm naturalis rōnis perspicaci-
tatē excedentiū in sacramēto: de quo canon noster: factā ca
piamus: cuius intelligētia nec arte pōt/ nec doctrina hoim
indagari. De quo btūs Augu. Mira mihi vidētur que de
hoc sacramēto legūtur. Fides est necessaria: sciētia ratiōis
superuacua. Sciētia rōne ⁊ intellectu colligit: fides autori
tate videt. Hec ergo sunt que fidē necessario exigūt: ratio-
ni ē oino nō admittūt: excedūt simplicē creditorem: arguūt
improbū discussorē. Et post pauca: Credi namqꝫ oportet sa
lubriter qđ inuestigari nō pōt vtiliter. Spes rursum ad ro-
borandum nos exigit: ne cū retro abeuntib⁹ ad hui⁹ sacra-
menti predicationē: dū nō subito que veritas protulit: ver
ba intellectu capiebāt dicentib⁹. Dur⁹ est hic sermo. Quo-
modo potest nobis hic dare carnē suam ad manducandū:
et nos ab incepto recedam⁹: sed lōganimiter cū discipulis
expectemus veritatis intellectū: qui ꝑseueranter christo ad
herentes instrui meruerūt: ⁊ plene cōsequi quod sperabāt.
¶ B Ut ergo deus aperiat nobis ostiū sermonis ad lo
quendum mysteriū christi: vt oportet sermone sale cōdito:
huius rei gratia flectamus cū apostolo genua nostre men
tis ad patrem. Eph. iiꝫ. dn̄i nostri iesu christi/ ex quo omnis
paternitas in celis ⁊ in terra nominat: vt det nobis ſm di-
uitias glorie sue/ virtutē corroborari per spiritū eius in in-
teriori homine: christū habitare per fidē in cordib⁹ nostris:
in charitate radicati ⁊ fundati: sine qua scientia nō edificat
sed inflat: vt possimus comprehēdere cum omnib⁹ sanctis
que sit huius sacrosancti sacrificiꝫ latitudo in peccatoꝝ ex-
piatione. Longitudo in perseueranti filioꝝ alendoꝝ ac ec-
clesie sustentatione: sublimitas in celestiū fructuū exubera
tione: ꝓfundū in mysterioꝝ occulte sapiētie cōprehēsione.
Scire etiā supereminētem sciētie charitatē christi in huius
beneficiꝫ largissima donatione: vt impleamur in oēm ple-
nitudinem dei: nunc virtutū/ tūc beatitudinis premioꝝ. Ei
aūt qui potens est omnia facere in nobis supabundantius
ꝙ petimus aut intelligimus ſm virtutē gratie que operat
in nobis: ipsi gloria in ecclesia pro tāto ecclesie sacrificio in
christo iesu in omnes generationes seculi seculoꝝ Amen.
¶ Huius itaqꝫ orationis impetrandi fiducia stipati: simul
aggrediamur spe comite/ qualemcūqꝫ sacri canonis expo-
sitionem: cuius tale est initium:

Te igitur clementissi
me pater per iesum christū filiū tuū dn̄m no-
strum ⁊c. ¶ C Iste est canon/ secreta/ actio/
seu sacrificiū/ pars principalior totius officiꝫ
misse: in qua p̄missis populi illuminatione/ cōsecrādoꝝqꝫ
munerū oblatione/ agit de ipsoꝝ munerū ꝯsecratione: que
in verū christi corpus et sanguinē substātialiter cōuertunt.
¶ Dixi primo. Iste est canon. i. hec verboꝝ congeries hac
in clausula: Te igit: incipiēs vsqꝫ ad mysteriꝫ cōsummatio-
nē: q̄ ſm Alber. protēdit vsqꝫ ad illā clausulā: Orem⁹ prece
ptis salutarib⁹ moniti ⁊c. Uel ſm Alex. vsqꝫ ad finē orōnis
dn̄ice canon dicit: Dicitur ⁊ secreta actio ⁊ sacrificiū. Ideo
canon: qꝛ canon grece/ latine sonat institutio: ſm Papiam.
ſm Isido. li. vi. ethimol. c. xvi. idē est ꝙ regula. distin. iiꝫ. Ca
non. Hec aūt verboꝝ cōnexio: quā canonē appellam⁹: regu
lariter partim a christo: partim a sctis patrib⁹ instituta est.
A christo q̄dē instituta sunt verba substantialia: q̄ formā in
tegrāt ꝯsecrationis. Cetera vo q̄ ad laudē dei dicunt: ⁊ ora
tiones q̄ ꝓ pplo offerunt: a sctis patrib⁹ nō vno tpe: nec ab
vno tm̄ ſm Inno. ⁊ Duran. in rōnali: sed a diuersis ⁊ diuer
sis tēporib⁹ particulatim edita sunt: ⁊ per Gelasiū papā. li.
a btō petro p̄ncipaliter simul ordinata: cui tm̄ etiā posteri⁹
quedā addita sunt: vt infra suis in locis apparebit. Ad h̄ de
ꝯse. dist. i. Jacob⁹. vbi dr̄ in glo. Uerba q̄bus corp⁹ cōficit:
ab ipo dn̄o sunt tradita: sꝫ post aliꝫ alia addiderūt ad deco-
rē ⁊ solēnitatē. Nā ⁊ btūs petr⁹ quasdā orationes que in ca
none legunt: fert instituisse. Un̄ Hugo de sacramētis li. iiꝫ.
par. viiꝫ. c. vlti. ait: Celebratio misse in cōmemoratione pas
sionis christi agit. Et post pauca: Hāc missam btūs petrus
aplꝯ prim⁹ oim antiochie dr̄ celebrasse: in qua tres tm̄ ora-
tiones in initio fidei dicebant: incipiētes ab eo loco vbi dr̄
Hāc igit oblationē. Sed ꝯ illud est qđ Act. iiꝫ. dr̄. Erāt autē
ꝑseuerātes in doctrina aploꝝ ⁊ cōicatione fractiōis panis
et orationib⁹: qđ ſm glo. ⁊ doc. cōiter exponit de sacramē-
tali pane eucharistie/ quo tūc quotidie cōicabāt. Unde dn̄s
Anto. in sua chroni. ti. vi. c. iiꝫ. §. i. exponēs illū textū ait: Cō-
gregatis simul in domo aliqua p̄missis orationib⁹ ⁊ q̄busi
dā cerimoniis deuotis: vt pie credi pōt: etsi nō ꝑ scripturā
expressum est: oēs cōicabāt etiā laici: qđ sacramentū cōficie
bāt ipsi apl̄i vel aliꝫ discipuli ordinati a christo vel ab aplis
ei⁹ in sacerdotes. Itē de ꝯse. dist. i. Jacob⁹. dr̄: Jacobus fra
ter dn̄i ſm carnē: cui primū credita est hierosolymitana ec-
clesia: et Basilius Cesariēn. epūs cuius claritas per totū or-
bē refulsit: in scripturis addiderunt nobis misse celebratio
nem. Glo. i. ordinem celebrādē misse. Potest ergo forte di
ci ꝙ Hugo loquebatur de celebratione post apostoloꝝ di
uisionem facta: dum beatus petrus in certo loco sedem pri
mam constituit. Uel primus intelligitur celebrasse cum so
lēnitate pōtificali: vt dicit dn̄s Antoni. par. i. titu. vi. c. viiꝫ.
¶ D Dicitur em̄ canon secretū ꝓpter tria: scꝫ rōne signifi

Canon cur secretū dicat

cationis/operationis/plationis. Dicit̄ secretū rōne significationis duplicis: in christo scʒ ⁊ celebrāte. In christo quidē/qꝛ representat secretū hoc quo christus latuit: ⁊ se abscōdit a turbis. Vn̄ fm̄ Inno. ⁊ Alex. de ales par. iiij. q. xxxvij. mēbro. ij art. j. Dn̄s iesus vbi fuit honorifice susceptus hierosolymis cū ramis palmarū ⁊ laudibus. Joh. xij. iudei volebāt eū capere: ꝓpter qđ recessit ab eis ⁊ abijt in bethaniā et abscondit se ab eis. Nō metu formidinis: sed ꝓuidētia dispensationis: qꝛ nōdū venit hora eius qua adueniēte spontaneus accessit. vn̄ Mat. xxvj. ait. Surgite eamus: ecce appropinquat q̇ me tradet. Et cū (vt Johā. xviij. ait) cohors venisset cū laternis ⁊ facibus et armis vt apprehēderēt eū: ipse sciens oia que super ip̄m vētura erāt: processit dicens. Quē queritis. Et respondētibus eis. Jesum nazarenū. Dixit: Ego sum. Et abierunt retrorsum ⁊ ceciderūt in terram. Potestate quoqꝫ accepta surgendi: iterū querenti dn̄o quē quererēt respōdērūt: iesum nazarenū. Rursum dixit eis iesus. Dixi vobis qꝛ ego sum. Si ergo me queritis sinite hos abire. Illud ergo latibulū quo dispēsationis gratia latuit: significat hoc secreti silentiū. In sacerdote aūt silēnū significat mētis: quo sine tumultu/et verboꝝ strepitu mētis deuotio ad deū dirigatur: qui exauditor est cordis nō vocis. Nā fm̄ beatū Grego. Illā orationē deus nō exaudit: cui ille qui orat nō intēdit. Tūc em̄ sacerdos debet intrare cubiculū cordis et sensuū intercluso ostio deū patrē orare nō in multiloquio: sicut ethnici faciūt: sed in corde puro consciētia bona et fide non ficta. Neqꝫ exorādus est clamoribus: q̇ renū scrutator est ⁊ cordiū. Dx. ere. xvij. qđ anna typū gerēs ecclesie insinuabat: que nō clamorosa petitione: sʒ tacita deuotione quod petijt impetrauit. Dicit̄ em̄ j. Reg. j. ꝙ anna loquebat̄ in corde suo: tantūqꝫ labia illius cōmouebant̄: ⁊ vox penitus nō audiebat̄. Et in ps̄. Dicite in cordibus vestris: et in cubilibus vestris cōpūgimini. Verba tamē sunt proferēda: ne qđ petere vel intēdere debemus: ignoremus.

℄ Dicit̄ etiā secretū rōne opationis: qꝛ operatio illa occultissima est ⁊ abscōdita omni intellectui rationalis creature. Quid em̄ secretius ⁊ mirabilius: q̄ꝫ vt panis et vinum substātialiter desināt remanētibus ꝓprijs et cōmunibus eorū accidētibus. Ex quibus ratio in cognitionē substātie cōsueuit deuenire. Percipit oculus panis colorē: gustus ipsi⁹ saporē: olfactus odorē: ⁊ t̄n fallitur ratio iudicans esse panē. Quid insuper secretius: ⁊ ab humanis corporis et mentis sensib⁹ remotius: q̄ꝫ ꝙ gloriosa chr̄isti persona: que in cruce pepēdit: nō quidē gloriosa sed mortalis: et nunc residet ad dextrā patris gloriosa ⁊ immortalis: fm̄ oēs suas partes tā essentiales/q̄ꝫ quātitatiuas/sub parua hostia ⁊ qualibet ei⁹ parte: fm̄ esse suū verū ⁊ reale cōtinetur. Abscōditū est hoc mysteriū a mūdi sapiētibus: et reuelatū paruulis fidelib⁹/ oēm intellectū suū captiuantibus in obsequiū fidei/veritatē illā occultissimā sed certissimā astruētis. Idcirco etiā sacerdos celebrās quibusdā velatur cortinis in lateribus altaris depēdētibus: ad designādū ꝙ sacerdos intrat ad maximū fidei sacramentū: in cui⁹ figurā sanctasanctoꝝ in moysaico tabernaculo depēdēte velo claudebātur: nec nisi summo sacerdoti semel in anno licuit introire: vt habetur Heb. ix. Vnde statutū est vt nulli laicoꝝ liceat in eo loco consistere: vt sacerdos possit libere sacramētū. i. sacrū secretū deuotius celebrare. de vi. ⁊ hone. cle. c. j.

℄ E Dicitur tertio secretū rōne prolationis: ne scʒ tāti mysterij verba per quotidianū vsum ex manifesta prolatione vilescāt: et in locis nō cōpetētibus passim et indiscrete dicātur. et fiat dicentibus in ruinā: vt dicit Alex. Vnde beatus Diony. in ecclesia. hierar. de ritu sacrificioꝝ loquēs dicit. Greci hoc vidētes derisi debāt/putātes tā humilibus verbis tantū sacrificiū inesse non posse. Fertur etiā ꝙ cū antiquitus publice ⁊ alta voce canon diceret̄: oēs pene per vsum/illū sciebāt: et in plateis et vicis illū decantabant. Vnde cū quidā pastores in agro pane super lapidē posito canonē dicerēt: ad prolationē verborum illorum/panis conuersus est in carnem: ipsi autem igne de celo acerrimo diuino iudicio sunt ꝑcussi. Propter quod sancti patres statuerunt vt decetero canon diceretur sub silentio. Sed intelligēdum est ꝙ hec cōuersio panis in carnem/nō fuit facta virtute illorum verborum: quoniam non nisi prolata a sacerdote rite consecrato cum debita intentione virtutem habēt cōuersiuā substantie panis in corpus christi: sed aliunde facta est diuino miraculo: quomodo cruor fertur effluxisse de hostia cōsecrata ad pūctionem infidelium iudeorum. Sicut ⁊ de quibusdam imaginibus christi/⁊ sanctorum ad sectionem peruersorum factū fuisse referunt historie: et hoc in vindictam impiorum: vt sic eorū infidelitas/peruersitas ac temeritas puniretur: manifestaretur qꝫ potentia diuina: insinuaretur quoqꝫ non in ludo et locis vtendum esse sacramentalibus verbis ac diuinis mysterijs: sed cū reuerentia ⁊ timore eis modo ac fine quibus sunt a christo et sanctis patribus instituta. Factū quoqꝫ est ceteris in exemplum ⁊ terrorem: ne similiter deo irreuerentiam faciant sacra mysteria in ludibriū conuertendo. Possunt tamen nihilominus sacri canonis verba legi/exponi/masticari/pia et religiosa voluntate ac inuestigari: a quo ⁊ ad q̇d instituta sunt ac doctrinaliter disputari: sicut impresentiarū agimus/quo sensu intelligēda: que eorū efficacias et cetera ad maiorem deuotionē ac gratitudinem excitātia etiam virtuose ⁊ meritorie: dicente scriptura sacra cuius canon ille pars est per organum sapientie. Qui me elucidāt vitam eternam habebūt.

℄ F Dicitur tertio actio: vnde mos locutionis habet/cū sacerdos ad illa verba peruenit dicere/iam est in actione. Nominatur autē actio duplici de causa. Primo: quia in ipsa sanctissimum christi mysterium peragitur. Secūdo: quia causa nostra corā misericordi deo per sacerdotem tanq̄ꝫ corā iudice deducitur. Peragitur siquidē hic christi mysteriū: quo ex maxima et ineffabili charitate ꝓ spirituali refectione in via peregrinantibus dedit carnem propriam in cibum: et sanguinē suū in potum: que vt iugiter peregrinantes sibi possent applicare: ⁊ in vsum salutarē assumere: verba certa ad hoc instituit: quib⁹ ab idoneo ministro super certa materia/intentione debita platis/statim ibi esse inciperet verū corpus suū/⁊ sanguis ei⁹ naturalis. Verba autē quibus hoc peragit̄: canonis sunt partes principales: hinc recte actionis nomē sibi vēdicat. Recte vtiqꝫ/quia actio proprie accipiēdo/non est nisi a principio libero et contingēter agēte: ꝓpter qđ Damas. dicit bruta nō agere: sed magis per nature impetū duci. Hoc autem qđ hic per verba agit̄: fit a principio liberrimo/et maxime cōtingēter operāte: diuina scʒ voluntate: que est tota causa cōtingētie ⁊ libertatis in creaturis.

℄ Agitur secūdo causa nostra in canone corā summo oīm iudice christo deo nostro per sacerdotē: qui nūcius est inter spōsum ⁊ sponsam/ christum scilicet et ecclesiam. Hic quidē offert corpus ⁊ sanguinem christi: que per canonis verba consecrauit/pro salute viuorum et mortuorum misericordissimo deo/memoriam faciens passionis vnigeniti sui: que placita fuit et acceptissima oblata in cruce superbenedicte trinitati: ꝓpter cuius memoriam in oblatione sacerdotis eandem hostiam offerentis/deus ipse agit: et liberalissime concedit viatoribus dona plurima. Nunc conuersionem per gratiam: nūc conseruationem in gratia: nunc contra mundi pericula firmamentum: nunc angelorum custodiam: nunc temptationū refrenationem: nunc detentorum in purgatorio liberationem: et alia multa de quibus infra deo duce/latius tractabitur.

℄ G Dicitur quarto sacrificium: quia per hunc canonem de exigui panis specie/et modici vini calice/conficitur sacrificium absqꝫ vlla comparatione placidius cruentis veteris instrumenti victimarum et holocaustorum hostiās ac decimarū primitiarū legalibus sacrificijs: que omnia sacrificiū nostrū figurabant: ⁊ adueniente nostri sacrificij veritate cessabāt: qm̄ perfectius oia prestat ꝓ quibus cōsequēdis illa litteralia persoluebāt. Offerebāt em̄ veteres illi sacrificiū ꝓ peccato: hostiā pacificā pro gratia referēda vel impetrāda: holocaustum pro vnione offerentiū cū deo per amorē intimū: prout hec leuitici tradit historia. Omnia

sūt hec nostrū sacrificiū prestat. Quapropter iure sacrificij nomē obtinet canon: cuius orationib⁹ verbis et cōsecratione sacrificiū illud conficitur ⁊ immolat᷑: quo etiā que dicta sunt: largius ⁊ ꝑfectius impetrant᷑. Hic ergo canon/secreta/vel actio seu sacrificiū est principalior pars misse. Ad cuius intellectū aduertendū est/ ꝙ ſm Alex. de ales/par. iiij. q. xxxvij. in principio. Officiū dicit᷑ quasi efficiū/ab efficiēdo dictum: prima littera propter sermonis decorem mutata. Uel dr̄ ab officiēdo: vt quisqꝫ illa agat que nulli officiāt sed prosint oibus: vt dicit Rabanus. Et vt idē dicit: Officioꝝ genera licet sint plurima: illud tn̄ precipue qđ in diuinis rebus habet᷑: officij nomine cēsetur esse nūcupandum.

¶ Missa vō multipliciter dicitur. Qnqꝫ dicit᷑ missa totū qđ dicit᷑ ab introitu vsqꝫ ad Ite missa est. Qnqꝫ dicit᷑ pars que primo canit᷑/scilꝫ introitus que dr̄ missa/eo ꝙ angelus mitit᷑. Qnqꝫ dr̄ missa illud qđ dicit᷑ ab introitu vsqꝫ ad offertoriū: que dicit᷑ missa cathecuminoꝝ. i. nouiter in fide instructoꝝ nōdū baptizatoꝝ: et sic dicit᷑ missa ab emittēdo: qꝛ tūc emittebant᷑ foras. Tūc em̄ diacon⁹ dicere solet. Exeant cathecumini foras. Inde missa dicit᷑ ſm Isido. qꝛ sacramentis altaris interesse nō pn̄t: qui nondū regenerati noscunt᷑. Amplius enim nō licet: neqꝫ iudeis: neqꝫ paganis: neqꝫ cathecuminis interesse: qꝛ nōdū sunt mēbra ecclesie: de qͥbus accipitur illud Ioh. ij. Iesus aūt nō credebat semetipsum eis. Qnqꝫ dicit᷑ missa solū canon: vel etiā illa canonis verba: quibus corpus dominicū cōficit᷑: eo ꝙ tūc mittitur christus corporalē suā presentiā exhibēs sacramēto: ſm quā acceptionē misse dicit᷑ christus in cena: ⁊ apostoli post missionē spūssancti missam celebrasse: licet totū misse officiū ſm ꝙ nūc institutū est: neqꝫ oia verba canonis: que temporis successu addita sunt: protulerūt.

¶ D Misse itaqꝫ primo modo accepte canon est pars principalior: sic em̄ accipiēdo missam/pōt diuidi in quattuor partes. In prima insinuat᷑ illuminatio populi: que extēditur vsqꝫ ad offertoriū inclusiue. In scđa parte cōsecrādoꝝ oblatio: que incipit ab offertorio exclusiue: et terminat᷑ in principio canonis: Te igit᷑. In tertia parte oblatoꝝ cōsecratio ⁊ immolatio: que extenditur vsqꝫ post cōmunionē. In quarta parte accepti beneficij diuini rememoratio/que extendit᷑ vsqꝫ ad finē. ¶ Aliter diuidit missam (dicit Albertus magnus) in partes tres: scꝫ introitum/in quo est tāti boni aduocatio. In instructionē/in qua de hoc bono perfecta ponit᷑ illuminatio. Et in oblationē/in qua est istius boni adeptio/distributio et cōmunicatio. Et hec tertia pars respicit canonē. Adeptio vero boni principalius est in misse officio. Unde manifestū est ꝙ canon est principalior pars misse: propter quam alie partes misse premittunt᷑ ⁊ sequūtur. ¶ Uel melius diuidit᷑ missa in tres partes: scꝫ in preparationē tā populi ꝙ̄ materie consecrande. In eucharistie consecrationē ⁊ oblationē. In consecrate cōmunionē ⁊ mysterij conclusionē. Prima pars dici potest missa cathecuminoꝝ pro eo ꝙ maior ei⁹ pars admittit cathecuminos. Secūda canon. Tertia cōmunio: de hoc infra lectione. lx. ¶ Quia autē canon coheret alijs misse partibus tanqꝫ cōsequens antecedenti: quod notat᷑ per notam illatiuā (igit᷑) in principio canonis positā: eapropter breuiter precedentia canonē percurram⁹: vt sic canonis coherentiam clarius agnoscamus. ¶ I Eorū itaqꝫ que in laudem fiunt ⁊ solennitatē consecrationis: ſm Alex. q. xiij. parte. iiij. §. vlti. quedā precedunt missarū solennia: quedā sunt de integritate ipsius misse primo mō accepte. ¶ Missam precedunt tria/scꝫ cōfessio: altaris osculatio: thurificatio ſm morē romanū. Quib⁹ significant᷑ tria que reddunt fideles dignos ad celebrandū/ et ad celebrationi assistēdū. Primū est peccatoꝝ purgatio. Secundū membroꝝ cum capite vnio. Tertiū celebrantis ⁊ assistentiū deuotio siue deuota oratio. Quia ergo iustus prior. i. in sermonis ꝑncipio est accusator sui. Prouerb. xviij. Sacerdos sacris vestibus (de quibus dictū est) ornatus/anteqꝫ sacrū inchoat officiū coram astātibus peccata sua cōfitet᷑. In qua cōfessione attendendū est ꝙ peccata in genere nō in specie (vt quidam minus prouide faciūt) cōfitēda sunt: qꝛ hec cōfessio manifesta est: nō occulta. Similiter assistētes sua peccata cōfitētur: vt purgari a pctis mereātur: ſm illud ps̄. xxxj. Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiā meā dn̄o: et tu remisisti impietatē pcti mei. Delet em̄ cōfessio generalis pctā venialia/et obliꝗta criminalia: ſm magistrū in. iiij. dist. xxj. allegantē ad hoc beatū Augu. Sed de hoc alibi. ¶ Pectora em̄ in confessione percutiūt: exēplo publicani qui ꝑcutiebat pectus suū dicēs. De⁹ ꝓpitius esto mihi pctōri. Luc. xviij. vt sic iustificati in domos suas descēdāt. ¶ L Scđo accedēs sacerdos osculat᷑ altare/significans ꝙ christus: q̄ est sacerdos in eternū ſm ordinē melchisedech: sacrā sibi ecclesiam copulauit. Cant. j. Osculet᷑ me osculo oris sui. Osculo siquidē os ori cōiūgitur. Et in christo nō solū est humanitas vnita deitati: verūetiā sponsa ecclesia spōso christo est copulata: ſm illud Esa. lxj. Induit me vestimēto salutis: ⁊ indumēto iusticie circūdedit me: quasi spōsum decoratum corona: ⁊ quasi spōsam ornatā monilibus suis. Uox est ecclesie ad christū ei⁹ sponsum: ſm glo. qui perfectos in ecclesia eodē noīe appellari dignat᷑ scꝫ spōsi: imperfectos vō spōsas. Ipse ergo spōsus christus spōsos fecit ⁊ spōsas: tn̄ vna in capite ⁊ mēbris est ecclesia. Hec glo. Christus ergo spōsus est: ecclesia tota spōsa. vnde Ioh. iij. Qui habet sponsam sponsus est. ¶ Per altare significat᷑ ecclesia: de quo Exo. xx. Si altare lapideū feceris mihi: nō edificabis illud de sectis lapidib⁹. Per lapidis sectionē/fidelium diuisio designat᷑. vnde dn̄s sectionē lapidū in altari prohibens/ diuisionē fideliū in ecclesia reprobat. Diuisionē dico ꝑ errores ⁊ scismata. ¶ T Tertio sequitur thurificatio/qua significat᷑ deuotio ⁊ oratio celebrantis ⁊ assistentiū directa ad deum. iuxta illud ps̄. cxl. Dirigat᷑ oratio mea sicut incēsum in conspectu tuo dn̄e. Quod etiā signatū est in Apoca. c. viij. vbi dicit᷑: Stetit angelus iuxta arā tēpli/habēs thuribulū aureū in manu sua: et data sunt ei incensa multa: vt daret de orationibus sctōꝝ super altare aureū/ qđ est ante thronū dei. Angelus ille sacerdos est. Malach. ij. Labia sacerdotis custodiūt sciētiā: et legē requirūt ex ore eius: quia angelus dn̄i exercituū est. Ante altare. i. in cōspectu ecclie. Per thuribulū aureū/christus incarnatus significat᷑: cuius bonitas ⁊ immensa charitas per thuribulum aureū plenū igne intelligitur. Habere aūt thuribulū vt incenset: moraliter instruit ꝙ si quis vult incēsum orationis ac deuotionis deo offerre: thuribulū incarnationis per fidem debet tenere. Nam sine fide scilꝫ mediatoris impossibile est deo placere. ad Heb. xj. Tunc enim a deo nostrum munus accipitur: cū super dn̄ice incarnationis fidē posueris quicquid operat᷑. Grego. in glo. Exo. xx. Et data sunt ei incēsa multa. i. orationes deuote: vt eis offerat deo de orationib⁹ sanctoꝝ. Et dicit glo. notanter de orationibus: et non orationes: quia dn̄s non oēs orationes exaudit: sed illas que sunt ad salutē: vt patꝫ de oratione apli ij. Cor. xij. qui ter dn̄m rogauit vt discederet a se stimulus carnis angelus sathane eū colaphizās: ⁊ responsum est ei. Sufficit tibi gratia mea. Nā virtus in infirmitate perficit᷑. Super altare aureū. i. in summitate ecclesie triumphantis. Ante thronum dei. i. diuinam maiestatem. Hec breuiter de preuijs officio misse tacta sufficiant.

¶ Lectio. xvj. A

Hec vero in ipso mis

se officio/ad laudem ⁊ solennitatē/canonem precedunt: ad illuminationem populi pertinent: vel ad consecrādorum oblationem: vt dictū est: prime partis sunt particule decē. ¶ In prima insinuatur illuminatio populi: vt intelligat aduentum christi esse desiderandum: et hoc fit per introitum: qui desiderium aduentus christi in carnem representat: de quo Luc. x. Multi prophete et reges voluerunt videre que vos videtis ⁊ nō viderūt ⁊c. Cuius repetitio clamoꝝ multiplicationem designat dicētium et clamantium: illud Esa. xvj. Emitte agnum domine dominatorem terre. Et illud eiusdē. lxiiij.

quoniã occisus es: ⁊ redemisti nos deo in sanguine tuo.
Liber est secretũ consiliũ diuine sapientie/quo disposuit
sacramentis ornare vel ordinare ecclesiã. Hoc nemo ape
rire potuit: nisi is q̇ in sanguie suo de corde suo sacramẽ
ta ꝓfluere fecit: ⁊ ideo quattuor aĩalia euãgelice ꝑ̃dica
tionis in se figurã ꝑ̃ferentia: vt rationẽ sacramentorũ in
telligant sicut homo. In sacrificium se exhibeant vt vitu
lus: fortiter mortẽ vincant vt leo: altissima ↄtemplatiõe
verbũ apud deũ cõprehendãt vt aquila. Et vigintiquat
tuor seniores/qui significant duodecim patres vete. te.
⁊ duodecim ap̃los noue gr̃e patres: statim cadunt in fa
cies suas: in vna fide ꝑ̃cedentiũ ⁊ sequentiũ tam dignu3
sacramentũ venerãtes/⁊ iucũda laude citharizãtes oim
virtutũ ↄsonãtia: habentes phialas auro diuinitat. splẽ
dentes: hoc est diuinis cordibus flagrantes oĩ odoramẽ
to deitatis ⁊ bonitatis: statim in venerationẽ tanti exci
tant sacramẽti in testimoniũ eius excellentissime digni
tatis. ℭ C Quoad tertiũ d̃r iustũ: q: magnitudinẽ do

* x. di.

ni liberalis sequit̃ magna obligatio eius cui donat̃ faciẽ
de rõnis: s̄m illud Greg. Cũ crescũt dona: crescũt dono
rum rõnes. Ex maximi igit̃ sacramẽti dono/maxime do
nãti dño obligamur: ideo iustũ est ꝓ summo sacri huius
dono/summas deo agere gr̃as: summas dico nobis pos
sibiles. Est deniq3 iustũ ex hui⁹ sacri institutiõe: siquide3
iustũ est tenere diuina instituta: ⁊ illa maxime q̇ ad tantã

ps. cxviij

nobis instituta sunt vtilitatẽ. Hinc ꝑ̃s. Utinã dirigantur
vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Iniunxit
dñs frequẽtationẽ huius sacri dicẽs/Luce. xxij. Hoc faci
te in meã cõmemorationem: in tanto sue charitatis ⁊ no
stre vtilitatis affectu: ⁊ id̃ iustũ: ⁊ nihil id̃ iustũ est nisi vt
sacramẽtũ istud oĩ deuotione ⁊ gratitudine celebretur.
ℭ Quoad quartũ addit̃ equũ. Cũ em̃ oĩa dñs in ponde
re disposuit numero ⁊ mensura. Sap̃. xi. Et diuina equi
tas exigit vt remetiatur ea qua mẽsum est mẽsura. Luce
vi. Necesse est per equitatem respõdeamus dño in rõne
dati ⁊ accepti. Cũ aũt nihil habeam⁹ ꝓportionabile deo
reddendũ ꝓ ineffabilibus donis ab eo acceptis: ꝓ gra
uissimis offensionib⁹ in eũ cõmissis; dedit nobis in hoc
diuinissimo sacramẽto seipsum: qui se ꝑ̃ius dedit in redẽ
ptionis nostre preciũ: vt eum offerẽtes summo patri sa
crificiũ ꝓ pctĩs: hostiã placationis: holocaustum intime
ac ꝑfecte vnionis suo dono equa mensura respondeam⁹
dum equale donũ reddimus/ip̃m sc3 ꝑ deuotã huius sa
crificij oblationẽ: quẽ in dono summo a patre misericor
dia ineffabili recepimus. Unde nõ tm̃ iustũ: sed equum
est per hoc sacramentũ dignas gratiarũ repẽdere actio
nes. ℭ Quoad q̇ntum ↄcluditur: ⁊ salutare. Est em̃ sa
cramentũ illud summe virtuositatis: q: eterne salutis/⁊
oim salutariũ effectuũ vnica causa. Uñ salutare est gr̃as
deuotissimas rependere: vt sic cõtinue in hoc sacramẽto
ab ipso in nos: ⁊ in eũ a nobis effectus fluant ⁊ refluant
salutares. Hoc salutare i desiderio erat patrũ. vñ ait Ja

Ge. xlix.

cob. Salutare tuũ expectabo dñe. Et sctũs symeon pue
rũ iesum tenẽs in manib⁹: viderũt inquit oculi mei salu
tare tuum: qd̃ parasti ante faciem oim populoꝝ. Luce. ij.
ℭ D Cõsequẽter rõnem hui⁹ diuine laudis aperiens
sacerdos addit. Uere dignũ et iustũ est/equũ ⁊ salutare.
Nos tibi semper ⁊ vbiq3 gratias agere. Semper: q: in tẽ
pore gratie: ⁊ in eternitate glorie: qm̃ sicut in tẽpore per
cipitur christus vere quidẽ: sed latẽs in sacramẽtali ac fi
gurali specie: ita in eternitate percipit̃ in veritatis faciali
manifestatione. Tob. iiij. Omni tempore benedic deu3.

ps. xxxiij

Et ps̃. Benedicã dominũ in omni tempore: semper laus
eius in ore meo. Ubiq3: q: per ipsum restaurantur que in
celis sunt ⁊ q̇ in terra. Et ideo trina mundi machina gra
tias agit. Celu3 pro angelice ruine restauratione. Terra
pro ecclesie militantis redẽptione. Infernus pro eorũ q̇
ibi erãt/⁊ in purgatorio tenent̃ liberatione: vt sic in no

Phil. ij.

mine domini oẽ genu flectat̃/ celestiũ terrestriũ ⁊ infer
norũ. Et ideo sacrificiũ hoc offert̃ pro celestib⁹ in laudẽ:
pro terrestrib⁹ ad gratie perceptionẽ: pro his q̇ in infer
no ⁊ in purgatorij sunt penis/ad liberatiõis supplicatio
nem. psal. In omni loco dominationis eius benedic aĩa

Ps. cij.

mea domino. Cũ aũt cui gratie agende sunt dignis cõbi
nationibus exprimit dicẽs. Domine sancte: seruos suos
sanctificans a peccatis iustificando. Pater omnipotẽs:
filios exaltans in merito extollendo. Eterne deus: culto
res suos remunerans eternaliter beatificando. Uel: do
mine sancte: suos in sctitate cõseruãdo. Pater oĩpotẽs:
filios regni potenter generãdo. Eterne deus: suos intui
tiua sui cognitiõe glorificando. Uel tertio s̄m Albertũ.
Dñe sancte: sanctificãtia dona de thesauris tue dñatiõis
in hoc sacr̃o magnifice preparando. Pater omp̃s: pater
ne charitatis affectum dulcissimũ in filioꝝ pane potenti
preparatione apertius declarando. Eterne deus: deita
tis tue alimonia mortales ad eternitatis imortalitatem
mirabiliter vegetando. De ꝑ̃mo ps̃. Gloria ⁊ diuitie in
domo ei⁹. De scd̃o. Parasti in dulcedi. tua pauperi de⁹
De tertio. Memoriã fecit mirabilium suoꝝ. Tanto dño
patri/deo iustũ est gratias agere: ꝑ xp̃m dñm nostrum:
tanq̃ ꝑ mediatorẽ ⁊ aduocatũ nostrum. Per em̃ preposi
tio mediationẽ notat. Naturas autẽ q̇bus mediat notat
qd̃ sequit̃: christũ. Christus vnctus interp̃tatur: cui⁹ vn
ctio deitas: natura vncta humanitas. Ut sicut carnalis
tangit fontẽ quo haurit: ⁊ hortũ quẽ rigat. Ita emanuel
noster xp̃s dñs tangit deũ a quo tanq̃ a fonte fluũt gra
tiarũ charismata: ⁊ ꝑ humanitatẽ tãgit eos in quos ꝑflu
unt ꝑ ip̃m tanta gratiarũ dona. i. ad Timo. ij. Mediator
dei ⁊ hoim homo xp̃s iesus. Dñs/vniuersitatis ꝓductio
ne. noster/precij charissimi quo tenebamur solutione. i.
Pe. i. Non corruptibilibus auro ⁊ argento redẽpti estis
de vana vestra cõuersatione paterne traditiõis: sed ꝑ̃cio
so sanguine q̃si agni imaculati. ℭ E Ostensa ꝑ̃ma diui
ne laudis rõne: q̇ est diuine nature excellentia: additur
scd̃a ratio/q̇ est laus angelica: quã sequit̃ (ꝑ cõiunctiõe
vocũ nostrarũ laudibus angelicis) deuota supplicatio.
Et ↄcludit̃ pars misse ꝑ hoc q̧ subiungit̃ cõis angeloꝝ
⁊ hoim adorande trinitatis excelsa laudatio: cũ d̃r. Sad

ctus sanctus sanctus. Sequit̃ ergo. Per quē/scz christū maiestatē tuā laudant angeli ꝛc. Per xpm a quo habent esse: q2 ipse est dei virt9: ꝛ noticiā/q2 est dei sapa. i. Cor. i. Per illum eni angeli laudāt/adorant/tremūt. Laudāt/ p eum p quē facti sunt/scz filium. Gen. i. Dixit deus fiat lux. i. angelica creatura. Verbo dixit ꝛ verbo fecit: q2 verbo dñi celi firmati sunt. Adorant. vnde. ij. Esdre. ix. (al. Neemie. ix.) Exercitus celi te adorant. ps. Adorate deū oēs angeli eius. Tremūt. Job. xxvj. Colūne celi cōtremiscunt ꝛ pauēt ad nutū eius. Laudant/inquā virtuti maiestatis testimoniū exhibendo. Adorant/excellentiā maiestatis reuerendo. Tremūt/potentiā maiestatis administrādo siue eidem famulando. Tremere eni dicūtur/nō metu formidinis: cū sint pfecte beati: sed admirationis ꝯceptu ꝛ obedientie famulatu. Sūt eni oēs administratorij spūs in ministerium missi ꝑpter eos qui hereditatē capiūt salutis. His nāq3 verbis innuitur/q divina maiestas maxime est laudabilis: eo q est laudabilis ab angelis: quoꝝ testimoniū est maxime autenticū. Maxime reuerenda eo q adorabilis a dominātib9: q habent dñium ordinatū sup bonos inferiores angelos. Maximeq3 admirabilis eo q tremēda a potestatib9 que aduersarias virtutes subditas habent: ꝛ ꝯceptū mandatū in pncipatibus/archangelis ꝛ angelis sibi subditis pficiūt: vt tractant expositores beati Dionysij in de celesti hierarchia. Hec Alexā. par. iiij. de officio misse. Et sequitur. Celi/scz deū laudant. i. viā laudandi pstant. ps. Laudate eū celi celoꝝ: ꝛ aque oēs que sup celos sunt laudēt nomen dñi. Cuncta nāq3 que sunt/r onalia ꝛ nō rōnalia deū laudāt: aut materiā laudis dant. Et dr̃ celi celoꝝ pluraliter: quia plures sunt celi. Plures etiā celoꝝ influentie/qbus ista inferiora pducūtur in esse: ꝛ in esse ꝯseruātur. Possunt tñ ꝛ p celos throni intelligi: in qbus dñs sedere dr̃: quasi in tribunalibus/dum p eos sua iudicia discernit. vñ Esa. vlti. Celū mihi sedes est. Similr ꝛ p virtutes ordo pmus infime hierarchie: que fm beatū Greg. cōtinet tres choros/virtutes/archangelos/angelos: pōt intelligi. Vel noie virtutū oēs spūs celestes designari quidā volūt: vt habet in glosa ps. vlti. Laudate dñm oēs angeli ei9: laudate eū oēs virtutes eius. Virtutes/generale nomē est oim vtutū celestiū: vt sic virtutū noie oēs angelici spūs: qui spālibus noibus expressi nō sunt: intelligant: quoꝝ nullus a diuinis laudibus secernitur: sicut scriptum est. Laudate eum oēs angeli eius. Ac beata seraphin: in plurali. Seraphin in fine p n. scriptū neutri generis/nō vnū angelū solum: sed totū supremi ordinis angelicū agmen significat. dictū seraphin a dono charitatis quo excellentius psident. interptatur eni ardor/vel incendiū siue ardentes. Hi ꝯcelebrāt: idest pari voto celebrant laudes diuinas: socia exultatione: nō eni absq3 exultatiōe permaxima laudes deo persoluūt. vñ ps. Beati qui habitāt in domo tua dñe: in secula seculoꝝ laudabūt te. Hec omnia alexander de ales vbi supra parte. iiij. de officio misse.

¶ F Subtilius pōt hec particula exponi fm dñm Albertū. Per quē maiestatē ꝛc. Nam p eā ostenditur eius cui in hoc sacro gratie agende sunt: supeminēs magnitudo angelice vocis pconio. Quo tria notātur. Laudis altissime pconiū: reuerentie summe impēsum obsequiū: in altissimis ꝯcelebratum gaudiū. Et in pmo hoꝝ duo notantur: mediatoris in laude officiū: laudati culmen eximiū. De pmo dr̃. Per quē/scz mediatorē angelis data est laudis materia: quoniā sua mediatione perficitur eoꝝ custodie effectus: ꝛ casus eoꝝ reparat̃ defectus: ꝛ in custodia pmouetur pfectus. Custodiūt nāq3 angeli hoies sicut dicit ps. Angelis suis mandauit de te: vt custodiāt te in oibus vijs tuis. Et qm̃ christus sue redēptōis opere angelice custodie effectum dedit: ideo laudant angeli p christū hāc materiā laudis dantē. hoc Apoca. xij. signatum est: vbi dicit btūs Johānes. Audiui vocē magnā de celo dicentem. Nunc facta est salus ꝛ virtus ꝛ regnū dei nostri: ꝛ potestas christi eius: q2 proiectus est accusator fratrū nostroꝝ: qui accusabat illos ante ꝯspectū dei nostri die ac nocte. hoc est accusabiles reddidit: ꝛ ipsi vicerunt eum ꝑpter sanguinē agni. ꝛ post pauca. Propterea letamini celi ꝛ q habitatis in eis. Vox magna hec vox est laudantiū angeloꝝ in ꝯtemplatione tante gratie: vt dicit Grego. admirantiū dei consiliū/qualiter per christū hoiem a diaboli captiuitate absoluit: ꝛ angelicam custodiam ad officiū salutis prouexit: ac etiā per hoc ruine angeloꝝ reintegratus defectus: vt habet aplūs. Gratificauit nos/scz pater/in dilecto filio suo: in quo habemus redemptionem per sanguinē eius/remissionē peccatorum fm diuitias gratie eius que superabundauit in nobis in omni sapientia ꝛ prudentia: vt notum faceret nobis sacramentū voluntatis sue fm beneplacitum eius: qd̾ proposuit in eo in dispensatōe plenitudinis temporꝝ/instaurare oia in christo/que in celis ꝛ que in terra sunt in ipo. Simile ad Col. i. Hec ergo restauratio casus angelici/causa est ꝛ materia laudis in officio isto mediatoris/qui drachmā decimā inuenit: ꝛ eam in loco cadentis angeli reposuit. Hinc Amos. ix. In illa die suscitabo tabernaculum dauid qd̾ cecidit: ꝛ reedificabo aperturas murorum eius: ꝛ ea que corruerant instaurabo: ꝛ reedificabo illud sicut in diebus antiquis. Tabernaculum illud celum est/celestium mansio excubiarū: qd̾ dicitur etiā nostri dauid/christi scz ex dauid semine incarnati: qui manu fortis/ꝛ aspectu desiderabilis interpretatur: q2 ipse propugnator est ad saluandum vt manu fortis: ꝛ in eo desiderant angeli prospicere: quia aspectu est desiderabilis. Hoc autem tabernaculum cecidit in ruina angelorum: ꝛ murorum aperturas sustinuit in defectu vacuarum mansionū. In homine deniq3 in celum assumendo vnde collapsa suppleri poterant: etiā corruit in protoplasti lapsu. Pater ergo per christi mediationē illud tripliciter reedificauit: quia hominem a casu redemit: angelorum nunc rum ex hominibus reintegrauit: ꝛ paratas angeloꝝ mansiones hominū introductione repleri ordinauit. ¶ Ex mediatione quoq3 christi/custodie promouetur profectus: quia virtute sanguinis christi/man9 adiuuatur angelica vt hominē facilius prouehat ad virtutum perfectionem. vnde dicitur in ps. In manibus portabunt te: quia operibus angeloꝝ portamur ad profectum/remoto per christi sanguinem pondere circūstantium peccatorum. Qd̾ etiam in hoc significari potest/q victo pro nobis a christo tentatore in deserto/ne inducamur in tentationem per peccatum nos obruentem. Accesserunt angeli ꝛ ministrabant ei. Sic igitur tripliciter promouetur laus angelica per officium mediatoris. ¶ G Laudati vero culmen eximium tangitur in verbo/maiestatem tuam. Est enim fm interpretationem nominis/maiestas magnitudo supereminens stans: que nunq̃ declinat ad paruitatem. Hanc autem indeclinabilitatem deus maxime in hoc sacrificio ostendit: in quo mirabili maiestate efficit: vt incomprehensibilis in tam parua specie cōprehendatur in sacramēto. Sumptus maneat in seipso regnans eternaliter. in ara mactetur in ministerio. Dixit salomon. Si celi celorum te capere non possunt: quanto minus domus hec quam edificaui. Et nos admirando dicere possumus: quanto minus forma hec minima panis et vini que est in altari. Sed hec est maiestas diuina: que verbum abbreuiatum fecit super terram. Esa. x. Abbreuiatum in verbi incarnatione: et adhuc magis abbreuiatum nobis in panis et vini specie: totum deum et totum hominem sine maiestatis diminutione fm omnem sui veritatem ac magnitudinem continente: vt esset in nobis corporaliter et spiritualiter in sacramenti perceptione. Hinc magna gloria domus huius nouissime/ecclesie scilicet magis q̃ prime: idest synagoge: vt dicitur Aggei. ij. cap. quia replebo domum istam gloria dicit dominus exercituū: cum venerit desideratus cun-

Ps. xcv | Tremor | Heb. i. | Ps. cxlviii. | Ps. xc. | Eph. i. | Luce. xv | Ps. xc. | Matth iiij. | Maiestas | iij. Reg. viij. | Ro. ix.

cris gentibus (haud dubium) quin christus: qui in hoc ecclesie sacrificio corpaliter habitat: in synagoge vo hostus tantummodo in figura. In hoc etiã sumptus sacrificio integer manet apud patrẽ in celo. Sumit a nobis vt in ipso viuamus: manet: vt ipsi in celo cõregnemus. De primo Joh. vi. Qui mãducat me: et ipse viuet ppter me. De scdo Luce. xxii. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnũ: vt edatis et bibatis super mẽsaz meã in regno meo. Virtute em huius alimonie tendimus cõtinue ad huius sacramẽti principiũ/ qd est christus: in figure ppie integritate/ regnãs in celo apud patrẽ vt illi cõregnem⁹. Nemo aũt sm naturã ascẽdere põt: nisi participet naturã supiorls: ideo naturã regnãtis influit summa maiestas: vt p ipsam mẽsam: quã sumimus: ad locuz regnãtis in celũ tendamus. Mactat deniq3 in mysterio et imortalis permanet: nã in cõmemoratione sue passionis et mortis in sacramẽto offert et sumit. Quotiescunq3 mãducabitis etc. mortẽ dñi annunciabitis donec veniat. Vñ calice vtimur pro sepulcro: patena pro lapide ad os spelunce obuoluto: pallis et corporalib⁹ p sindone et sudario/ quib⁹ inuolutũ fuit corpus dominicũ a nicodemo et ioseph pietatis officio. Credimus tamen firmiter et psitemur/ q christus resurgẽs ex mortuis iam nõ morit: mors illi vltra nõ dominabit: q em mortuus est peccato/ mortuus est semel: q aũt viuit/ viuit deo: hoc est viuit ad similitudinẽ dei: qui solus habet immortalitatẽ: et lucez habitat inaccessibilẽ. i. ad Timo. vlti. Que vnq̃ in celo vel in terra ostẽsa maior maiestas: prsus nulla. Ideo maiestas in hoc sacramẽto laudãda est per angelos/ per christũ dñm nostrũ: in cuius sacrificio ac sacerdotio (vt dictũ est) hec maiestas tripliciter declarat. ¶ D Post laudis altissime preconiũ/ tangitur reuerẽtie summe impensum beneficiũ in eo qd sequit. Laudant angeli: adorant dominationes: tremũt potestates. In hoc em sacramẽto summa virtus est et honor. Virtutẽ decet laus: honorẽ reuerẽtia. Est em laus virtutis preconiuz: et honor exhibitio reuerẽtie in virtutis testimoniũ. Et hec reuerẽtia duplex: sm q respicit magnitudinẽ reuerẽde virtutis: vel paruitatẽ/ reuerentiã exhibẽtis. Et sm hec ponũtur tria: laudant angeli: adorãt dñationes: tremũt potestates. ¶ Circa primũ/ quia cõmune celestiũ spirituum officiũ est laudare dei virtutẽ: qua de hoste humani generis per hoc sacrificiũ triũphauit: ideo dr: laudãt angeli. ii. Paral. vlti. in oratione manasse regis iude dr. Laudabo te semp omnib⁹ dieb⁹ vite mee: qm te laudat ois virt⁹ celoꝝ. Nõ autẽ accipit hic angeli specialiter p infimo angeloꝝ ordine: sed potius sicut beat⁹ Dionysius. c. v. et xi. celestis hierar. docet. Angelos omes celestes appellare virtutes cõsueuimus. et c. viij. Cõmunis est celestib⁹ omnib⁹ angelica cognominatio quoꝝ (vt Damascenus ait) vnũ est cõmune opus hymnis laudare deũ. In his enim prefationis nostre verbis/ dicit Albert⁹. Nec noia ordinum celestiũ spirituũ. Nec distributio p hierarchias describit: sed cõmunis laudis preconiũ celestiũ substantiarũ in sacramẽto declarat. vñ in ps. cij. Bñdicite dño oẽs angeli eius potẽtes virtute: faciẽtes verbũ illius/ ad audiendã vocẽ sermonũ eius. Laudant ergo oẽs angeli. i. oẽs celestes spũs diuinã in sacramẽto maiestatẽ. Domum laus (vt dicit beat⁹ Grego.) ammiratio est in sapientia et maiestate talẽ in sacramẽto virtutẽ perficiẽtis. ¶ J Ad reuerentiã autẽ tanti honoris: quãtus est in sacramẽto: pertinet/ vt sequit. Adorãt. Est em h sacramẽtũ plenum omni grã: nõ solũ grã creata: s3 plenũ deo/ q est grã subsistẽs et increata: et fons toti⁹ gratie et virtutis: ppter qd debet ei honor summus q est cult⁹ diuinus: grece theosebia dictus: a theos deus/ et sebes pietas/ qsi dei cultus siue pietas. Nã pietas sm beatũ Aug. ppie dei cult⁹ intelligi solet: que greci eusebiã vocãt. Appropriati⁹ tamẽ alij nõ eusebiã/ qd bonus cult⁹: sed theosebiaz qd ex dei cultu cõceptũ resonat dicere maluerũt. Hinc etiã dei cultus latria nũcupatur: quo etsi greci licet raro pro seruitute vsi sunt: tñ pene semp pro ea q deo debet: sic et vsus latinoꝝ habet: latriã pro sola theosebia accipere: que vt dictũ est: est cultus dei q latet: qm lucẽ habitat inaccessibilẽ. vñ Esa. xlv. Vere tu es deus abscõdit⁹. Hũc dei cultũ adorationẽ etiã dicimus/ ppriissime accipiẽdo nomẽ adorationis. vñ Math. iiij. scriptũ est: Dñm deũ tuum adorabis: et illi soli seruies. Talis cultus hic in vbo/ adorant/ significat: quẽ deo patri per dñm nostrũ iesuz christum exhibẽt oẽs angeli: sm illud Heb. i. Et cũ iterũ introducit primogenitũ in orbẽ terre/ dicit. Et adorent eũ oẽs angeli eius. Introducit pater primogenitũ iterum quotiẽs hoc sacramẽtũ cõficit et sumit. Qd hic inducitur vt et homines ad similẽ cultũ et reuerentiã in hoc sacramento exhibendã exẽplo angelico puocent. Inducitur autem hic ordo dominationũ/ qui primus est secũde hierarchie: qui tamẽ ex vi nominis minus ad exhibendã reuerentiã inclinari/ putari posset: pro eo q sm Diony. c. viij. celestis hierarchie/ dñationis nomẽ significat celsiorez intelligẽtiã quandã toti⁹ seruitutis ignarã: omniq3 submissione infima liberã: nulli tyrãnice similitudine vllo modo seipsum subiicientẽ: que ad illud qd vere et proprie est sumi/ sc3 dominãtis dei exẽplar tota intẽtione cõuersa: seipsum inquantũ põt: et q post se sunt/ ad summi boni exẽplar effingit: summe semp dominãtis deitatis p virib⁹ particeps fit: cũ ergo memorat illos volũtarie inclinari ad reuerẽtie adorationẽ: qui in altitudine semp feruntur: omni actu et desiderio diuine dominationis participes fieri: quoꝝ magis videtur adorari/ q adorare: id ipsum de alijs supernis spiritib⁹ nullo mõ dubitet: nos quoq3 cũ omni deuotiõe similia faciamus. De horum adoratione scribit Apoca. v. Et audiui vocẽ angeloꝝ multoꝝ in circuitu throni et animaliũ et senioꝝ: et erat numerus eoꝝ millia milliũ dicentium magna voce. Dignus est agnus qui occisus est/ accipere virtutẽ et diuinitatẽ et sapientiã et fortitudinẽ et honorẽ et gloriã et bñdictionem. Et sequit. Et oẽm creaturã que in celo est: et q in terra et super terrã et sub terra: et que sunt in mari et que sunt in eo: oẽs audiui dicẽtes/ sedenti in throno et agno. Bñdictio et honor: et glia et ptãs in secula scloꝝ. ¶ L Est autẽ honoris reuerẽtie exhibitio/ nõ solũ in adoratiõe q est recognitio summe maiestatis: et eius pfessio qui adorat: sed etiã in recognitione ppie paruitatis eius q adorat/ respectu magnitudinis illius qui adorat. Hec est altera species reuerẽtie. Per primã fit accessus quidã ad summũ/ ipsum videl3 adorandũ. Per scdam fit quidã recessus et relapsus ad ppriã fragilitatẽ. Hanc innuit qd sequitur. Tremũt potestates. Tremor: em ex pprie fragilitatis et superne maiestatis cõsideratione oritur. et q2 ois creatura quantũcunq3 perfecta/ cõparata ad illã summã naturã que sola vere est: nõ modo parua: sed oino nulla videtur: q2 vt dicit Boe. ij. de cõsol. phie. prosa. vij. Infiniti atq3 finiti nulla vnq̃ poterit esse collatio. Vñ ad immẽsam huius sacramẽti maiestatẽ/ necesse est oẽm creaturã tremere et pauere. Vñ et beatus patriarcha iacob in somnis videns scalã stantẽ super terrã/ cuius summitas celũ tangebat: angelos quoq3 dei ascẽdentes et descendentes per eã/ et dñm scale innixũ. Ascẽdẽtes ad dñm adorãdũ: descẽdẽtes ad seipsos tremẽdo. Cũq3 euigilasset: vere ait dominus est in loco isto: pauensq3/ q terribilis est locus iste inquit. Nõ est hic aliud nisi domus dei/ et porta celi. Quãuis ergo locus omnis pauẽdus sit et terribilis: in quo deus sua ostendit sacramenta: tñ locus sacramentaliũ specierũ specialiter est omni reuerentia tremẽdus: in quo ea ostendit que in cruce perfecit: vbi et saxa scissa sunt: et monumẽta aperta: vbi terra tremuit et ipse sol/ lucis sue radios abscondit. Et sicut in priori honoris specie induxit dominationes: ita et nũc potestates: cum dicit: Tremunt potestates. nam: potestatum est libera seueritate corripere quod rectitudini legum diuinarum

Margin notes: i. Cor. xi · nota · Joh. xix · Ro. vi · Virtutẽ decet · ii. Ethi. · theosebia · x. de ciui. c. iiij. · pietas · Latria · i. Ti. vi. · Tremor · Genes. xxviij. · Locus sacramentalium tremendus est. · potestatum officium

non congruit: et vindicare in omne qd legibus obstādo
repugnat. Et ideo potestatū nō est tremere: quorum (vt
Dionysius vbi s. ait) est insuperabili constantia ordina
tissime ad diuina tēdere: et q̄ post se sunt agmina dei imi/
tatione pmouere. Qd ergo tremūt/tremore reuerentie
non timiditatis/corā ineffabili maiestate/cognoscentes
suā potestatē nihil esse respectu diuine et immense que in
sacramēto cōtinetur: quib⁹ inesse pauor minus videbat:
ostendit humanā fragilitatē merito pauere: cū audit tre
mere potestates. Nā reuera h̄ est illa incōparabilis maie
stas: ad cuius nutū colūne celi pauēt et cōtremiscūt. Si
ergo colūne celi/idest angeli fm glo. reuerētia illius ma
gnitudinis cōtremiscūt: multo magis omnis hō in se cō
cussus in reuerētia ad sacramentū debet cōtremiscere et
pauere. ❡ L Post itaq; manifestū summe reuerētie
impensum beneficiū/sequit̄ in altissimis cōcelebratum
gaudiū/in eo qd subditur. Celi celorūq; virtutes/ac bea
ta seraphin socia exultatione cōcelebrant. Ubi tria indu
cunt̄. Celi/celoꝝ virtutes/beata seraphin. Celi hic dicū/
tur antonomatice celoꝝ angelice virtutes: qui supra se
eum/qui in sacramēto est: venerātur: sicut dr̄ in psalmo.
Laudent eum celi celoꝝ. et iterū. Laudate dn̄m de celis:
laudate eū in excelsis. Ipse eīm ascēdit dignitate etiā fm
assumptā naturā/super oēs celos/hoc est vertices ange
licos. Qui descēdit ipse est qui ascendit sup oēs celos vt
adimpleret oia. ❡ Celoꝝ autē virtutes sunt quibus vir/
tus celestis sine obstaculo perficitur: hi dicti sunt angeli
dei mādata/volūtatē et decreta inuincibiliter pficiētes:
vt dr̄ in ps̄. ciij. Bndicite dn̄o oēs vtutes ei⁹ ministri ei⁹/q̄
facitis volūtatē eius. Hi cōcelebrāt eū qui pre oib⁹ volū
tatē patris perfecit: vn̄ Joh. xvij. Opus cōsummaui qd
dedisti mihi vt facerem: ait christus ad patrē. Et iterum.
Meus cibus est vt faciā voluntatē eius qui misit me: vt
perficiā opus eius. Joh. iiij. Celi ergo celebrant quē sup
se cōtemplant̄. Celoꝝ virtutes celebrāt eū a quo est om/
nis virtus eoꝝ. Uerbo eīm dn̄i celi firmati sunt: et spiritu
oris eius omnis virtus eoꝝ. Os patris fili⁹ est: a quo in
angelos fluit virtutis spirit⁹ ad oēs dei volūtates ineui/
tabiliter pficiēdas: ita q̄ nec lex nature inferioris retra/
hat: nec infirmitas potētie depꝛimat: nec virtus cōtraria
impedire valeat. ❡ M Ac beata seraphin. Signifi/
catur supremus angeloꝝ ordo seu chorus: qui totus ar/
dens siue incendens fm dionysiū interpretatur. c. vij. ec
clesiastice hierar. Hoc agmē q: diuine maiestati cōtinen/
ter assistit: perpetueq; locatū sit: et ardentissime in deuz
semp tendit: antonomatice beatū dicit̄: eo q̄ ammirabili
bus et purissimis firmissimisq; dei theoreis et delectatio/
nib⁹ perfruat̄. Nihilominus quāmuis beatū sit: vt in ve
stibulis dei collocet̄: tn̄ sup se cōtemplās altitudinē sapi
entie: et delectatiōis huius sacramēti/cōcelebrat solenni
ter et iocūde sacramēti istius altitudinē/quā sup se vene
rat̄. Quia ergo illa altissima agmina sic ɔcelebrāt: oīno
irrationabile est si aliqs hominū huic celebritati se subs
trahat: ne in sui reprehensionē audiat illud Job. xxxviij.
Ubi eras cū me laudarēt astra matutina: et iubilarēt om
nes filij dei. Astra matutina dicit angelica lumina/in pn
cipio cū celo creata: et filios dei per cōuersionē sui in deū
in gratia cōfirmata. Ecce ad excitandū nostrā tarditatez
ad huius sacramēti venerationē/illi angeloꝝ inducūtur
ordines: quoꝝ exēplis ad eoꝝ imitationē homo efficaci⁹
moueret̄. ❡ N Sequitur prefatiōis pars vltima: qua
cōfessionis exhibite acceptatio postulat̄: cū cōcluditur.
Cū quibus et nostras voces vt admitti iubeas depreca/
mur. In quib⁹ verbis tangitur supplicatio/ vt voces hu
mane cōcelebrationib⁹ celestib⁹ misceātur. Duas eīm om
nipotēs deus rationales cōdidit creaturas: angelicam et
humanā: que laudibus diuinis insisterent: et ei gratiaruz
redderēt actiones (vt tangit magister dist. j. lib. scdi sen/
tentiarū) quas dū pari voto celebrant: tanq̄ inferiores
et superiores chorde in celesti cithara sociantur. De qua
Apoca. xiiij. Et audiui vocē quasi citharedoꝝ citharizan
tium in citharis suis: et cantabāt quasi canticum nouum.
Dicitur ergo (cū quibus) scz angelis (et nostras voces)
humiles quidē sed rationabiles: quia vox est sonus cum
intētione prolatus: vt admitti in laude sacramenti: iube/
as o deus omnis sanctitatis perfector (deprecamur) q:
sine tuo iussu iuuante a nobis fieri nequit: q̄ scilz inter
angelos nostra vox audiatur. Deprecamur aūt (suppli/
ci cōfessione) nō superba p̄sumptione: sed ante maiesta/
tē tuā proni laudē tuā humili cōfessione dicētes. Sanct⁹
sanctus/sanctus. ❡ Hec breuiter de expositione prefa/
tionis quotidiane. Sunt eīm et alie p̄fationes: nō quidez
ab illa dissone: sed pro magnitudine festi aut temporis
qualitate ad maiorē deuotionis excitationē/ex festi ma/
teria et tēporis causas diuine laudis supaddentes: quaz
decē sunt numero: vt habet̄ de conse. dist. j. Inuenimus.
vbi dicitur. Inuenimus has nouez prefationes in sacro
cathalogo tātūmodo recipiēdas. Unā in albis paschas
lib⁹: aliam in die ascēsionis dn̄i: tertiā in die pentecostes
quartā de natali dn̄i: quintā de apparitione dn̄i: sextā de
apostolis: septimā de sancta trinitate: octauam de cruce:
nonam de ieiunio in quadragesima tantūmodo dicēdā.
Decima vo additur de beata virgine. lx. dist. c. sanctoꝝ
canonū. ex cōcilio placen̄. sub vrbano papa. Quarū sen
tentie in his que quotidiane prefationi superaddunt: sa/
tis sunt manifeste.

❡ Lectio. xix. A

Post prefationē qua ad cōfitendū dn̄o mirabilia in h̄ sacro ope
rāti pplꝰ excitat⁹ est: simul et cōfitende lau
dis ratio declarata. Premissa deniq; ad do
minū supplicatiōe p acceptatiōe diuine laudis: sequitur
cōis angeloꝝ hominūq; adorāde trinitatis excelsa lau/
datio: dū finita p̄fatione: chor⁹ voce cōcordi hymnū ca/
nit: Sanct⁹ sanct⁹ sanct⁹ dn̄s de⁹ sab. ple. sunt ce. et c. Hūc
aūt hymnū fm Guil̄. Durādū in rōnali/in missa cātādū
instituit Sixt⁹ papa. Et rōnabiliter post p̄fationis depre
catiuā cōclusionē: qm̄ ex nobis nō est/q̄ nostra vox iter
angeloꝝ ac celestiū virtutū cōcrepātiū voces audiatur.
Idcirco sacerdos in psona ecclie militātis in p̄fatiōis cō
clusione deprecat̄: vt saltē de⁹ noster/nostras voces ad/
mitti iubeat cōcentib⁹ angeloꝝ/socia exultatiōe laudes
diuinas ɔcelebrātiū. Et qz celestis militie exercitus sine
interceptiōe/diuinā laudāt gloriā/ipsi⁹ maiestatē et san/
ctitatē venerātes fm illud ps. lxxxiij. Beati q̄ habitāt in
domo tua dn̄e: in se. se. laudabūt te. cupiētes nostra vota
laudib⁹ cōnumerari angelicis: angelicū hymnū pariter
concinimus nō ppria p̄sumptione: sed humili deuotiōe
et supplici dicētes. Sanctus sanctus sanct⁹ dn̄s deus sa/
baoth. Hic itaq; hymnus vox est angeloꝝ et hominum.
Prima eius pars angeloꝝ est: vnde Esaie. vj. Seraphin
clamabant sub excelso dei solio. Sanctus sanctus sanct⁹
dominus deus exercituum: plena est omnis terra gloria
eius. et Apocal̄. iiij. Quattuor animalia nō habebant re/
quiem die ac nocte/ dicentia. Sanctus sanctus sanctus
dominus deus omnipotēs: qui erat: et qui est: et qui ven
turus est. Secunda eius pars est hominū / qui preibāt:
comitabātur et sequebātur dominū in hierusalē loco sue
oblationis et vespertini sacrificij se presentantem/dicen
tium. Osanna in excelsis. Benedictus qui venit in no/
mine domini. Joh. xij. Congrue autem hymnus iste: qui
sacrificio premittitur: ex predictis duabus vocibus com
ponitur: quia in sacrificio isto placito/ima summis: et ter
rena celestibus: fm Grego. iiij. dialogoꝝ cōiunguntur.
Et fm hoc hymnus iste diuidit̄ in duas partes: in ange/
licā scz et humanā. Et scda pars subdiuiditur in oratio/
nem et gratiarum actionem. Secunda ibi. Benedictus.
Uoce angelica/vnitas essentie/et personaruz trinitas in
deo cōmendatur. Uoce humana vnio deitatis et huma/
nitatis in christo predicatur. Dicitur ergo in prima par/

santus
santio

te Sanctus. Nam sanctus a sanctio. is. it/ qd̕ dicitur a sanguis: ⁊ est firmare/decernere/statuere/cōsecrare. Sic et leges sancte/ ⁊ mores sancti / ⁊ homines in fide firmati sancti dicūtur: ⁊ dicuntur sancti a sanguine hostie: ⁊ hoc de veteri cōsuetudine. Nihil enim sanctuꝫ apud veteres dicebatur: nisi qd̕ sanguine hostie esset cōsecratuꝫ vel respersum: nam ⁊ que purificari volebāt: sanguine hostie vngebantur: vnde postea sancti dicebantur / quasi sanguine vncti. De quo late apostolus Heb. ix. Lecto inq̄t omni mādato a moysi vniuerso populo / accipiens sanguinē hircoꝝ et vituloꝝ cum aqua ⁊ lana coccinea ⁊ ysopo: ipsum quoqꝫ librum/ ⁊ omnē populū aspersit dicēs. Hic sanguis testamēti qd̕ mandauit ad vos dn̄s. Etiā tabernaculum/ ⁊ omnia vasa ministerij sanguine similiter aspersit: ⁊ omnia pene in sanguine ꝯm legē mundantur. Sic ergo sanguine ad dei cultū firmabantur: vt talia ad cōmunes vsus applicare nō liceret. Dicitur ergo ꝯm hāc acceptionē sanctus. i. firmus. ¶ B Dicit̕ etiā sanctus idest separatus a negocijs scꝫ seculi: ⁊ ab his qui carnaliter viuūt: vt dicit glo. Origenis Leuit. xix. sup illud. Sancti estote. Sancti. i. separati ab omni immūdicia corporali et spirituali. Etiā tertio dicitur sanctus quasi sine terra nam grecus sermo agyos extra terrā sonat. Est ergo sanctus firmus ab omni imperfectione separatus: a terra et omni creatura sublimiter eleuatus: que verissime diuine essentie cōuenium/ que est firma: quia imutabilis ⁊ eterna: ab omni imperfectiōe separata: quia simpliciter pfectissima: ⁊ super omnē creaturā sine ꝓportione eleuata: quia intensiue infinita. In cuius significationē verbum sanctus ter dicitur. Dicitur etiā ter sanctus/ ⁊ semel dn̄s deus: vt trinitatis ⁊ vnitatis mysteriū cōprobetur. Trinitas in triplicatione nominis sanctus / ostendit̕. Unitas in simplici et nō repetita ꝓlatione nominis deus/ significatur: vt declarat magister dist. ij. lib. j. sentētiarū: quasi diceret. Sanctus pater/ sanctus filius / sanct⁹ spūssanctus. Nam sanctitateꝫ patris filius attestatur Joh. xvij. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi Et sequit̕. Sanctifica eos in veritate. Est eñ pater sanctus sanctificās/ nō sanctificat⁹: qꝛ nō ab alio: sed a seipso sanctus. Sanctitatē filij ꝯfitetur angelus ad mariam loquēs. Qd̕ eñ ex te nascet̕ sanctū/ vocabit̕ filius dei. Luce. j. Sanctitatē paracleti eloquitur christus. Joh. xx. Accipite spiritūsanctū quoꝝ remiseritis ⁊c. Sanctitatem totius trinitat̕ lex ꝓmittit Leui. xix. Estote sancti: quoniaꝫ ego sanctus sum dn̄s deus vester. ¶ C Est aūt deus sanctus: nō sanctificat⁹: sed sanctificās creaturā. Est aūt sanctitas in his tribus ꝑsonis. Uerius est he tres ꝑsone: nō ratione ꝓprietatū personaliū: aut relationū originis que trinitatē multiplicat: alioquin nō esset eadem sanctitas in tribus. Et cū sanctitas dicat perfectionē simpliciter: neutra personarū esset simpliciter pfecta: pro quāto quelibet personarū careret aliqua perfectione simpliciter/ scꝫ sanctitate/ que est in alia ꝑsona: ⁊ per hoc neutra esset deus: qꝛ neutra esset summe pfecta. Et qualibet ꝑsona posset aliqd̕ melius cogitari/ scꝫ bonū qd̕ pfectiones omniū personarū saltē virtute cōtineret. Deus autē (vt dicit Aug. j. de doctrina christiana ⁊ Anselmus) est quo nihil melius cogitari pōt. Inest aūt sanctitas rōne essentie: que vna est in tribus ⁊ indiuisa: nec in eis numerat̕/ sicut nec eternitas aut omnipotētia: ⁊ ideo pater/ filius ⁊ spūssanctus non sunt tres sancti: sicut nec tres eterni: aut tres omnipotētes: sed vnus sanct⁹/ sicut vnus omnipotēs ⁊ eternus. Nō etiam inest sanctitas diuinis personis per realē informationē: quēadmodū in nobis sanctitas inuenit̕ per actualeꝫ gratie informationē: ⁊ ꝑ hoc in nobis sanctitas est accidēs: nūc adueniēs: nūc transiēs: nūc rediens per realem anime mutationē ⁊ sanctificātis gratie creationē vel annihilationem: sed est sanctitas in deo per predicationē ⁊ verissimā identitatē: quoniā sanctitas predicat̕ de qualibet persona identice/ idest predicatione dicente: hoc esse hoc. Et quelibet diuinarū personarū realiter est sctitas: ⁊ oēs tres vna sanctitas. ¶ Eo modo personis inest sanctitas: quo inesse accipitur: cum in prefatione canit ecclesia. Et in personis ꝓprietas: ⁊ in essentia vnitas: ⁊ in maiestate adoretur equalitas. Persona siquidē diuina: cū sit deus: vere simplex est ⁊ incōposita/ nō habens in se ꝓprietatē vt quoddā aduenticiū vel accidens: quo modo tabula habet albedinē: aut anima nostra scientiā: sed ipsa vere est suamet ꝓprietas. i. illud reale qd̕ per ꝓprietatē significat̕: vtpote est illud reale qd̕ sanctitas/ bonitas/ eternitas: ⁊ pater sua paternitas: filius sua filiatio: ⁊ spūssanctus sua passiua spiratio. Sic quelibet persona diuina est quicquid habet: excepto correlatiuo: quod aliquo modo habet. ¶ D Sequitur in hymno: dn̄s deus / sine replicatione ⁊ singulariter/ ad ostensionē essentie diuine vnitatis. Unde ⁊ dicit̕ in symbolo athanasij. Dn̄s pater/ dn̄s filius/ dn̄s spiritussanctus: ⁊ tñ non tres dn̄i: sed vnus est dn̄s. Similiter nō tres dij: sed vnus est deus. Et hoc qꝛ vna ratio dominij: vna ratio diuinitatis in tribus: que est ipsa diuina essentia: propter cuius vnitatē/ ille tres persone vn⁹ sunt dn̄s/ vnus deus: ꝯm illud Deuterō. vj. Audi israel. Dominus deus tuus vnus est. Propter eandē rationē dicit beatus Aug. Pater ⁊ filius ⁊ spūssanct⁹ sunt vnus creator: nō tres creatores: quia ratio creādi vna est/ scꝫ essentia diuina in tribus. Propter idē ecclesia determinauit/ ꝙ pater ⁊ fili⁹ sunt vnus spirator spūssancti: nō duo spiratores: ex̄ de summa trini. ⁊ fide ca. quia principiū spirādi volūtas diuina idem est: ⁊ vnū est in patre ⁊ filio ⁊ nō numeratur in eis. Unū dico nō specie tm̄ (quomodo humanitas in sorte ⁊ platone cōcedit̕ esse vna: ꝓpter quaꝫ tñ vnitatē nō conceditur ꝙ sortes ⁊ plato sunt vnus hō: sed sunt duo homines) sed vnū numero: seu ꝯm vnitatē verissimā que est vnitas numeralis. ¶ Addit̕ in hymno sabaoth qd̕ virtutū vel exercituū interpretatur. Dicit̕ autē dn̄s deus sabaoth. i. dn̄s virtutū ⁊ exercituū: eo ꝙ omnis virtus exercitus celestiū ⁊ terrestriū est in manu ei⁹. Est q̄ppe exercitus in celis simul ⁊ in terris angeloꝝ et hominū: quia sancta ecclesia in triūphātib⁹ in celis: ⁊ militantibus in terris est vt castroꝝ acies ordinata. Cañ. vj. Un̄ ꝯm Inno. tot. exercit⁹ de⁹ habet i terra: quot sunt ordines in ecclesia: ⁊ tot sunt in celis: quot sunt ordines in angelis. Exercitus eñ est multitudo aliquoꝝ habentiū ordinē ad vnū in eis supremū ipsis presidēs: quarū multitudinū: qꝛ plures sunt tā in celo/ ꝙ in terra: ideo vtrobiqꝫ exercitus multi numerant̕. ¶ E Sequit̕: Pleni sunt celi ⁊ terra gloria tua: qd̕ dicit̕ celi/ non est ab angelis dictū: vt patet Esa. vj. sed a patrib⁹ additū: ⁊ a Sixto papa ⁊ a Grego. ordinatū. Dixerunt nāqꝫ angeli. Plena est omnis terra gloria tua: vt. s. allegatū est. Pleni tñ nihilomin⁹ sunt celi ⁊ terra. i. angeli ⁊ homines ꝯm Inno. gloria dn̄i. Angeli quidē sunt pleni gloria. i. beatitudine eterna: inquantū facie ad faciē clare ⁊ intuitiue sine medio diuinitatis gloriā cōtemplant̕: eaqꝫ per amorē perfectissimū perfruuntur. In quibus visione/ scꝫ perfecta fruitione beatitudo eterna essentialiter cōsistit. Dicūtur aūt pleni nō ꝯm naturalē capacitatē: sed ꝯm exigentiā meritorum. Nam ꝯm ꝙ angeli in morula/ qua viatores beatitudinē meruerūt: gratia qua perfusi fuerāt: magis in sua cōuersione ad deū/ vn̄ sunt: ꝯm hoc ⁊ nūc clariori cognitione illustrātur: ⁊ intēsius amorosiusqꝫ deo perfruunt̕. Pleni ergo sunt: quia quietātur ⁊ saturant̕: vt maiorem beatitudinē sibi non optent: neqꝫ de aliorum maiori beatitudine murmurent: quoniā se et alios beatitudinē ꝯm cōdecentiam diuine bonitatis / ⁊ exigentiā meritoꝝ noscunt recepisse: in quo et ordinem diuine iusticie laudāt: et magnificentiā diuine bonitatis extollūt. Plena est et terra gloria dn̄i. Naꝫ terra. i. terrigene pleni sunt gloria: nō in rei possessione: sed in spe ⁊ ꝓmissiōe. Dedit eñ dn̄s hominibus potestatē filios dei fieri his qui in eum cre-

santus
Agyos
Paracleto
Sabaoth

dunt. Joh. j. Qui nãq̃ crediderit ⁊ baptizatus fuerit saluus erit. Marci vlti. Uel plena est terra gloria christi: q̄ dñs est dominãtiũ. Gloria inquã passionis/resurrectionis/ascẽsionis: quia in oẽm terrã exiuit sonus discipulorũ ei⁹: ⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ: gloriã christi predicantiũ. Demũ plena est glorioso corpore christi terra: qḋ viaticũ cõcessum est hominibus/ipsos perducens ad gloriã sempiternã. Uel plena est terra gloria dñi. i. gloriosa ⁊ suaui dñi ordinatione ac totius creature gubernatione/qua sapiẽtissime gubernant̄ ⁊ regunt̄: in quo singulis gloria dñi relucet tanq̃ in vestigio seu imagine: vt de quolibet entiũ verum sit. Gloria dñi super te orta est. Uel ſm Inno. ad literã. Pleni sunt celi ⁊ terra gl'ia tua idest celũ ⁊ terra diuina gloria replentur: quia diuinitas est vbiq̃: ſm illud Hiere. xxiij. Celũ et terrã ego impleo. Unde ⁊ psalmista. Si ascendero in celũ tu illic es: si descendero ad infernũ ades. Nã est super omnia nõ elatus subtus omnia nõ prostratus: inter omnia non inclusus: extra omnia nõ exclusus. vñ Job. xj. Excelsior celo est: et quid facies. Profundior inferno: ⁊ vnde cognosces. Lõgior terra mensura eius: ⁊ latior mari. ¶ F Sequitur. Osanna in excelsis. Que est pars scḋa huius hymni et vox humana. Nã turbe que precedebãt: ⁊ que sequebantur christũ procedentẽ ad hierusalẽ clamabant. Osanna in excelsis. Osanna dictio est hebraica: que interpretat̄ obsecro vel salua. Et cõponitur ſm Remigiũ ab osy/qḋ est salua/⁊ anna qḋ est aduerbiũ vel interiectio obsecrãdi. Et ſm hoc deberet dici osyanna: sed vsu dr̄ osanna: vt sit cõpositũ ex corrupto ⁊ integro. Uel dr̄ osanna ꝑ sinalepham/que est figura tollens vocalem de medio dictionis. Augustinus autẽ dicit/ꝙ osanna in toto in alterius lingue interpretationẽ transire nõ potest. Clamauerunt autẽ turbe osanna/idest salua/subaudi nos. Sed qua salute sequitur/in excelsis. i. in celis: quia ad dandã salutẽ eternã ⁊ celestem christus aduenit. Clamauerunt turbe que precedebãt: ⁊ que sequebant̄ eandẽ cõfessionis laudez/⁊ obsecrationis vocẽ/ſm Bedã: q: vna est fides eorũ/qui ante incarnationẽ dñicam fuerũt: ⁊ qui post venerũt. vñ Petrus. Per gratiã dñi nostri iesu christi credimus saluari/quẽadmodũ ⁊ illi. Actuũ. xv. Chrys. aũt exponẽs illud Mat. xxj. Turbe aũt que precedebãt: ⁊ que sequebant̄ clamabãt dicentes. Osanna filio dauid: ait. Memores populi mirabiliũ eius que ostẽdit eis: ⁊ sanitatũ quas prestitit eis exultãtes in cordib⁹ suis: ante ⁊ retro clamabãt: osanna filio dauid. Qui precedebãt seniores erãt patriarche ⁊ ꝓphete/⁊ ceteri sancti: q̄ ante christi aduentũ eũ predixerũt: ⁊ cognouerũt eũ esse venturũ. Sequẽtes aũt iuniores. i. apl'i/martyres/⁊ ceteri doctores/qui post christi ascẽsionẽ opera eius ꝑdicabãt ⁊ predicãt. Qui etsi diuersis tẽporib⁹ fuerũt: tñ in eis nõ fuit diuersus: sed vnus exultationis spũs. ¶ Et ponitur bis osanna in excelsis/ſm Inno. ꝓpter duas partes salutis: que sunt stola mẽtis/⁊ stola corporis: vel dotes aĩe ⁊ dotes carnis. q. d. Obsecramus salua nos ſm animã et ſm corpus. Inuenit̄ ⁊ hic laudis versiculus in ps̄. cxvij. O dñe saluũ me fac. Qḋ eñ turbe clamauerũt osanna/ps̄. dixit. O dñe saluũ me fac. Qḋ ṽo turbe dixerũt. Benedictus qui venit in noĩe dñi. ps̄. eisdẽ verbis subiungit: in quibus tangit̄ gratiarũ actio ⁊ confessio mysterij incarnationis christi: vñ dr̄. Bñdictus. subaudit̄/sit: qui venit ſm humanitatẽ assumptam. in noĩe dñi: idest in noĩe patris: qui dñs est celi ⁊ terre: ipso dño teste Joh. v. Ego veni in noĩe patris mei. Uenit autem christus in noĩe patris ſm Bedã: q: in oĩbus q̄ gessit ⁊ docuit: nõ suã ſ; patris gloriã quesiuit. Uñ ait Joh. viij. Ego glorifico patrẽ meũ: ego gloriã meã nõ quero. ¶ G Aliter exponitur hymnus iste ſm dñm Alber. magis in ordine ad eucharistie sacramentũ: qḋ verbis canonis conficitur: qui hunc hymnũ immediate subsequetur: vñ ait. Ter dr̄ sanctus ꝓpter trium personarũ (vt multi dicunt) discretionẽ: que

omnes singulariter in hoc sacramẽto sunt operate. Uirtus eñ altissimi (vt dicit Cassianus) per appropriationẽ est patris que obũbrauit dũ sui perfectã imaginẽ in vtero virginis/⁊ sacramẽto nostre redemptionis impressit. Umbra eñ dr̄ forma in speculo/resultans in speculo ex facie respiciẽtis. Et in hoc sensu sumit̄ vmbra q̄ virginez obũbrauit: ſm origenẽ. Spũs aũt sanctus superueniẽs tã in vterũ in quo noster panis a muliere eterna/ſc; sapientia perfectus: q̄ etiã in sacramẽto in quo substãtia panis in ipsum transsubstantiat̄ sua virtute ⁊ opatione omnia perficit. Filius ṽo est qui oĩa a spũsancto ꝑfecta ⁊ in vtero/⁊ in sacramẽto sibi vnit: rõne cuius vnionis dicit. Caro mea vere est cibus: ⁊ sanguis meus vere est potus. Et quia sanct⁹ dr̄ sanguine firmat⁹: ⁊ i sanguine christi operatiõe trinitatis oĩs nostra religio fundata ⁊ firmata est ⁊ mũdissima effecta: ter dr̄ sanctus: quia ibi sanguini suã pater imaginẽ impressit: spũssanctus sanguinẽ ⁊ carnem mũdatos formauit: filius formata ⁊ mũdata sibi vniuit. Dicitur etiã ter sanctus: quia trib⁹ sanctis cõficitur h̄ sacramentũ: ſc; antiquo/nouo ⁊ eterno: ſc; corpore/aĩa ⁊ deitate christi. Corpus christi dr̄ antiquuz: quia de massa corporis adã sumptũ: ⁊ hoc sanctũ: quia immune ab omni peccato assumptũ: ipsum eñ nõ seminis cõmixtione: sed spũssancti opatione in virgine cõceptũ: debito originalis peccati nõ fuit obnoxiũ: q: etsi de massa ꝑditionis assumptũ: nõ tñ per legẽ ꝓpagationis decisum ab adã: quib⁹ dũtaxat aĩe coniuncte debito tenebant̄ originalis iusticie. Immune q̄ꝫ a morbida q̄litate: quã fomitem: aut carnis legẽ dicimus: qm̄ spũssanctus in virginẽ superueniens/sanguinẽ istũ purgauit: de quo sine libidine/⁊ qualibet noxia qualitate corpus illud mũdissimũ formauit. Uñ glo. Joh. iij. sup illud. Qui desursum venit/sup oẽs est. Desursum. i. de altitudine humane nature ante peccatũ p̄mi parẽtis: quia de illa altitudine assumpsit verbũ humanã naturã: ⁊ non assumpsit culpã cuius assumpsit penã. Scḋm sanctuz in sacro isto ſc; aĩa christi nouũ est/ in tp̄e incarnatiõis filij a patre de nihilo creata. Et h̄ sancta: q: in ipso creatiõis momẽto omni sanctitate/⁊ omni gr̄a/⁊ sapiẽtia est repleta: vñ ad Col. ij. dr̄ de christo. In quo sunt oẽs thesauri sapiẽtie ⁊ sciẽ dei recõditi. Tertiũ sanctũ ⁊ vere sanctissimũ est diuinitas filij: q̄ corpus sanctũ ⁊ aĩam sanctitate plenã assumpsit: ⁊ in ꝑsonã filij vniuit: vt omni sctitate redũdaret ille hõ ad toti⁹ eccl'ie sctietatẽ ⁊ copiã. hinc Joh. xvij. Ego ꝓ eis sctifico meipsum. ¶ H Hac igit̄ rõne dr̄ ter sanct⁹/quasi diceret⁹: christus in hoc sacro cõtentus sanct⁹ est ꝓpter carnis sctitatẽ: ⁊ iterũ sanct⁹ ꝓpter aĩe plenitudinẽ. Tertio sanct⁹ propter deitatis infinitã perfectionẽ. Propter vnitatẽ autez diuine essentie in trib⁹ personis hec ꝑficiẽtis: additur singulariter dñs de⁹ sabaoth. In quib⁹ verbis significatur istius opationis facultas: cũ dr̄/dñs. Modus: cũ dicit̄/ deus. Uirtus: cuz dr̄ sabaoth. Facultas in ṽbo dñs. Johelis. ij. ⁊ Roma. x. Dñs diues est in oẽs qui inuocãt eũ quia omni thesauro pecuniarũ possessionũ ac bonorum oĩm suppositus. Modus in ṽbo deus. Sapiẽter eñ deus ꝑficit oĩa: q: videt oĩa sua sapientia. Perficit vtiliter: q: oĩa circuit ꝓuidẽtia ⁊ solicitudinis cura. ps̄. Dñs solicitus est mei. ⁊. j. Petri. v. Ipsi cura est de nobis. Perficit charitate maxima: q: deus ardens ignis est. ſm illud Deuteroñ. iiij. Dñs de⁹ tuus ignis consumẽs est. Uirtus in verbo Sabaoth: qḋ virtutũ vel exercituũ sonat. Sancta eñ eccl'ia de oĩbus terribilis est in triũphantib⁹ ⁊ militãtib⁹: ⁊ totus eius exercit⁹ huic sacro vel assistit vel ministrat. Ministrat eñ ecclesia: ⁊ assistit celestis curia: vt demonũ virtus excludatur: ne impediat corporis christi ad caput vnionẽ: ⁊ hec virtus ab eo profluit: de quo in ps̄. dr̄. Dñs virtutũ ipse est rex glorie. Et hac ratione dicitur: dñs deus sabaoth: vt describat̄ trinitatis laudabilitas in opere sacramẽti. ¶ Sequit̄. Pleni sunt celi ⁊ terra gl'ia tua. Celi gloria dr̄ pro beatitudine triũphãtiũ: in

Osanna

ubra

Joh. vi.

quoꝝ laudē hoc sacrificiū offertur: vt dicūt Greg. Aug. Ambro. Terra pro terrigenis ponit᷑: ꝛ quantuꝫ ad illos gl̃ia pro gr̃a. Uñ plena est terra gr̃a/in qua offert᷑ sacrificiū in adiutoriū militātiū pariter ꝛ in cibū. Cōprehēdun tur etiā sub terra: q̄ sunt purgatoriis in penis: ꝓ quibus offert᷑ in suffragiū. Sic igit᷑ spūs dñi/qui operat᷑ in sacro repleuit orbē terrarū: ꝛ hoc qđ ꝯtinet oia: qđ nihil aliud est/nisi celū: hoc em̄ ſm Damas. cōtinētia est visibiliū et inuisibiliū creaturarū. Hic ergo spūs sciam habet vocis vtriꝗ laudis/quā p̄stitit hoibus ꝛ angelis: quaten⁹ sic omne genu flectat᷑ celestiū/terrestriū ꝛ infernoꝝ: et ois lingua cōfiteat᷑: q: dñs noster iesus christus in hoc sacro oblat⁹/est in gl̃ia dei patris. Hec igit᷑ laus resultationis qua ad pfectionē sanctitatis/resultat chorus in aula ecclesie: in qua fit pfectio scītatis. ¶ J Subdit᷑. Osanna in excelsis. Osanna. i. salua obsecram⁹ in celebratione sacramēti sanguinis: q: nō est salus sine sanguine christi. Sine sanguinis enim effusione nō fit remissio pctōꝝ. ad Heb. ix. Sed nec penarū. Zach. ix. Tu aūt in sanguine testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua. In excelsis. in celis: vt omnes i sacro sanguinis salues in quo toti⁹ relucet opatio trinitatis: ꝛ per qđ celi et terra pleni sunt tue gl̃ia maiestatis. Est ergo hec petitio vt saluet gratia sanguinis ab omni inquinamento terrene cōtagionis. ¶ Sequit᷑. Benedict⁹ qui venit i nomine dñi: qđ est gratiarū actionis: vt sicut patres p̄cedētes aduentū eius vt abraam ꝛ pphete: ꝛ cōcomitātes vt apostoli: ꝛ sequētes vt martyres/eū psecuti sunt diuersis tēporib⁹/vna fide ad passionē venientē: qui semetipm hostiā pro omnib⁹ obtulit: ita in eadē fide ꝛ gratiarū actione recipiamus ꝛ psequamur cū venientem in altari: offerendū pro nobis omnib⁹ in sacrificiū salutare. Dicim⁹ autē in hac gratiarū actione benedictus: nō quia ex nostra actione dei beatitudo augeat᷑: aut sibi bonū quodcunꝗ accrescat: sed a nobis bñdicitur. i. bñdictus predicat᷑/laudatur ꝛ canitur: quia ipse venit plenus bñdictionib⁹. Et quia sicut dꝛ: Eccli. xliiij. Benedictionē omniū gentiū pater dedit illi: ꝛ testamentū noue gratie: cui nunꝗ̄ aliqd supordinādū est: in sanguine suo cōfirmauit super caput eius. Nā ſm apłm. (Ephe. j.) Bñdictus est qui bñdixit nos in omni bñdictione spūali. Sic ergo bñdicendo gr̃as agentes in laude dicimus sibi bona que ipse in nos pfluxit: ſm illud ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Sic bñdictū dicimus q̇ venit: sic semel se offerēdo: ita quotidie oblationē illā in sacro representādo. ps. Bñdictus dñs die quotidie: prosperū iter ad salutē per suā oblationē faciat nobis deus salutariuꝫ nostroꝝ. In noie dñi qui dominij diuini potentiā notam nobis facit: nos ab infimis exaltādo: a paupertate suis copiis releuando: ꝛ sua dñali virtute cōtinendo: ne ad pedestria ꝛ stabularia declinemus. ¶ Addit᷑ Osanna vt saluet scđa salute a miseria pene per gloriā: q: iusticia culpe saluauit p gratiā: ꝛ sic suscitet de puluere egenum: ꝛ de stercore erigat pauperē: vt sedeat cuꝫ principib⁹/ꝛ soliū gl̃ie teneat in celis: ppter qđ cōcludit᷑ ꝛ nūc: (j. Reg. ij) In excelsis: sicut ꝛ prius additū est: q: ista sunt excelsa glorie sue: q̄ nisi p ipsuꝫ attingere nemo potest. Uñ angeli cecinerunt: Gloria in altissimis deo. Luce. ij. Oremus ergo dñm bñdicentes ꝛ dicētes. Bñdictus sit: ꝛ in eternū supbenedictus: qui venit in noie dñi: opatione diuina in altaris sacro: quaten⁹ eū sic venientē honorifice suscipiētes: bñdictionē in presenti ꝛ i futuro largiter ꝯsequamur. Amē. ¶ Z Om̄ autē misse officiū qđ in canone principaliter consistit: ob memoriā dñice passionis institutū est. In plerisꝗ sacramentariis inter prefationē ꝛ canonē imago crucifixi depingit᷑: vt nō modo intellect⁹: sed ꝛ picture aspectus memoriā inspiret dñice passiōis: vt dicit Alex de ales. Et rationabiliter quidē: qm̄ que oculis vident᷑/forti⁹ mouēt: ꝙ̄ que ore pferunt᷑/ꝛ solo percipiunt᷑ auditu. Hinc Damas. iiij. lib. sniarū. Multotiēs nō ſm mētē habētes dñi passionē: imaginē crucifixionis christi vidētes/in salutaris passionis memoriā venim⁹ ꝛ pcidētes adoram⁹. Hinc ꝛ Ezech. ppheta iussus est pingere transmigrationē hierusalē: vt ppl's iudaicus sensibilib⁹ formis moueret᷑ eaꝫ agnoscere futurā. Uñ Ezech. xij. Tu ergo fili hoīs fac tibi vasa trāsmigrationis: ꝛ trāsmigrabis p diē coram eis. Trāsmigrabis autē de loco tuo ad locū alterū in cōspectu coꝝ: si forte aspiciāt: q: domus exasperās est. Et efferes foras vasa tua/q̄si vasa trāsmigrātis p diē in ꝯspectu coꝝ. Ubi Grego. in cōmenta. Quia oculos ad videndū habēt/ꝛ nō vidēt: aures ad audiēdū habēt/ꝛ nō audiūt: da eis imaginem ꝛ picturā: ꝛ formis ostēde corporeis: vt vēturā captiuitatē nō solū auditu: sed ꝛ oculis recognoscāt. Uñ satis ostēdit᷑ forti⁹ mouere imagines ꝙ̄ vba. Et hec est pcipua ratio cur christiana religio admittit sacras venerādasꝗ scōꝝ imagines: vt scꝫ simplicioribus esset memoriale ppetuū: ꝛ deuotionē sapiētiū excitarēt. Cōgruū ergo est vt oculis sacerdotis/passionis christi memoriale celebrātis: crucifixiōis imago obiiciat᷑/q ad de ipsa cogitādū forti⁹ inuitet᷑. Et idcirco ait Alex. Forte diuina factū est puidētia: licꝫ humana h̄ puocauerit industria: vt ab ea lr̃a canō īciperet: q̄ sui forma crucis signū ostēderet in figura T. Lr̃a etem̄ thau: q̄ pma est in canone: mysteriū crucis hꝫ ꝛ insinuat: dicente dño Ezech. ix. Signa thau in frōtib⁹ viroꝝ dolētiū ꝛ gementiū. De q̄ latius. j. In q̇busdā etiā codicib⁹: vt Durādus in rōnali dicit: maiestas patris depingit᷑ ꝛ imago crucifixi: vt sacerdos q̄si psentē videat quē inuocat: ꝛ quē alioquit᷑ dicēs Te igit᷑ cle. ¶ Z Hoc ergo crucis signū nō solū intuetur sacerdos: sed etiā osculat᷑: vt osculo qđ pacis signū est: ostēdat ꝙ p crucē pacificati sum⁹ ꝛ recōciliati deo patri: vt dꝛ Col. j. Cōplacuit p eū recōciliari oia in ipso pacificās p sanguinē crucis ei⁹: siue q̄ in terris siue q in celis sunt. Seruant᷑ aūt diuersi ritus in ordine osculandi: aliq̄ primo osculant᷑ pedes crucifixi: ꝛ postea pedes maiestatis diuine: in signū ꝙ p filij dei crucifixionē ad patris deducimur maiestatē. Alij modo ꝯtrario pmo osculant᷑ pedes maiestatis: postea crucifixi: in signuꝫ ꝙ nemo venit ad filiū nisi pater traxerit eū: ꝙꝗ omne donum optimū desursuꝫ est descēdēs a patre luminū. Alij q̇ duplicē picturā nō habēt: pmo osculant᷑ altare: postea crucē in codice: eadē q̄ dicta sunt representātes. ¶ Uertit se etiā sacerdos canonē inceptur⁹ ad oriētē: vt scꝫ solē iusticie christū dñm aduocet p ꝯsecrationē ad altaris sacramēti. Ab illo em̄ loco materialis sol orit᷑: q̇ vite origo est ꝛ cē. Trahit aūt hoc ipm ex veteri lege originē: ſm Guil'. in qua sacerdos legalis cū orabat/faciē habebat v̄sus ppitiatoriū: q: exinde loquēs dñs ppitiabatur pplo. Exod. xxvj. Ideoꝗ christus q̇ ppitiatio est p pctis nostris: q: in canone petit᷑ donari p sacerdotē: merito ad illaꝫ partē celi se vertit ad quā ppitiatoriū fuerat collocatum. ¶ Incepturus ꝗ̄ canonē sacerdos īūctis manib⁹ se inclinat: significās christi inclinationē/qua in faciē pcidēs in horto orauit: vt si fieri posset trāsiret calix passiōis: cui⁹ meditatio intantū dñm anxiauit: vt fact⁹ sit sudor ei⁹ tanꝗ̄ gutte sanguinis in terrā decurrētis. Lu. xxij. Fit etiā hec inclinatio v̄sus terrā/vt sacerdos se humiliet: ꝛ terrenū se agnoscat: seꝗ p h̄ indignū ppriis virib⁹ iudicet ad tantū mysteriū peragēdū. ¶ Iungit manus/vt verbis attētio copulet᷑: iuxta beati Bern. exhortationē. Fratres imolātes hostiā laudis iungamus v̄bis sensuꝫ: sensui affectū: affectui exultationē: exultationi maturitatē: maturitati humilitatē: humilitati libertatē. ¶ Hinc quoꝗ ministrātes post tergū vadunt sacerdotis/discipuloꝝ fugā figurantes: vel aliis exēplū retrocedēdi dātes ne cuiusꝗ̄ voce vel aspectu sacerdotis intētio distrahatur. ¶ Ultimo pulsatur cāpanella: vt fideles intra eccl'ie areā cōstituti/ad cordis preparationē excitent᷑: quatenus in spū ꝛ veritate adorent deuotius hostiā salutarem: quā post ꝯsecrationē/omniū ostendit aspectibus adorandam.

Magistri Gasparis hassiachij symmeringensis ad clerū epistola adhortatoria.

Gabriel byel vir omniū peritoꝝ sine cōtrouersia peritissimus/ca tonianā illā nobilissimā secut⁹ sniam. h est nō sibi soli: sed toti se mūdo genitū credēs īmortalitatē eternāq; famā posteris reliqt: estimans nul lis se reb⁹/litteraꝝ studijs semotis/ ceteros pstare posse cūctis salrē pbie diuine studio anhelātib⁹ dans typum et exēplar. Quare o sacerdotes: o diuini nois pcones dul cissimi: qd in hac vmbratili qsi vita alacriori studio/cona tuve celeriori/diuia nō capessatis officia. Quid beluine succūbere voluptati. Quid alexādrinis delicijs deditos esse. Quid tā sedētaria fatigatiōe pigro iminere. Quid die noctuq; maximos comis gradarim scāsilib⁹ labores impēdere iuuat: non cogitātes illud. j. Pe. ij. regale vos gen⁹ sacerdotū appellitari. Itē ps. cix. pmissionē eterni sacerdotij regio inquiēte ppheta. Tu es sacerdos in eter nū ⁊c. Quare oibus alijs opationib⁹ postpositis/vestrā sanctitatē: statū vestrū nobilissimū: vtutib⁹/bonis mori bus: ⁊ qd est maximū: bonis exēplis (cū alteri malefaciē di dare occasionē apud summū deū: qd maxime in se ha beat grauitatis) excolētes: nō hoies tm̄: sz dij vocabimi ni. Ex q autē diuersa sunt studioꝝ genera: maxime illud vnicuiq; acceptādū: qd suo statui nō discrepare videtur. Et si sacerdotis sit officiū deū colere: puris totisq; mani bus/⁊ mūdo corde ptrectare: summe sibi videt necessa riū: hmōi gabrielis nostri opus/⁊ die ⁊ nocte manibus voluere: exinde vt possit (qd maximū sui status est) chri stum scilz in altaris hostia transsubstantiatū intelligere: quē nullus: nec exterioꝝ ib⁹: nec interioꝝ ib⁹ (solo intelle ctu excepto) sensib⁹ cognoscere pōt. Datū Bab. M.dx. decimo kalen. Febiuarias.

Lectio. xx. A



Te igitur clementissime pater p iesum chri stū filiū tuū dn̄m nostrū sup plices rogamus ⁊c. Expe diti de cōtinuatione textus sa cri canonis p notā illationis (igit) designata: ad eius diui sionē ⁊ lr̄e expositionē proce dimus. Diuidit aūt varie a varijs: nā Guil. in rōnali tri plicē recitat diuisionē: quarū vna in ptes vndecim: alia in partes duodecim: tertia i sex partit. Alex. de ales diuidit in tres ptes subdiuidēdas. dn̄s Albert⁹ similr in tres: nō tn̄ eadē: sz lōge alia diuisiōe. Sed qsi mediū tenētes dici mus: q text⁹ sacri canonis/videlz ab illo loco. Te igitur. vsq; ad dn̄ice ōronis pfationē/q incipit ibi. Oremus pre ceptis salutarib⁹ moniti. ibi em̄ terminat canon fm dn̄m Alb. vt tactū est. s. lec. xv. Hic inquā text⁹ cōuenienter diui dit in sex ptes pncipales. In quarū pma petit a deo bn̄ dictio appositoꝝ munerū/q p tota ecclesia offerunt. In scd̄a ponit scōꝝ inuocatio: quoꝝ meritis ⁊ pcib⁹ nobis bona a dn̄o cōferunt/ibi. Cōicātes. In tertia petit sacri ficioꝝ oblatoꝝ acceptatio: qua electi a pdidis diuidūtur. In qrta ponit verboꝝ forma qbus cōsecratio cōficit: et panis viniq; substātie in christi corp⁹ ⁊ sanguinē cōuertū tur. In qnta ponit cōsecratoꝝ cōmemoratio: ⁊ salus pe tit his q sacrificio pfruunt. In sexta subinfert refrigerij ac suffragij postulatio: ⁊ iterata scōꝝ inuocatio: qtenus que petim⁹ a dn̄o ɔcedant. Tertia ibi. Hanc igit oblatio nē. Quarta ibi. Qui pridie. Quinta ibi. Vn̄ ⁊ memores. Sexta ibi. Memento etiā dn̄e. Prima pars i duas sub diuidit: in quarū prima dirigit petitio ad dn̄m vt apposi ta munera scificet. In scd̄a fit specificatio p quib⁹ scificata munera deo libet/ibi. In primis q tibi. Diuisio pme particule patet ex pncipio sequētis lectiōis. B Pri ma pars incipit a lr̄a T siue t. Te igit. qd fm Isid. non videt sine diuina prouidētia factū. Est. n. lr̄a mystica fm Isid. j. lib. etymol. c. iij. Sunt em̄ qnq; lr̄e mystice apud grecos. y. qd humanā vitam designat. θ. Thita mortē. ⁊ alpha principiū. ω o finē: que due lr̄e ad christū pertinēt fm illud Apocal. j. Ego sum alpha ⁊ o/pncipiū ⁊ finis. ⁊ thita quā hebrei thau dicūt dicūt/nos t. Dicit autē thau hebraice quasi signū. Lr̄e autē grece ⁊ latine ab hebrai cis videntur exorte. Formātur em̄ lr̄e grece ab hebraicis/ ⁊ quantū ad sonū: ⁊ quantū ad nome: ⁊ latine a grecis: nā apud hebreos primo dictū est aleph: deinde ex simili enūciatione apud grecos tractū est alpha: inde apud la tinos a. Trāslator autē ex simili sono alterius lingue lit terā cōdidit: vt nosse possimus linguā hebraicā oim alia rū linguarū ⁊ lr̄arū esse matrē: sic ergo a thau hebreo for mata est thita grece: ⁊ t. latine. Insinuat autem t. lr̄a siue thau mysteriū crucis dn̄ice/ex sui forma ⁊ formatiōe ipm representās. Est deniq; signum illud fm btm̄ Hiero. qd impressum fuit quorundā faciebus/ad dn̄i iussionem: quo sic signatis cōcessa est salus ⁊ liberatio ab interitu mor angeli pcutientis: de q Ezech. ix. ita scribit. Dixit dn̄s ad virū indutū lineis habentē in lūbis atramētū scriptoris Trāsi per mediū ciuitatis in medio hierlm: ⁊ signa T su per frōtes gementiū viroꝝ ⁊ dolentiū sup cūctis abomi nationibus que fiunt in medio. Post hec dixit sex viris. Trāsite per mediā ciuitatē post eū: ⁊ pcutite sup quē nō videritis signū T. Nemini parcat oculus vester. Et post pauca. Oēm aūt sup quē videritis signū T nō occidatis. Illud quoq; signū est illud sup quo moyses serpentē eneū erexerat i deserto: quē inspicientes saluabant a mor sibus serpētū ignitoꝝ. Numeri. xxi. De quo saluator. Si cut moyses exaltauit serpētē in deserto: ita exaltari opor tet filiū hois. Factus est em̄ filius hois obediens patri vsq; ad mortē: mortē autē crucis. Phil. ij. que crux instar littere T figurata fuit: ex stipite scz ⁊ ligno trāsuersali su prapposito: stipite nō eminente: vt verificaret illud Luce ix. Vulpes foueas habēt: ⁊ volucres celi nidos: fili⁹ aūt hominis nō habet vbi caput suū reclinet. C Illud fuit etiā signū de quo Apocal. vij. dicitur. Vidi alterū an gelum ascendentē ab ortu solis/habentē signū dei viui. Glo. Vexillum crucis. clamantē voce magna quattuor angelis quibus datū est nocere terre ⁊ mari dicens. No lite nocere terre: neq; mari: neq; arborib⁹/quoadvsq; si gnemus seruos dei nostri in frontib⁹ eoꝝ. Et qz in cano ne misse passio christi rememorat: que in cruce cōsumma ta est: ideoq; cōgruū fuit/⁊ rōnabile vt ab ea lr̄a inchoa ret: que crucē plus ceteris representaret: qlis est lr̄a T vt sc; p eius inspectionē/sacerdos in memoriā reducere tur dn̄ice passiōis. Qd salutifere crucis signū laudabili ter fideles in quotidiani vsus sensibilibus reb⁹/puta li bris/parietibus/statuis imprimunt: ⁊ exēplo sacerdotis osculant: vt ad passionis christi memoriā excitent: ⁊ ex eius rememoratiōe sanent a suggestionib⁹ serpētū infer naliū. Sicut olim sanati sunt filij israel a morsib⁹ serpen tū ignitoꝝ p inspectionē serpentis in crucis signo erecti. Magna em̄ est crucis virt⁹: magnū crucis mysteriū: vt fm Inno. Crux sanitatē restituit: bn̄dictionē ipendit: discernit a pdidis: liberat a picalis: hostes expellit: victo res cōstituit. Crux mysteriū fidei: sacramētū spei: clauis sciētie: forma iusticie: magnificētia regū: gloria sacerdo tū: sustētatio inopum: pauperū cōsolatio: cecoꝝ lumen: claudoꝝ baculus: desolatoꝝ spes: resurrectio mortuoꝝ. Verba sunt originalr btī iohis Chrys. in homel. de cru ce. Hui⁹ crucis laudes Raban⁹ fuldēn. monach⁹ ⁊ mogū tine sedis archiepūs mirādo cōpegit artificio/figuris/p sa ⁊ metris/nihil eoꝝ omittēs: qd ad ei⁹ magnificā laudē humanitus poterit inueniri. Hec de lr̄a t. siue T canonis principio: cuius exordium. Te igitur clementissime pater.

Joh. iij.

C D Ad cuius

¶ D Ad cuius intellectū notandū q̄ nomē Pater/dupli citer in scriptura accipitur. Accipitur em̄ quādoq; pr̄ essentiali ter: & quādoq; notionaliter. Essentialiter attribuit toti trinita ti: & singulis personis cōiūctim et diuisim: sicut cetera noīa essentialia: q̄ de singulis psonis in oībus simul in singulari numero predicant: sicut increat⁹/immēsus/eternus/oipo tēs/dn̄s/deus. de quo in symbolo athanasij. Etern⁹ pr̄: eter nus fili⁹: etern⁹ sp̄ussctūs. Et tn̄ nō tres eterni: sed vn⁹ eter nus &c̄. Noīa em̄ essentialia: sicut de psonis singulis: ita de oībus simul singulariter non plurali numero p̄dicant: sec⁹ de noīe psona/siue suppositū: qd̄ licet dicat̄ ſm substātiā p quāto nō dr̄ relatiue ſm btm̄ Augu. vij. de trini. c. v. excipit̄ tn̄ a supradicta regula ſm eūdē lib. vij. de tri. c. j. vt recitat magr̄ dist. xxiij. primi sen. Et isto modo/essentialiter sc; acci pit̄ pater in cātico moysi Deute. xxxij. Nōne ipse est pr̄ tu⁹: qui possedit/fecit et creauit te. Sic etiā accipit̄ Mat. vj. in oīone dn̄ica. Pr̄ noster q̄ es in celis. Et generaliter sic acci pi pōt: qn̄ de eo predicat̄ termin⁹ importās aliqd̄ cōueniēs toti trinitati. sicut est operatio qlibet adextra. Opera enim trinitatis adextra sunt indiuisa. Nā pr̄ & fili⁹ & sp̄usscūs si cut inseparabiliter sunt: ita inseparabiliter operant̄: ait Au gu. j. de tri. c. iiij. et magr̄ dist. j. li. iij. Et denotāter accipi po test: q: aliqn̄ sīā respectu termini essentialis. i. cōuenientia trib⁹: accipit̄ nō essentialiter: vt cū in symbolo aplo₄ dicit̄: Credo in deū patrē oipotētē creatorē celi & terre. vbi patrē accipit̄ p psona patris tm̄: licet sequat̄ oipotentē et crea torē celi et terre/q̄ sunt termini essentiales cōuenientes oib⁹ trib⁹. Sed hoc est ex eo q: statim addit̄. Et in iesum christū filiū eius vnicū/dn̄m nostrū. per qd̄ innuit̄ discretio eius a filio. Similiter hic: Pr̄is & filij et sp̄ussctī vna est diuinitas &c̄. Patris/similiter filij & sp̄ussctī accipiunt̄ psonaliter: li cet qd̄ sequit̄: vna diuinitas/sit termin⁹ essentialis: eo q̄ hic expres innuit̄ discretio psonarū. ¶ Alio mō pr̄ accipit̄ no tionaliter/vt est ppriū prime psone/q̄ a nullo est: et est ter min⁹ psonalis/vnā tm̄ personā importās: & sic semp accipi tur n̄ ponit̄ respectu predicati/personalē pprietatē impor tās: etiā cū exclusione ceterarū psonarū: vt cū dicim⁹: Pa ter a nullo est: nec fact⁹: nec creat⁹: nec genit⁹: nec pcedens. Similiter pr̄ genuit filiū sibi coeternū & cōsubstātialē. Po test tn̄ quādoq; capi notionaliter respectu p̄dicati essentialis: sz nō cū exclusione alicui⁹ personarū: vt hic pr̄ creauit mūdū. Pr̄ incarnauit. i. incarnari fecit filiū. Pr̄ tradidit in mortē filiū. Pr̄ pōt accipi notionaliter/etiam pōt accipi essentiali ter: et ſm hoc ſm nōnullos hec particula pōt dupliciter ex poni. Vno mō vt accipitur essentialiter: & tūc resumi debet prima pars hymni p̄missi: vt sic: O de⁹ trinitas. i. pater cle mētissime: q: sctūs es: q: dn̄s sabaoth. i. exercituū es: q: ple ni sunt celi & terra gloria tua. Igitur: id est ideo vel idcirco supplices te rogam⁹. ¶ E Sed cōtra hāc expositionē vi det̄ esse qd̄ statim sequit̄: Per iesum christū filiū tuū. Nam christus nō est filius totius trinitatis: q: nō filij: q: nihil im possibilius q̄ q̄ idē gignat se: ſm beatū Aug. j. de tri. c. Neq; est filius sp̄ussanctus: quia sp̄ussanctus posterior est filio origine: q: a filio pcedēs: et tn̄ tā filius q̄ sp̄ussanctus pertinēt ad trinitatem: et cum patre sunt vna tota trinitas. ¶ Ad qd̄ respōdēt q̄ christus dici pōt fili⁹ trinitatis: nō ge neratione diuina: sz creatione humana: nā generatione di uina a solo patre est: vt dicit Athanasius in symbolo: Fili⁹ a patre solo est: nō factus: nec creatus: sed genitus. Loqui tur de filio ſm naturā diuinā: nō ſm assumptā. Creatione aūt humana. i. nature humane quā inseparabiliter tota tri nitas operata est: fili⁹ est trinitatis: sicut ceteri hoīes a deo producti: ſm quā christus etiā a tota trinitate fact⁹ seu crea tus est: & ita trinitatis fili⁹. Non quidē q̄ creari aut fieri pri mo cōueniat christo q̄ deus est increatus: sed ei conuenit p cōicationē idiomatū: rōne humanitatis assumpte: sicut di citur passus/mortuus &c̄. Secūdū quē modū etiā dixit chri stus Johis. xiiij. Pater maior me est. licet sit equalis patri. ¶ Verūtamen aliqs hec expositio videt̄ a littera extranea: q: quotiēs in diuinis sermonibus nomē filius addit̄ nomi ni pater/discretio importat̄: & termini pater fili⁹/non essen tialiter: sed notionaliter accipiūtur. Neq; he locutiones ap probant̄: christus est filius verbi: christus est filius sp̄ussan cti: que tn̄ eadē rōne cōcedēde sunt qua illa: christus est fili us trinitatis. Et q̄uis possent habere veros intellectus: tn̄ ne aliquibus detur errandi occasio: vitant̄. ¶ F Et ppter hoc Alex. de ales/dn̄s Alber. Guil. ac ceteri hanc particulā tn̄ exponūt de patre accipiēdo notionaliter. Et sic resumi debet secunda pars hymni: vt sic. Pater celestis/q: magni ficasti nobiscū misericordiā tuā: vt mitteres filiū tuū vnige nitum. Cui turba cāticum laudis acclamauit. Benedict⁹ q̄ venit in nomine dn̄i. Ideo clemētissime pater te supplices rogamus. Sic patris autoritatē insinuat: ipsum solū inuo cando ait Alexā. quē alloquit̄ tanq̄ presentē per gratiā qui nusq̄ deest per essentiā/potentiā et presentiā. Vel ſm dn̄m Albertū et vltimā expositionē hymni sic. Pater: q: sanctus es: & celū & terrā gloria replesti per eucharistie sacramentū. Igit̄ te rogamus: quib⁹ rationē & causam te rogādi dedisti per hoc q̄ celū et terrā gloria tua per sacramentū impleſti. O pater q̄ paterna v̄tute nos formas: paterno affectu dul cissime de nobis cogitas: paterna prouidētia bono₄ tuo₄ heredes nos ordinas: paterna disciplina instruēs: vtiliter nos sanctificas. Format em̄ nos ad imaginē suam paterna virtute: q: nullius virtutis in celo & in terra est propriū for mare natū ad imaginē propriam/nisi paterne virtutis. Esa. lxiiij. Nunc dn̄e pater noster es tu: nos vero lutum: et fictor noster tu: & opera manuū tuarū omnes nos. et Eccli. xvij. De⁹ creauit de terra hominē: et ſm imaginē suam fecit illū: et ſm se vestiuit illū virtute. Format aūt nos virtute dum inuisibili imagini dei. i. filio q̄ est imago dei inuisibilis: in sacramento per gratiā vnimur et incorporamur. Ad cuius incorporationis cōsignationē hortat̄ nos apostol⁹. j. Cor. xv. Fratres sicut portauimus imaginē terreni/portem⁹ ima ginem celestis. Qualis terrenus/tales et terreni: et qualis celestis/tales & celestes. Rursus pater paterno affectu dul citer de nobis cogitat: dū prestat panē de celo/omne habē tem in se delectamentū & omnē suauitatē saporis. Sap. xvj. Angelo₄ esca nutriuisti populū tuū: & paratū panē de celo prestitisti illis sine labore/oē delectamentū in se habentē: et oīs saporis suauitatē. Substantiā em̄ tuā & dulcedinē quā in filios habebas: ostēdebas: et deseruiēs vniuscuiusq; vo lūtati ad qd̄ quisq; volebat: conuertebat̄. Vn̄ & hic panis/ panis filio₄ canib⁹ nō mittēdus dr̄: q̄ vtiq; a patre porrigi tur. Insup paterna prouidētia bono₄ suo₄ heredes nos or dinat: dū p incorporationē qua nos filij sui corpori p huius sacramenti sumptionē vnit: nos filios suos efficit: & veros heredes sp̄ū: qui vaporat de sanguine eius quo potamur. Sicut ait aplūs ad Roma. viij. Accepistis sp̄m adoptionis in quo clamamus/abba pater: q̄ testimoniū reddit sp̄ui no stro q̄ sumus filij dei. Si aūt filij: & heredes. Heredes quī dē dei: coheredes autē christi. Demū paterna disciplina in stituēdo nos sanctificat: de quo ad Heb. xij. Pater spirituū erudit nos/ad id qd̄ vtile est in recipiēdo sanctificationem eius. Hāc licet multis recipiamus modis: cōuenientissime tn̄ in hoc sacramēto: in quo illi p sp̄m vnimur q̄ nunq̄ reces sit a disciplina patria. ¶ G Et vt citius impetrem⁹ qd̄ pe timus addimus: Clementissime. Habet quippe humana in dustria: vt dū petitionis sue effectum expectat & desiderat/ obsecrati laudes petēdo pponat: vt sic p hoc eius beniuo lētiā captet. Qualiter videre est apud oratores/qui in suis exordijs iusticiā et famā aliaq; laudis p̄conia premittūt: vt sic animū eius quē orāt: ad sui inclinēt desiderij implemen tū. Sic fecit prudēs mulier iudith: cū hostiū iudaice plebis cōtritionem impetrare a dn̄o voluit: huiusmodi exordio ce pit. Dn̄e deus patris mei symeon/qui dedisti illi gladiū in defensionē alienigenarū: respice in castra assyrio₄: sicut tūc in castra egyptio₄ videre dignatus es. Orauitq;: Deus ce lo₄/creator aquarū & dn̄s totius creature exaudi me mise rā deprecantē: & de tua mia presumentem. Judith. ix. Et ita prisco₄ patrū plurimos fecisse scriptura cōmemorat. Addi

tur ergo: Clementissime. i. misericordissime: quod predicatũ
laudis est: q2 mia eius sup oia opera eius. ¶ Est aũt clemẽ
tia ſm Alber. virtus/que facit quẽ prestabile sup malicia: q̃
cõtra ipm cõmissa est/maxime quãtũ ad penas p ipsis infli
gẽdas. Sic eñi clemẽtia spectat ad iudices et presidentes:
quoꝝ est miam reis exhibere: ſm illud Jaco. j. Mia super
exaltat iudiciũ. Unde et Sene. Clemẽtia est inclinatio ani
mi ad lenitatẽ in pena exequẽda. Ait eñi lib. ij. de clementia
ad neronẽ. Clemẽtia est tẽperãtia animi in potestate vlciscẽ
di. Uel est lenitas superioris aduersus inferiorẽ in cõstituẽ
dis penis. Et sequit qd dictũ est. Itaq3 dici põt ⁊ inclinatio
animi ad lenitatem in pena exigẽda. Hec aũt maxime presi
des decet: vt in lib. j. idem ait: Nullũ clemẽtia ex oibus mas
gis q̃ regẽ ac principẽ decet. Et qm deus rex regũ ac princi
pũ princeps: viuorũq3 ⁊ mortuoꝝ iudex est: maxime deo cõ
uenit: per quã et ipse semp citra cõdignũ punit: nec letat in
perditione viuoꝝ. Sap. j. Siquidẽ pius est: et nõ pascit cru
ciatu ſm Grego. lib. 'dialo. Neq3 obliuiscet misereri deus:
neq3 cõtinebit in ira sua mias suas. ps. lxxvj. Cõgrue itaq3
ad patris clementiã in nostra petitione qua petimus mise
ricordiã nobis exhiberi aspiramus/dicẽtes: Pater clemen
tissime: q2 sanguis qui hic offert p multis effusus est in re
missionẽ pctõꝝ. Mat. xxvj. Et qm benignus misericors et
prestabilis est sup malicia. Johel. ij. ¶ D Pater igitur cle
mẽtissime te Rogamus. cõfidentes de impetratione ei9 qd
petimus: animati pariter, ⁊ docti spe verboꝝ apli tui Jaco
bi. j. c. sue canonice. Postulet autem in fide nihil hesitans a
te dño q̃ das oibus affluẽter: ⁊ nõ improperas. Qui nanq3
hesitat/similis est fluctui maris qui a vento mouet ⁊ circũ
fertur. ¶ Est aũt rogatio (ſm Alber.) inclinatio eius q̃ ro
gatur ad exauditionis cõsensum/ab eo q̃ rogat: et per hoc
differt a petitione que ſm eũdẽ/est expressio eius qd deside
rat fieri ab eo qui exauditurus rogat. Nõ est aũt rogatio si
ue petitio/locutio vel oratio vt q̃busdã videt optatiua: ſm
Guil. parisieñ. in de diuina rhetorica circa principiũ: sz ora
tio alterius inclinatiua: non eñi qui optat: vel desiderat ali
quid/id eo ipso petit: nã multi optãt siue desiderãt q̃ nõ pe
tũt. Multi etiã optãt siue desiderãt qui habere nolũt: sicut
viri sancti ⁊ sapiẽtes/qui multa cõcupiscũt et desiderant: a
quibus tñ abstinẽt se viriliter ⁊ auertunt. Qui aũt petit/in
dubitãter ostẽdit se velle obtinere qd petit. Hec Guil. Itaq3
in pposito/rogamus ⁊ petimus deũ patrẽ clementissimũ:
vt nobis que petim9 tribuantur. Quo aũt intelligendũ sit
deũ petitionibus ad petita cõferendũ inclinari: inferius di
cet/cũ de sanctorũ implorationib9 sermo fiet. ¶ Additur:
Ac petimus. ad exprimendũ affect9 magnitudinẽ. Accumu
lat eñi ſm Alex. verba depcatoria dicẽs: Rogam9 ⁊ petim9
vt sic geminata postulatione/meli9 obtineat qd intẽdit. Et
pluraliter loquit/significans se vice oim orationẽ fundere
deo patri. ¶ J Petimus aũt nõ supbi: sed Supplices. i.
humiles: qm ab initio supboꝝ supplicatio nõ placuit dño:
sed humiliũ. Judith. ix. vñ ⁊ Jaco. iiij. Superbis deus resi
stit: humilibus aũt dat gratiã. Humiles ergo nõ presumen
tes de nostris meritis: nec in iustificationib9 nostris/pster
nimus preces nr̃as ante faciẽ tuã: sed in miserationib9 tuis
magnis ⁊ multis cũ viro desideriorũ sancto daniele (Daniel
dẽ. ix.) sciẽtes qm oratio humiliãtis se celos penetrat: ⁊ nõ
discedet donec altissim9 eã aspiciat. Eccli. xxxv. Unde ⁊ le
gimus q pharisens ille q̃ iusticias suas allegauit corã deo
spretus est: vbi publicanus cõfitẽs humiliter/iustificat9 ab
scessit. Luc. xviij. Et q2 duo sunt quib9 petẽs obtinet qd in
tendit: scz diuina clemẽtia ex parte exorati: et humilitas ex
parte orantis. Ideo ppter primũ dicit/pater clemẽtissime.
Propter scdm/supplices petimus ⁊ oramus. Petim9 autẽ
Per iesum christũ filiũ tuũ dñm nostrũ. tanq̃ per mediato
rẽ inter te patrẽ ⁊ nos miseros pctõres: qui ppitiatio est p
peccatis nostris: qui lauit nos in sanguine suo: ⁊ recõcilia
uit nos perditos tibi: regenerauitq3 nos in spẽ viuã: p quẽ
cũ essemus tenebre/facti sumus lux in dño. Per hunc ergo
mediatorẽ/te patrẽ clemẽtissimũ rogamus et petimus/per
quẽ impetrãdi certitudinẽ accepim9. Ipse tua veritas eter
na sub iuramẽti pollicitatione nobis pmisit. Amen amẽ di
co vobis: si q̃d petieritis patrẽ meũ in noie meo/dabit vo
bis. Joh. xvj. Propter qd merito per ipm imploramus. Et
q2 per te rogamus/et petimus dñe noster iesu christe: aperi
igit p nobis os tuũ sanctissimũ: os benedictũ. Te enim os
tuũ aperiẽte/oẽs nostri accusatores obmutescẽt: te prestan
te patrociniũ cause nostre/nulli ex aduersis consurgent. Si
nanq3 tu p nobis quis cõtra nos. Te dante vocẽ gratiosissi
mã pariter ⁊ patri gratissimã/vocẽ illam angeloꝝ eloquijs
incõparabilẽ: en auertet pater miserũ aures suas. Qui te a
nobis audiri mãdauit/dicẽs: Hic est filius meus dilect9 in
quo mihi bene cõplacui: ipm audite. Mat. xvij. Quõ te p
nobis interpellantem nõ exaudiet. Tu eñi suscipex digne
tus es patroni ⁊ aduocati officiũ: teste dilecto tuo discipu
lo. Aduocatũ habemus apud patrẽ/iesum christũ iustũ: et
ipse est propitiatio p peccatis nostris. Hinc nostra age fide j. Joh. ij.
liter causam. Nõ opus est vt iterũ sanguinẽ tuũ fundas vi
uificũ in sanctificationẽ nostrã: sufficit nobis vt preces fun
das placationis in conspectu patris. An denegabis nobis
preces rogatus: qui ⁊ sanguinẽ ppriũ tribuisti ñ petitus.
Tu nanq3 appares vultui dei p nobis: vt semp viuas inter Heb. ix.
pellans p nobis. Ideoq3 p te iesum christũ dñm nostrũ filiũ
suũ/patrẽ rogamus ⁊ petim9. ¶ L Quibus verbis des
scribit christus quintupliciter. Primo quãtũ ad effectũ sa
lutarẽ q2 iesum: quantũ ad dignitatẽ regalẽ q2 christũ: quãn
tũ ad ppietatẽ personalẽ q2 filiũ tuũ: quãtum ad presiden
tiã vniuersalẽ q2 dñm: quantũ ad profectũ humanũ q2 no
strũ. Quoad primũ dicit euãgelista. Uocatũ est nomen ei9
iesus. Luce. ij. cuius interpretationẽ Mat. c. j. aperit. Ipse
eñi saluũ faciet populũ suũ a peccatis eoꝝ: venit enĩ saluũ
facere qd perierat. Luc. xix. Nec venit vocare iustos: pec
catores: qm nõ est opus bene habẽtibus medico: sed male
habẽtibus. Mat. ix. et petrus aplus. Nõ est aliud nomẽ sub Act. iiij.
celo datũ hoibus/in quo oportet nos saluos fieri. Ipsum
eñi est nomẽ salutiferum: q2 ois quicũq3 inuocauerit nomẽ
dñi salu9 erit. Johe. ij. Ecce effectũ salutarẽ. ¶ Describit a
noie christus/dignitas regalis: q2 christus vnctus interpre
tatur: et ipse quidẽ vnctus est ſm illud ps. de eo: Unxit te de
us deus tuus oleo leticie pre participib9 tuis. Reges quip
pe pphete ⁊ sacerdotes in lege vngebãtur: et ipse rex fuit/
propheta ⁊ sacerdos. Rex. Joh. xij. Benedictus qui venit
in noie dñi/rex israel. et iterũ: Noli timere filia sion: ecce rex
tuus venit tibi. Mat. xxj. Et ps. de christo loquẽs. Sedes
tua deus in seculũ seculi: virga directionis virga regni tui.
Et iterũ. Deus iudiciũ tuũ regi da: ⁊ iusticiã tuã filio regis.
et in Apoc. xix. Habet in vestimẽto ⁊ in femore suo scriptũ:
Rex regum et dñs dominãtium. Ecce dignitatẽ regalem.
¶ Notat tertio ppꝛietas personalis in verbo filiũ tuũ: de
quo in ps. Filius me9 es tu: ego hodie genui te. Et precur
sori/voce patris lapsa de celo dictũ est. Tu es filius me9 di Luc. iij.
lectus in te mihi cõplacui. Unde ⁊ ait vox verbi iohãnes. Et
ego vidi et testimoniũ perhibui: q2 hic est filius dei. Joh. j.
Lucas quoq3: Et qd nascet ex te sanctũ/vocabit filius dei.
Ipse quoq3 se dei patris filiũ nedũ verbis creberrimis: sed
et signis et virtutib9 certissimis declarauit. Unde ceco nas
to post eius illuminationẽ loquens ait: Credis in filiũ dei.
Sequit. Et vidisti eũ: et qui loquit tecũ/ipse est. Joh. ix. et
eiusdem. xx. Hec scripta sunt: ait Johãnes qui veritati testi
moniũ phibuit: vt credatis: q2 iesus est christus fili9 dei: et
vt credẽtes vitã habeatis in noie eius. ¶ L Inuenitur
etiã presidẽtia vniuersalis in verbo dñs: ad Ephe. j. Deus
pater cõstituit illũ ad dexterã suã in celestib9 sup oẽm prin
cipatũ et potestatẽ ⁊ virtutẽ et dominationẽ ⁊c. Et oia sub
iecit sub pedibus ei9: et dedit ipm caput sup omnẽ ecclesiã.
Ipse quoq3 dñs ait Mat. vlti. Data est mihi ois potestas
in celo et in terra. Iterũ. vos vocatis me magister et dñe/⁊
bene dicitis: sum etenim. Joh. xiij. Itẽ ad Heb. ij. aplus. Cõ
stituisti eũ super oia opera manuũ tuarũ. vbi Ambro. Ecce
potestas christi ostẽditur. Sicut eñi a diuino opere nihil ex

cipitur: ita nec a christi potestate. Item ad Philip. ij. Pro/
pter quod et deus exaltauit illum: et donauit illi nomē qđ
est super omne nomē: vt in noīe eius omne genu flectat ce
lestiū/terrestriū/ꝛ infernoꝝ. Attende hic presidēriā vniuer
salē. Signatur demū profectus humanalis in verbulo no/
ster. Siquidē noster iesus: noster christus: noster filius: no
ster dn̄s. Paruulus eīn natus est nobis: et filius datus est
nobis. Datus in antidotū nostre saluationis: in pabulū no
stre refectionis: in sacrificiū nostre recōciliationis: in sacra/
mētū nostre sanctificationis: in preciū nostre redēptionis:
q: iesus .i. saluator: in aduocatū nostre allegationis: in ma/
gistrū nostre eruditionis: in lumē nostre illuminationis: in
directionē nostre viationis: q: christus .i. vnctus: in scutum
nostre ꝓtectionis: in ducē nostre gubernationis: in propu/
gnatorē nostre defensionis: in iudicem nostre remuneratio
nis: q: dn̄s noster. Magne igit̄ fiducie preces fundim⁹ ad
te patrē clemētissimū: vbi assiduū habemus interpellātem
iesum prudentissimū aduocatū christum: mediatorem acce
ptissimū patris celestis filium: petitionis effectum largito
rem/cū patre potentissimum celi et terre nostrū ꝛ vniuersi
tatis dn̄m. Rogamus ergo et petimus supplices te pater
clementissime per iesum christū filiū tuū dn̄m nostrum.

Esa. ix.

¶ Lectio. xxi. A

VTi accepta habeas

et benedicas: Hec dona: hec munera: hec sctā
sacrificia illibata. ¶ Captata beniuolētia ei⁹
qui petitur in verbo: Te pater clementissime.
Cōmemorato etiā mediatore/cui⁹ merito oratio nostra pa
tri acceptabilis redditur: in verbo Per iesum christū filium
tuū dn̄m nostrū. Insinuato denicꝫ supplicādi affectu/quo
mēs orātis in sublime tollit̄/in verbo Supplices rogam⁹
et petim⁹. Sequit̄ expressio eoꝝ que a clementissimo patre
obtineri desiderantur. Que duo sunt. Primū vt grata sint
offerēda munera. Scđm vt fiāt sacrificia idonea. Primum
exprimit̄ cū dicit̄: Vti accepta habeas. Scđm cū dicit̄: Et
benedicas. Et tertio offerēda cōgruis vocabulis designan
tur: cū sequit̄: Hec dona: hec munera: hec sancta sacrificia il
libata. In his tribus versabit̄ hec lectio. xxi. ¶ B Peti/
mus ergo quoad primū: Te pater clemētissime. vel .i. vt ac/
cepta habeas .i. placita tibi sint ꝛ grata hec dona ꝛ munera
que panis sunt ꝛ vinū: terrena ꝛ a terrenis tibi oblata: ꝛ id
circo diuine maiestati tue indigna: tn̄ q: per filiū vt a nobis
iugiter offerant̄ sunt instituta: petimus igit̄ vt in honorem
dilecti filij tui/hec dona accepta habeas: vt placita sint tue
voluntati. Quia eīn oblationes/holocausta ꝛ veteris le. sa
crificia/necꝫ sufficiētia erāt: nec tibi placuerūt: idcirco fili⁹
tuus in vltima cena finem eis imponere volēs: acceptis in
manib⁹ pane ꝛ vino gratias agens/benedixit: dixitcꝫ disci
pulis. Hoc facite in meā cōmemorationem. Per quod hec
ipsa dona ꝛ munera nobis in sacrificiū cōmendauit. Peti/
mus igit̄ vt accepta tibi sint nostra munera: noua filij tui in
stituta: quib⁹ superuenientib⁹ vetera sunt proiecta: sic eīn in
lege mandasti. Superuenientib⁹ nouis vetera proijcietis.
Leuiti. xxvi. Et recte in tempore plenitudinis gratie/vete
ra imperfecte legis sacrificia ꝓijciēda fuerāt: q: imperfecta
ac insufficiētia fuerāt: quoniam deo nō placuerūt: peccata
non abstulerunt: nec gratūfacientē gratiā contulerunt. De
primo dicit Hiere. vi. c. Holocaustomata vestra non sunt ac
cepta: victime vestre nō placuerūt mihi. ꝛ Osee. vi. Mise/
ricordiā volo/nō sacrificiū. In ps̄. quocꝫ. Quomodo si vo/
luisses sacrificiū dedissem vticꝫ/holocaustis nō delectabe/
ris. Et in alio ps̄. Nō accipiā de domo tua vitulos: necꝫ de
gregibus tuis hircos. De secundo idē ꝓpheta dicit. Holo/
caustum pro peccato nō postulasti. ꝛ apostol⁹ ad Hebre. x.
Impossibile est sanguine hircoꝝ ꝛ tauroꝝ auferri peccata.
De tertio idē apostol⁹ ad Roma. iij. Ex operibus legis nō
iustificabit̄ omnis caro. ꝛ Ezech. xx. Dedi eis precepta non
bona: ꝛ iudicia in quib⁹ non viuent. Precepta scilꝫ quantū
ad sacrificia/ꝛ cerimonialia ac iudicialia in quib⁹ nō viuēt

vita scꝫ gratie. Et iterū ad Gal. ij. Si per legē iusticia: ergo
christus gratis mortuus est. Quia igit̄ pater clemētissime/
legis oblationes ꝛ sacrificia reprobas tācꝫ inutilia ad eter/
ne vite consecutionē/ꝛ remissionē peccatoꝝ. Te supplices
per iesum christum filiū tuum petimus: vt accepta habeas
hec nostra dona/munera ꝛ sacrificia: que idē filius tuus in
quo tibi bene cōplacuit: nos tibi offerre voluit ꝓ cursu le/
gis euāgelice et gratie. ¶ C Sed predictis videt̄ obuia
re illud Leuiti. iiij. Si peccauerit aīa de populo terre: offe/
rat caprā immaculatā: ꝛ adolebit eā sacerdos super altare
in odorē suauitatis dn̄o: rogabitcꝫ pro eo: et dimittetur ei.
Videt̄ ergo ꝙ legis sacrificia placuerūt dn̄o: ꝛ accepta fue
rāt ad remissionē peccatoꝝ. Itē ibidē. xviij. c. Custodite le/
ges meas atcꝫ iudicia: que faciēs homo viuet in eis. Vita
aūt hoīs spūalis est per gratiā iustificātē: igitur videtur ꝙ
gratiā contulerūt. Preterea ad Heb. ix. Si sanguis tauroꝝ
et hircoꝝ ꝛ cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad
emūdationē carnis: quanto magis sanguis christi. Et post
pauca. Omnia pene in sanguine mūdātur s̄m legē. Ex qui
bus verbis videt̄ elici posse ꝙ per sanguinē animaliū obla
torū in sacrificiū/remittūtur peccata delinquentiū. ¶ Pro
horum solutione aduertendū/ꝙ in sacrificio veteris legis
tria considerāda occurrūt: scꝫ caro et sanguis animalis qđ
offerebat̄. Scđo res spiritualis que figurabat̄: vt in agno
vel vitulo christus: in capra penitētia: in boue vita robusta
et actiua: in aue vita sublimis ꝛ contēplatiua. Tertio perso
ne ꝓ quibus sacrificiū immolabat̄: et harū fuerūt due spe/
cies: q: quedā digne: quedā fuerūt indigne. Indigne/que
sacrificiū hmōi carnaliter tm̄ attendebāt. Digne vō que ea
spūaliter intellexerūt: ꝛ in christū in eis figuratum explici/
te vel implicite credētes: s̄m spiritualē hoꝝ intellectum vi/
tam suā ordinauerūt. ¶ Scđo aduertendū ꝙ pctā remitti
per illa sacrificia/dupliciter pōt intelligi. Vno modo quā/
tū ad reatū culpe/qui ꝛ cordis macula/ꝛ dei offensa appel
latur. Alio modo quātū ad reatū pene: pene dico nō debite
pro pctō in inferno/vel purgatorio soluēde: sed pene legis
quā incurrebāt ex esu prohibitoꝝ ciboꝝ/et ex tactu morticī
ni: ꝓpter que ꝓhibiti fuerūt iudei ab ingressu tēpli: ꝛ ita fa
cti quasi irregulares: de quo Nume. xix. ¶ Tertio notādū/
ꝙ sacrificia veteris legis iustificare dupliciter accipitur.
Vno modo ꝙ cōferāt gratiā gratūfaciētē: que est vera per
fecta ꝛ gratuita iusticia/qua redditur deo honor et debita
obediētia. Alio modo ꝙ in hoꝝ sacramentorū exhibitione
iustificētur sacrificātes iusticia que est virtus moralis ꝛ po
litica: que acquiritur ex frequēter iuste operari: sicut cetere
virtutes morales ex actib⁹ frequētatis. ¶ D Per has di/
stinctiones respondet̄ ad obiecta. Vnde dicendū ꝙ sacrifi
cia illa s̄m se sumpta/et virtute operis operati deo non pla
cebāt: necꝫ ꝓpter ipsa deus peccata sacrificantium remisit
quantū ad culpe reatū/siue cōsciētie maculā. Et s̄m hoc in
telligēde sunt autoritates inducte. Illa Hiere. Victime ve
stre nō placuerūt mihi. Et illa apl̄i. Impossibile est sangui
ne hircorū auferri pctā: q: ad hoc victime ille institute non
fuerāt a deo: necꝫ ad hec attingere potuerūt: cū fuerint res
pure corporee ꝛ materiales: que ad peccatoꝝ deletionē nul
lū efficiētis cause ordinē habuere. Verūtamē per hec sacri/
ficia remittebātur peccata quātū ad penas legis/et immū
dicias corporales: que fuerūt irregularitates quedā cōtra
cte ex contactu cadauerū/vel aliarū corporaliū immūdicia
rū: que ꝓhibebāt ab ingressu tēpli: ꝛ reddiderūt populos
inidoneos ad cultū dei. He pene ꝛ impedimēta tollebātur
per quedā sacramētalia illius legis. Et s̄m hoc intelligit̄ di
ctū apostoli/ꝙ sanguis hircoꝝ ꝛ cinis vitule inq̄natos san
ctificat ad emūdationē carnis. Carnis dicitur nō aīe: ad de
notandū ꝙ gratiā/que mūdiciā mētis delet: nō cōtulerūt.
Sicut in noua lege dispēsatio cū male nato ad susceptionē
ordinū/tollit irregularitatē: sed gratiā nō infundit. Dicūt
tn̄ doctores cōmuniter/ꝙ hec sacramēta oblata in charita
te ex obediētia dei instituētis/in protestationem vere fidei
saluatoris: quē per hec venturū crediderēt ꝓstabantur;

Capra
Bos
Aves

Pctā remitti per sacrificia dupl'r intelligit̄.

deo placuerunt: et remissionē peccatoꝝ quantum ad delen-
dum reatū anime profuerūt: et gratiā gratū facientē contu-
lerūt. Et ſm hoc intelligi debet illud Leui.iiij. facta mētio-
ne de ſacrificio/ſeqtur. Et orabit ſacerdos ꝓ eo: et dimitte-
tur ei ſcʒ peccatū: nō quidem ex oblato munere: ſed ex offe-
rētis deuotione. Et ſimiliter illud ad Gal.ij. Ex operibus
legis non iuſtificabitur homo: niſi per fidē ieſu chriſti. Pau-
lꝰ ſiquidē dicere videtur ꝙ aliquis ex obediētia et charita-
te ſeruet preceptū dei: ⁊ nō mereatur: ꝙꝙ deꝰ det preceptū
alicui/⁊ nolit preceptum obſeruantē mereri: quātūcūqꝫ ex
obediētia ⁊ deuotione obſeruet. Necqꝫ tñ ex his ſequitur/ꝙ
fuerint vera ſacrificia: qꝛ nō cōtulerunt gratiā virtute ope-
ris operati: ſed virtute boni motus interioris voluntatis:
que nō neceſſario requirit in ſacramētis noue legis: ſʒ ſuffi-
cit remotio obicis: vt declarat Sco.in.iiij.diſt.j.q.v. Sacri-
ficia tñ iſta veteris legis/ inquantū ſub precepto cadebāt:
iuſtificabāt iuſticia morali ⁊ politica/ etiā ſecluſa deuotio-
ne que dicta eſt/ offerentis: inquātū ſcʒ opera legis/que iu-
ſta erāt: qꝛ diuinis preceptis cōformia: generabāt habitū iu-
ſticie que virtus moralis eſt in offerentibus. Hec em̄ ex fre-
quētatis actibus gignitur naturaliter: ⁊ nō gratuito infun-
ditur ſupernaturaliter. ¶ E Et ſm has diſtinctiones trāſ-
eunt autoritates hincinde allegate: que vidētur oppoſite/
et ſibijnuicem repugnare. Oia tñ hec veteris teſtamēti ſa-
crificia per vnicū chriſti ſacrificiū in cruce euacuata ſunt: cu-
ius nos quotidie memoriā facimus/ offerētes eādē hoſtiā
in altari. Unde petimꝰ a patre ſacrificiū noſtrū acceptū ha-
beri: ⁊ ſue maieſtati dignū: nō munerū naturali ꝓprietate:
ſed mediatoris chriſti inſtitutione. ¶ Ut vero ipſa munera
apta reddātur conuerſioni in verū corpus chriſti: additur.
Et benedicas. hec ſcʒ munera.i. benedictionē virtutis tue
et gratie in ea diffundas: vt idonea ſint tā diuino ſacramē-
to: vt dicit Alber. non em̄ noſtrū eſt benedicere ſed tuū: no-
ſtrū añt eſt te inuocare o pater clementiſſime: vt tu benedi-
cas. Nume.vj. Innocabūt nomē meū ſup filios iſrael: ego
añt benedicā eis. Rogamus ergo ⁊ petimus ſupplices cle-
mētiſſimū patrē/quatenus benedicat ⁊ ſanctificet munera
oblata: vt in viuū ſacrificiū cōuertant: verū ſcʒ corpus chri-
ſti/ et verū eius ſanguinē. ¶ F Exprimuntur añt offerēda
munera/panis ſcʒ ⁊ vinū aqua mixtū triplici noie/cū dici-
tur: Hec dona: hec munera: hec ſancta ſacrificia illibata. Ea-
dē ſacrificia ſunt his noibus deſignata ſm Alex. Nā que ſa-
cris altaribus offerūtur: munera dicunt/dona ⁊ ſacrificia.
vnde Mat.v. Si offers munus tuū ad altare ⁊c. ⁊ ad He-
bre.v. de pōtifice dicit: ꝙ cōſtitutus eſt a deo vt offerat do-
na ⁊ ſacrificia pro petis. Nō ergo per premiſſa tria aliud et
aliud dicit: ſed res vna ꝓ ſui magnitudine/diuerſa appella-
tione laudatur. Hoꝝ em̄ verboꝝ inculcatio pie deuotionis
eſt exercitatio: ⁊ ineffabilis cōmēdatio ſacramēti. Siquidē
nō inuenit aliquod vocabulū/quo tātū ſacramentū digne
valeat appellari: niſi ꝙ grece dicit eucheriſtia/qḋ exponit
bona gratia. Pronomē hec/demōſtratiuū pōt demōſtrare
ad litterā ſubſtātias oblatas panē et vinū: vel per tropolo-
giā offerentē ipſum: vel per allegoriā/qui in his ſubſtātijs
ſignificat: chriſtū. Nā quodlibet horū nō incōuenienter dici
pōt donū/munus ⁊ ſacrificiū. Et ſm hoc tripliciter pōt ex-
poni. ¶ Quoad primū quātū ad litterā/poſſunt hec obla-
ta tripliciter cōſiderari. Uel vt ex liberalitate dei in nos ꝓ-
fluūt: et ſic dicūtur dona. Uel vt a nobis pie recipiuntur: ⁊
ita ſunt munera. Ut autē deo a nobis offerūtur ſunt ſacrifi-
cia. vnde Iſido. Donū ꝓprie dicit quod inferiori a ſuperio-
re cōfertur. Iac.j. Omne datū optimū/et omne donū per-
fectum deſurſum eſt. Munus qḋ ab inferiore ſuperiori pre-
ſentat. Geneſ.iiij. Reſpexit dñs ad abel et ad munera eiꝰ.
Sacrificiū/quod creatori offertur. pſ. Uolūtarie ſacrifica-
bo tibi. et in alio. Sacrificate ſacrificiū iuſticie et ſperate in
dño. Et ſm hoc ſunt dona nobis ad ſuſtētationē a deo col-
lata. munera a nobis deo vt laudet reddita: ſacrificia/qꝛ ꝓ
peccatis noſtris deo oblata nos ſacros efficiunt: vnde Ale-
xan. His vocabulis tribus/inſinuatur ꝙ hec demonſtrata

[margin: Donum quid. / Munꝰ / Sacrificium.]

ſunt nobis a deo collata: a nobis deo preſentata et oblata:
in verū ⁊ ſummū ſacrificiū tranſſubſtantiata. Sic ergo ſm
Inno. donū eſt dātis: munus recipiētis: ſacrificiū offeren-
tis. Dona itaqꝫ offerimus cū dauid dicētes. Que de manu
tua accepimus: offerimus tibi: qꝛ offerri nō poſſunt niſi do-
na dei. Non em̄ iniuſte acquiſita: aut tēporalia lucra offerri
poſſunt: vt.ſ. habitū eſt. Munera vero dū volūtarie reddi-
mus. Nō em̄ offerri poſſent niſi eſſent noſtra munera: quis
munera ſunt voluntaria: et hec reponi pñt in dei donaria.
Exo.xxxv. Omnis volūtarius et prono animo offerat do-
mino. Un̄ in pſ. Filie tyri in muneribus vultū tuū depreca-
būtur. Exponit Alber. Filie tyri in muneribus/ſunt aie an-
guſtiate huius ſeculi in labore: vel acquirētes vel poſſidē-
tes que dño debent offerri. vnde ⁊ magi: Uenimus cū mu-
neribus adorare eū. Mat.ij. Sacrificia añt offerimus/dū
ſacrū facimus. ſm Iſidoꝝ. Dū prece myſtica in memoriam
paſſionis dñice cōſecramꝰ. Et ſm hoc aliqui (vt refert Ale-
xan.) ſic diſtinguūt. Hec dona ſcilʒ nature: hec munera ſcʒ
deuotionis noſtre: hec ſctā ſacrificia illibata maieſtati diui-
ne: vt hec dona referatur ad naturā: hec munera ad gratiā:
hec ſacrificia ad incorruptionis gloriā. ¶ G In his prio-
ribus expoſitionibus per ꝓnomē hec/ ipſa dona preſentis
panis ⁊ vinū ad ſenſum demonſtrantur. Et huic conſonat
Augu. Dona offerimus cū noſipſos deo offerimus: mune-
ra cum eius beneficioꝝ memores ſumus: ſacrificia illibata
cū ei humilitatē ac laudes impēdimus. vnde pſ. Sacrifici-
um deo ſpūs cōtribulatus: coꝛ contritū et humiliatū deus
nō deſpicies. Poſſunt nihilominus per ꝓnomē hec/ad in-
tellectū offerētes myſtice demōſtrari: vt nos offerentes in-
telligamur per dona/munera ⁊ ſacrificia. ¶ Poteſt etiam
tertio per ꝓnomina/ ille qui venit offerēdus ad intellectū
allegorice demōſtrari.ſ. chriſtus quantum ad corpus ⁊ ſan-
guinē ſic intelligendo: Rogamus te pater clemētiſſime: vt
hec dona/hec munera/hec ſacrificia: hoc eſt chriſtū/in cuiꝰ
corpꝰ ⁊ ſanguinē hec materialia dona panis ⁊ vini ſubſtā-
tia orantur cōuerti: accepta habeas ⁊ benedicas/faciendo
ſcʒ vt effectū et optatū habeāt in illis ꝓ quibus offerimus.
Dicit añt chriſtus quātū ad corpus ⁊ ſanguinē donū/mu-
nus ⁊ ſacrificiū. Donū/inquantū a patre nobis datus eſt li-
beraliter. Eſa.ix. Filius datus eſt nobis. Munus/inquan-
tū hec ſpūſſancti formatione in vtero virginis deuote ſunt
recepta: ſm illud Luc.j. Ecce cōcipies in vtero ⁊ paries fi-
liū. et ſequitur. Spūſſanctus ſuperueniet in te ⁊c. Sacrifi-
ciū/inquantū ex nimia charitate in cruce ſeipm̄ obtulit ſpō-
te in ſacrificiū noſtre redēptionis: ſm illud Eſa.liij. Obla-
tus eſt/qꝛ voluit. ⁊ ad Ephe.v. Dedit ſemetipm̄ pro nobis
oblationē et hoſtiā deo in odorē ſuauitatis. ¶ Uel dicitur
chriſtus donū/munus et ſacrificiū: qꝛ ipm̄ pater dedit: fili-
us obtulit: ſpirituſſanctus accepit: ſinguli tamē dederunt/
obtulerūt et receperūt: ſed ad diſtinctionē dicitur pater de-
diſſe propter autoritatē: filius obtuliſſe propter humilita-
tē: ſpirituſſanctus accepiſſe propter benignitatē. ¶ Ex pre-
miſſis itaqꝫ patet quomodo offerentes/oblata et qui patri
offerendus in eis ſignificatur: ſunt dona/munera ⁊ ſacrifi-
cia. ¶ H Dicitur etiam pluraliter hec dona/hec munera
⁊c. qꝛ panis ⁊ vini prius ꝙ cōſecrentur: ⁊ diuerſe ſunt ſpe-
cies ſubſtantiarū: et diuerſe ſubſtātie ſpecierū: ſed vbi cōſe-
cratio celeſtis acceſſerit: ſpecies quidē remanēt: ſubſtantie
cōuertūtur: vt ſint diuerſa cōtinētia: vnū vero contentum.
Nā idē ſub vtraqꝫ ſpecie cōtinetur/ſcʒ totus chriſtus: licet
nō in idē vtraqꝫ panis et vini ſubſtantia conuertat: de quo
infra latius. ¶ Uel referendo preciſe ad corpus chriſti ſm
vltimā expoſitionem. Quāqꝫ chriſtus vnus/⁊ in ſe indiui-
ſus/totaliter integraliterqꝫ contineatur: dicitur tñ plurali-
ter: hec dona/hec munera/hec ſacrificia: propter diuerſita-
tem realē ſui corporis et ſanguinis: que ſunt diuerſa et pri-
mo contenta ſub dictis ſpeciebus ex vi cōſecrationis ſacra-
mentalis. Non enim corpus chriſti eſt ſanguis chriſti: neqꝫ
ſanguis chriſti eſt corpus chriſti vel pars eius: pars dico il-
lius corporis quod eſt primū ſignatum ſpecierum panis.

[margin: ¶ Paral. vlti.]

Hoc enī est corpus illud/quod est proximū perfectibile ab anima rationali: tale autem nō est sanguis: cū sanguis nec sit animatus: nec animalis ſm pħos. et pħs. ij. de aīa. ca. xj. Ex aere quidē enim/aut aqua impossibile est constare animatū corpus: oportet enim firmū esse. Relinquitur autem mixtum ex terra/⁊ ex his esse: vt vniuersaliter caro ⁊ ꝓportionabile. Et cōmentator cōmen. c. xj. Impossibile est enim sicut dicit ſm pħm/vt constitutio corporis esset ex aere aut aqua: animalia enī necessario indigēt corpore duro. sequitur. Et est caro ⁊ eius simile in animalib⁹ carentib⁹ carne. Hoc etiā consonat cōi dicto doctoꝝ asserentiū sanguinem christi non fieri presentem specieb⁹ panis per se ⁊ directe vi consecrationis: sed per quandā cōcomitantiā: quod verū non esset/si sanguis esset per se pars corporis. Quia ergo realiter plura sunt/sanguis corpus: ⁊ sub distinctis speciebus per se continent̄: petimus in plurali/vt hec dona/hec munera/hec sancta sacrificia accepta habeat ⁊ benedicat. ¶ I Et dicūtur hec dona sancta ⁊ illibata sacrificia (ſm Alex.) Sancta rōne significatiōis/nō ſm se: sed qr significant sacrosanctū corpus ⁊ imaculatū sanguinē christi. Et illibata/nō quasi nondū gustata: sed illibata. i. imaculata: qr sine macula cordis ⁊ corporis oportet offerri: quaten⁹ ⁊ cor ab iniquitate mundet̄/⁊ corpus ab imūdicia: ſm illud Esa. lij. Mūdamini q̄ fertis vasa dñi. ¶ Vel dicunt̄ sancta i. ad sanctū vsum deputata: quō Achimelech dixit ad Dauid in figura hui⁹ sacramenti: Nō habeo panes laicos ad manū: sed tantū panē sanctū. j. Reg. xxj. Panis laicus cōmunis panis est/q̄ sacerdotib⁹ in officio nō cōmittitur: sed panis dicit̄ sctificatus/⁊ sanctis ministrandus. ¶ Vel referendo hec dona/hec munera ⁊c. ad id qđ signāt/⁊ in qđ cōuerti orant̄/scȝ corpus ⁊ sanguinē xp̄i: sicut sunt sancta ⁊ illibata. i. munda: ⁊ nulla sordiū aut pctōꝝ contagione maculata: qr sanctispūs opatione de purissimis sanguinibus gloriose virginis formata/⁊ vnione inseparabili: ſm Damas. ineffabili summe ⁊ sanctissime deitati vnita: rōne cui⁹ in ipsis oīs sanctitas redundat. Vñ ⁊ scribit p̄s. xv. Nō dabis sanctū tuuȝ videre corruptionem. Nec in se solū sancta sunt ⁊ imaculata: sed etiā quoad nos. Nos enī sanctificauerunt ⁊ mūdauere a sordib⁹ peccatoꝝ: ſm illud Apocalip. j. Lauit nos a pctīs nostris in sanguine suo. ¶ De his muneribus ⁊ donis oblatis/frumento scȝ de quo panis/⁊ vino dicitur Zach. ix. Bibentes inebriabunt̄ quasi a vino: ⁊ replebunt̄ vt phiale/⁊ quasi cornua altaris: ⁊ saluabit eos dñs coꝝ in die illa: vt gregem populi sui: qr lapides eleuabuntur super terram eius. Quid enī bonū eius est: ⁊ quid pulchrū eius/nisi frumentū electoꝝ/⁊ vinū germinans virgines. Que exponens dñs Alber. ait: Hec de sacramento altaris intelligunt̄: qr bibentes dñi calicem inebriabūtur amore eternoꝝ vsqȝ ad obliuionem sui ⁊ terrenoꝝ: quasi vino qđ letificat deū ⁊ hoīes. Ebrietasqȝ illa ſm glosam placebit deo sicut sacrificiū altaris: phialis enī super altare liba funduntur. Vel ſm Alber. illo vino replent̄ phiale spiritualis animi deuotione: quoꝝ intima sanguis dñi infundit: ⁊ sic eum redolet deuotionis odoramento: vt his sanctificati ⁊ confortati sacramentis: efficiant̄ cornua altaris ad ventilandū omne qđ deo nō militat. Et sic salute sacramēti saluabit eos dñs eoꝝ in die illa/noue scȝ gratie: qr tunc clare fulgebit ad tenebrarū purgationē: saluabit aūt sicut peculiarem gregem populi sui: cui de seipso pabulū preparauit. Lapides enī sancti/hoc est ministri noui testamenti solidi/viui ⁊ preciosi: tunc eleuabunt̄ in dignitatem in terra ecclesie/quibus merito perpetue sanctitatis sacramenta cōmittuntur. Et hanc refectionem in illibato sacrificio determinat dicens: Quid est bonū. Bonum inquā oīs boni bonū: quod oīa bonificat: sine quo nihil est bonum: Et quid pulchrū eius/qđ oīa mundat ⁊ pulchrificat/nisi frumentum. quo toto amore fruendū est. Electoꝝ qui a massa perditionis per gratiā vocationis diuine separati sunt: et ante mundi constitutionem electi in ipso. Hoc autem frumentum illibatum sacrificiū est; quod ad gustum vel visū

Eph. j.

alieno deo nunqȝ libatum fuit. Apocal. ij. Dabo ei manna absconditum/quod nemo nouit nisi qui accipit. Vel ſm glo. Frumentū electorum saluator est: qr ipse est panis qui de celo descendit: ⁊ confirmat cor electorū/qui bibitur ab his qui sancti sunt corpore ⁊ spiritu: qui introducti in cellam vinariam/gaudētes sequuntur agnum quocūqȝ ierit. Hec glo. Sanguis aūt est vinū germinans virgines. i. virgineas mentes: ⁊ tam virgineas nō germinaret omni germine virtutū/nisi ⁊ ipm esset virgineū: ⁊ ideo penitus illibatum. Vel ſm glo. germinans virgines. i. populū in vnū deum credentem: qui prius cultu idolatrie constuprabat̄. ¶ L Dum aūt hec profert sacerdos/tribus crucib⁹ panē ⁊ vinum signat/vtrūqȝ cōiunctim. Nam ⁊ in sequentibus frequēter hmōi signationes iterat ante ꝙ post consecrationem: vt infra patebit. ¶ Vbi in primis aduertendū ꝙ huiusmodi cruces quibus sacrificiū signatur: non fiunt dūtaxat ad cōsecrandū hostiā: ſm beatū Tho. par. iij. q. lxxxiij. arti. iij. alioquin post cōsecrationē fieri non deberent. Sed principaliter per crucis signa modū ⁊ ordinem dominice passionis representat: vt dicit Inno. ꝙ verba canonis ad cōsecrationem ⁊ effectum ipsius impetrandū pertinent: signa ad historiā recolendam. Vnde qr sacrificiū istud persectissimū memoriale est dñice passiōis: vt nihil desit quod vel visus/vel auditus tam salubri memorie cooperet̄: vniuersa in huius sacramenti cōsecratione ac dispensatione cōcurrentia/siue visu/siue auditu perceptibilia/ad passionis dominice representationem sunt ordinata: vestes scȝ ⁊ vasa/altaris palle ⁊ tabula cerimonie ⁊ verba/vt ex p̄dictis patet. Cum ergo xp̄i passio in cruce sit consummata: conuenienter per signa crucis ipsa passio representat̄: vt hoc signo quo passio consummata est: eius memoria mentibus tenacius infigatur. Et quoniā passio quibusdā gradibus completa est/siquideȝ alique passionis partes precesserūt crucifixionem: aliqua in cruce sunt cōsummata: ideo vt cōgruo ordine singula representent̄ que crucifixionē precessere per crucis signationes ante cōsecrationem factas. que vero in cruce ⁊ post crucem acta sunt/vel passa: per eas q̄ consecrationem sequunt̄ designant̄. Crucem precesserunt dñi traditio: ⁊ ad mortem venditio/⁊ mortis ipsius in sacramenti huius institutione presignatio. In traditione cōsiderantur ꝑsone a quibus christus traditus est ad morteȝ. In venditione ꝑsone quibus vēditus est. Persona quoqȝ vendentis ⁊ venūdati: q̄ oīa representant̄ per cruces in canonis principio: ⁊ circa hec verba: Benedictā/ascriptam ratam. Et iterum circa hec verba: Corpus ⁊ sanguis cōsignatas: vt patebit in processu. ¶ L Christi itaqȝ triplex traditio designatur per tres cruces in horum verboꝝ: Hec dona/hec munera/hec sancta sacrificia illibata/prolatione designatas. Tradit⁹ est enī christus a deo/a iuda/a iudeorum populo. A deo patre/a filio/a spiritusancto. A deo patre ſm illud Roma. viij. Proprio filio suo nō pepercit de⁹: sed pro nobis oībus tradidit illū. Tradidit enī filiū preordinando eius passionem ad humani generis salutem: dandoqȝ homini christo voluntatem patiendi: Et nō cohibendo occidentiū seuitiam: immo dando eis q̄ cogitauerūt in dñm faciendi facultatem. Vñ dixit christus pilato: Nō haberes ptātem aduersum me vllam: nisi tibi datum esset desuper. Tradidit etiā seipsum filius. j. Pe. ij. Tradidit autē iudicāti se iniuste. ⁊ ad Eph. v. Christus seipsum tradidit pro ecclesia vt illam sanctificaret: mundans eam lauacro aque in verbo: vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiā nō habentem maculā: neqȝ rugam. Item a spiritusancto. Is est qui per os cayphe prophetauit: Expedit vt vnus moriatur homo pro populo ⁊ non tota gens pereat. Joh. xj. ¶ De secūda traditione iude habet̄ Luce. xxij. Juda osculo filium hoīs tradis. ⁊ Matth. xxvj. Querebat opportunitatem iudas vt eum traderet. ¶ De tertia dicitur de funesto iudeoꝝ consilio. Vinctum adduxerunt eum ⁊ tradiderunt pontio pilato presidi. Matth. xxvij. Et pilatus ad christum: Gens tua ⁊ pontifices tradiderūt te mihi. Joh.

Joh. xix.

xix. Prima traditio qua traditus est a se/a patre/⁊ spiritu sancto facta est ex charitate nimia. Ioh.iij. Sic deus dilexit mundū: vt filium suū vnigenitū daret. Et iterū in persona redempti hominis loquens apostolus ait ad Gal. ij. In fide viuo filij dei qui dilexit me ⁊ tradidit seipsum pro me. Secunda fuit ex auaricia. Nam constituerunt ei: haud dubium quin iude: triginta argenteos: querens a iudeis: quid vultis mihi dare ⁊ ego vobis eum tradā. Mat.xxvi. Tertia facta est ex inuidia. Sciebat eñ pilatus ꝙ per inuidiā tradidissent eum. Ibidē.xxvij. Tradidit ergo illum deus ex dono: iudas pro munere: iudeus in sacrificiū illis datum: qđ tamen nō iudei: sed gentes libauerunt: quoniā oblatum est ab eis regnum dei: ⁊ datum genti facienti fructum eius. Math.xxi. In huius ergo triplicis traditiōis memoriā quā deus fecit ex dono: iudas pro munere: iudei in sacrificium illi datum: singuli aūt ad mortem scʒ crucis: tres cruces facimus: vnam in prolatione verbi/ hec dona: secundā vbi: hec munera. tertia in verbo/ hec sancta sacrificia illibata. ❡ M Secundū Durandū aūt in rationali/ etiam fiunt tres cruces in canonis exordio/ ob reuerentiā eius cuius potentia fit conuersio horū donoꝝ ⁊ munerum in verum sacrificiū/ corpus scilicet ⁊ christi sanguinē. Hic eñ est deus trinus: cuius opera indiuisa sunt: que tota trinitas tradidit ipm ad mortē: vt tota redimeret nos a morte per ipsam. Vel fm eūdem/ in memoriā trine crucifixionis christi. Prima fuit in voluntate persequentiū iudeoꝝ/ dum collegerunt pontifices ⁊ pharisei conciliū quomō iesum occiderent. Ab illo eñ die cogitauerunt occidere eū. Ioh.xi. Secunda fuit in vocib⁹ clamantiū: crucifige crucifige eum. Math.xxvi. Tertia fuit in transfixione manuū ⁊ pedū: nam crucifixerunt eum/ ⁊ cum eo latrones: vnū a dextris: aliū a sinistris. Lu.xxiij. Vel fm Alber. fiunt tres cruces propter tres christi illusiones. Fuit eñ derisus coram pontificibus/ coram pilato/ ⁊ coram herode. Verum signatio triplicis traditiōis principalior est: que fm Alex. tunc cepit cum filius ex decreto patris: ex consilio spiritus sancti: nec nō ex ꝓprio beneplacito veniens hierosolymā semetipsum exposuit passioni. Sequit̃ in primis ⁊c.

❡ Lectio.xxij. A

In primis que tibi

offerimus pro ecclesia tua sancta. ❡ Postꝙ sacerdos deprecatus est deū patrem/ vt sua clementia apposita munera sanctificet. In illa secunda prime partis particula specificat pro quib⁹ hec ipsa dona ⁊ munera deo offerat. Et subdiuiditur in partes quattuor. In prima petit ea acceptari pro tota ecclesia generaliter. In secūda pro summis ecclesie capitib⁹ specialiter/ ibi: Vna cum famulo tuo. Tertio pro oibus recte credentibus fraternaliter/ ibi: Et oibus orthodoxis. Quarto pro quibusdā specialibus singulariter/ ibi: Memento. ❡ Circa primū quattuor petit. Primo tranquillitatē pacis. Secūdo custodiā ab aduersarijs. Tertio membrorum ecclesie adunationem. Quarto cōuenientem totius ecclesie gubernationem: vnde dicit/ Rogamus ac petim⁹/ In primis. te pater clementissime vti accepta habeas: hec dona/ hec munera: que tibi offerimus. Offerim⁹/ fm Alber. id est ad te porrigentes ⁊ eleuantes ferimus: vt sicut dicimus sursū corda/ habemus ad dñm: ita nos extendentes eleuamus oblationem cordiū eleuatione ⁊ manuū protensione. Unde ⁊ aaron pectora ⁊ armos dextros separās ab hostijs/ eleuauit coram domino: sicut precepit moyses Leui.ix. Pectora quidem pro cordis eleuatione. Armos dextros pro operis perfectione eleuans per intentionē ⁊ deuotionem coram dño. Dicit aūt offerimus in plurali: licet vnus solus sacerdos celebrans offerat: q: sacerdos nō in sua dūtaxat persona sacrificat: sed in persona totius ecclesie. Quapropter nihil in sacramēto ecclesie a bono magis/ nihil a malo minus perficitur sacerdote: q: nō in merito sacerdotis sicut nec in persona; sed in merito ecclesie eiusqꝫ persona offertur: ⁊ in verbo creatoris conficitur. Nō ergo sacerdotis iniquitas impedit sacramenti effectū: sicut nec medici infirmitas virtutem impedit medicine: vt latius supra dictum est lec.ij. In persona ergo ecclesie ait sacerdos: offerimus tibi: scʒ deo patri clementissimo: q: tibi soli vni deo: nō idolis offerendū est. Exo.xx. Non adorabis ea/ scʒ idola neqꝫ coles. Ego sum dominus deus. Offerimus autem tibi in protestationem supremi dominij/ qđ habes super omnia. Nam ⁊ sacrificium describitur/ ꝙ est oblatio facta deo/ in recognitionē supremi dominij. ❡ B In primis notatur ordo huius oblationis quantū ad eos pro quib⁹ fit oblatio: quoniā etsi charitate spiritualia bona omnib⁹ cōmunicanda sint: cum omnes diligere teneamur: nihilominus charitas est ordinata: fm illud Canti.ij. Introduxit me rex in cellam vinariam: ordinauit in me charitatem. Unde offerendū est prius/ id est principaliter pro ecclesia tota. Deinde pro personis singularibus: quoniā bonū commune preponendū est bono priuato ⁊ singulari/ tanꝙ nobilius minus nobili. Unde ⁊ phus.j. Ethi. Amabile quidem vni: melius autem genti ⁊ ciuitati. Hunc aūt ordinem primū orandi ⁊ offerendi pro omnib⁹ generaliter: ac deinde pro his qui in sublimitate cōstituti sunt: tangit apłus.j. ad Timo.ij. Obsecro primū omnium fieri obsecrationes/ orationes/ postulationes/ gratiarū actiones pro omnibus hominibus: pro regib⁹/ ⁊ pro oibus qui in sublimitate cōstituti sunt: vt quietam ⁊ tranquillā vitam agamus in omī pietate ⁊ castitate. Hoc eñ bonum est ⁊ acceptum corā saluatore nostro deo: qui omnes hoīes vult saluos fieri/ ⁊ ad agnitionem veritatis venire. Ubi glo. haymonis: misse hic ordo ostenditur. ❡ C Pro ecclesia tua. Quia ecclesie nomen frequenter occurrit: placuit hic varias nominis ecclesie acceptiones interserere: vt confusio quā parere solet latens equiuocatio: euitetur. Has autem latius prosequitur Guil. ockam lib.v. prime partis sui dialogi ca.xxxi. quem in plerisqꝫ imitantur dñs Petrus de aliaco cardinalis cameracē. ⁊ Ioh. gerson cancell. Paris. ❡ Nomen ecclesie varias habet significationes. Quāqꝫ eñ accipitur pro templo materiali diuino cultui deputato: ⁊ ita accipitur in veteri testamento. Deuter.xxiij. Nō ingredietur manser. id est de scorto natus/ in ecclesiam domini vsqꝫ ad decimā generationem. Et in nouo testamento.j. Cor.xi. Nunquid domos nō habetis ad manducandū ⁊ bibendū: aut ecclesiā dei cōtemnitis. Illo modo etiā accipitur.xvi.q.j. Quicūqꝫ ⁊.ij.q.vij. Lator. vbi dicit̃ ꝙ nemini licet ecclesiā edificare nisi de fauore episcopi. Alio modo accipit̃ pro templo spirituali: ⁊ sic adhuc multipliciter accipit̃. Quāqꝫ multū generaliter pro quolibet spūali templo dñi. hoc est pro quolibet rōnali creatura: quā deus inhabitat per gratiā: quō de templo loquit̃ apłs.j. Cor.iij. Nescitis q: templū dei estis vos ⁊ spūs dei habitat in vobis. Licet forte minus ꝓprie: q: ecclesia grece: cōuocatio latine dicit̃. Cōuocatio aūt nō est vnius: sed pluriū. Accipit̃ ergo aliter pro cōgregatione fideliū.i. cognoscentiū catholicas veritates: siue vniuersali siue particulari. Et ita adhuc multipliciter accipit̃. Quādoqꝫ pro cōgregatione catholicas veritates clare ⁊ beatifice cognoscētiū: ⁊ hec cōgregatio vocat̃ ecclesia triūphās que est beōꝝ in patria: q̄ aduersus diabolū militiā christo tenentes finaliter triūpharūt. de qua dicit̃ in ps̄. Laus ei⁹ in ecclesia sanctoꝝ. Hec est illa ecclesia q̄ sancta est ⁊ immaculata fm se totā ⁊ oēs sui partes: sine macula atqꝫ ruga: ⁊ vt sponsa castissima spōsū suū christū beatifico amore amplexatur: in cui⁹ delitijs ꝑpetue viuit: nec ab ei⁹ amplexib⁹ aliquādo abrūpi pōt aut separari: spūaliter fornicando: q: in amore ⁊ dilectiōe spōse firmiter stabilita ⁊ cōfirmata. Alio mō capit̃ pro cōgregatione cognoscētiū veritates catholicas enigmatice: ipsis ꝑ fidē assentiendo. Uoco aūt catholicas veritates quib⁹ quilibet viator actu vel habitu explicite vel implicite assentire tenet̃: ⁊ hec cōgregatio vel multitudo hominū vocatur ecclesia militans: q: exercet christi militiam aduersus ipsius hostes; diabolū scilicet carnem

Ecclesia est equiuocum.

et mundū. De hac dicit̄ Act. xx. Attēdite vobis ⁊ vniuerso
gregi/i quo vos spūssctūs posuit ep̄os regere eccl̄iam dei.
Et sic accepta adhuc dupliciter accipitur. Uno modo tm̄
pro eccl̄ia vniuersali: q̄ est vnica extra quā non est salus. de
qua dicit ap̄lus. Christū dedit caput super omnē ecclesiam
que est corp⁹ eius: ad Eph. j. ⁊ simile ad Col. j. Et hoc mo-
do cōprehēdit in se oēs fideles bonos et malos. ſm q̄ expo-
nūt doctores sancti parabolas euāgelicas. Simile est re-
gnū celorū sagene misse in mare. Et illā. Simile est regnū
celorū hoi regi qui fecit nuptias filio suo. Ibidē. xxij. Item
xxv. Simile est regnū celorū decē virginib⁹/que accipien-
tes lāpades suas/exierūt obuiā sponso ⁊ sponse. In quarū
parabolarū expositione dicunt sancti/malos intra eccl̄ie
gremiū cōtineri: dūmodo tamē in fide nō errēt: de quo bea-
tus Aug⁹ in de fide ad pe. parte. ij. c. xliij. ait. Firmissime te-
ne et nullatenus dubites/areā dei esse ecclesiam catholicā:
et intra eā vsq̄ in finē seculi mixtas frumento paleas conti-
neri: id est bonos ⁊ malos sacramentorū cōmunione misce-
ri: ⁊ in omni ꝓfessione siue clericorū/siue monachorū/siue
laicorū/bonos esse simul ⁊ malos: extra hanc ecclesiam fo-
re paganos/iudeos/hereticos/scismaticos iā dixerat cap.
xxxviij. atq̄ extra hanc ecclesiā saluari neminē posse etiam
si pro christi nomine sanguinem fuderit. cap. xxxix. demon
strauit. Ad idem beatus Grego. in home. xxxviij. ⁊ homel.
xj. ⁊ home. xvj. sup. Ezechiel. Itē. xviij. moraliū exponens
illud Job. xxviij. Auro locus est in quo conflatur. Una est
ecclesia in qua quisquis cōflari voluerit: ab oi etiā poterit
peccatoꝝ sorde purgari. Si quid pro deo amaritudinis: si
quid tribulationis/extra hanc positi sustinetis: incēdi pote-
stis tm̄ modo/non purgari. ¶ D Hoc mō adhuc diuersi-
mode accipitur. Uno mō ꝓ ꝯgregatione oim fideliū actu
existētiū que est ecclesia vera. Alio modo pro ecclesia repre-
sentatiua/q̄ est cōciliū generale in spūsancto legitime ꝯgre-
gatū. de qua ecclesia ſm pluriū expositiones intelligitur il-
lud verbū christi de correptiōe fratris. Si te nō audierit dic
ecclesie. Math. xviij. Ecclesia eñ vera omniū fideliū mul-
titudo propter suā dilatationē nunq̄ congregat̄: neq̄ con-
gregari potest ad quodcūq̄ discernendū: sed conuocātur
patres de omnib⁹ mūdi partibus q̄ diffiniūt ⁊ decernūt: et
hec facientes ecclesiam verā representant. Et sic ecclesia est
supremū tribunal in terris/habens autoritatē super quāli-
bet personā singularē cuiuscūq̄ status eminētie aut digni-
tatis extiterit: etiā si papalis/prout in cōstitutione frequēs
cōcilij cōstantieñ. clarius diffinitur. ¶ Accipit̄ etiaz adhuc
ecclesia ꝓ cōgregatione/nō tm̄ omniū fideliū actu existen-
tiū: sed omniū qui fuerūt a tēpore christi ⁊ apostoloꝝ vsq̄
nunc sibi succedentium. et distinguit̄ a synagoga moysi: et
sic accipit beatus Aug⁹ in ep̄la fundamenti dicens. Euan-
gelio nō crederē nisi ecclesie autoritas me cōpelleret. Hoc
eñ mō ecclesia maioris est autoritatis q̄ euangelium: quia
huius ecclesie euangelista scriptor euangelij est pars: totū
autē maioris autoritatis est sua parte. Hoc mō accepit etiaz
eccl̄iam Aug⁹ in li. cōtra manicheos: ⁊ recitat̄ dis. xj. c. Pa-
lam. vbi ait. Palā est q̄ in re dubia ad fidē et certitudinem
valeat autoritas ecclesie catholice: que ab ipsis fundatissi-
mis ap̄loꝝ sedib⁹/vsq̄ ad hodiernū diem succedentiū sibi-
met: et ep̄orū serie ⁊ tot populoꝝ cōsensione firmatur. Ubi
ecclesia catholica episcopos ⁊ populos a tēpore apostolo-
rū/vsq̄ ad hodiernū diē sibimet succedētes ipottat. Et hec
vocat̄ eccl̄ia xp̄iana q̄ cepit ortū a xp̄o: p̄mo in iudea: ⁊ vo-
cabat̄ primo eccl̄ia hierosolymitana. vñ Act. viij. Et factū
est in illa die persecutio magna in eccl̄ia q̄ erat in hierosoly-
mis. Scd̄a fuit antiochena/in qua ap̄lus petrus primū re-
sedit: ⁊ ibi p̄mū innotuit nomē xp̄ianus. Unde fideles pri-
mo vocabant̄ discipuli ⁊ fratres: postea vocati sunt xp̄ia-
ni. vnde Act. xj. Audierūt autē apostoli ⁊ fratres qui erant
in iudea. Et sequitur in eodē cap. Et annū totū conuersati
sunt/sc3 paulus ⁊ barnabas ibi in ecclesia: ⁊ docuerūt tur-
bā multā: ita vt cognominarent̄ primū antiochie discipuli
xp̄iani. Idem recitatur in cap. Sacrosancta. distin. xxij. in

Math. xiij.

Adhuc varie accipit̄ ecclesia.

textu ⁊ glo. ¶ E Accipitur adhuc ecclesia ꝓ cōgregatio-
ne oim fideliū a principio mūdi vsq̄ ad cōsummationē se-
culi: ⁊ sic nō solū comp̄hendit eccl̄iam christi: sed etiā syna-
gogā moysi: simul ⁊ eos q̄ fuerūt sub lege naturali. Et illo
mō accipit btūs Aug⁹. x. de ciui. dei. c. vii. vbi vult/q̄ non
solū a tp̄e corp̄alis p̄sentie christi ⁊ ap̄lorū eius: sed ab ipso
abraā vsq̄ in huius seculi finē peregrinādo p̄currit. Et bea-
tus Grego. in homel. dñice in septuagesima dicit. Uniuer-
salis ecclesia que ab abel iusto: vsq̄ ad vltimū electuz qui
in fine mūdi nasciturus est: quot sanctos protulit: quasi tot
palmites misit. Sic etiā ecclesia synagoga noiat̄. Numeri
xx. Cur eduxistis ecclesiā dñi in solitudinē. ¶ Accipit̄ etiā
eccl̄ia ꝓ tota multitudine p̄destinatorū/tā saluatorū q̄ sal-
uandorū: siue iā sint beati in re: siue beati in spe: siue beati-
ficandi in re: ita accipit btūs Aug⁹ in multis passib⁹: p̄ser-
tim in Enchiri. Accipienda inq̄t est eccl̄ia nō solū ex parte
qua peregrinat̄ a solis ortu vsq̄ ad occasum/laudans no-
mē dñi: verū etiā q̄ in celis ex quo condita est semp̄ cohesit
deo: nec vllum malum sui casus experta est: ⁊ sue parti pe-
regrināti sicut oportet opitulatur: quia et que vna erit con-
sortio eternitatis: nūc vna est vinculo charitatis/que tota
instituta est ad colendū deū. Idē super illud ps̄. xxxvj. Iu-
nior fui etenī senui. ait: Dñs in corpore suo: qđ est ecclesia:
iunior fuit in p̄mis hominib⁹: ⁊ ecce iam senuit. Et postmo-
dū. Caput nostrū christus est: corp⁹ illius nos sumus. Num
q̄d soli nos: ⁊ non illi q̄ fuerūt ante nos. Oēs qui ab initio
seculi fuerunt iusti: caput christū habent. Illū eñ venturū
crediderūt: quē iā nos venisse credim⁹: ⁊ in ei⁹ fide ipsi sa-
nati sunt: in cuius ⁊ nos: vt eēt ip̄e caput ciuitatis hierusa-
lem: oib⁹ cōnumeratis fidelibus ab initio vsq̄ ad finē. Adiun-
ctis ⁊ legionibus angelorū ⁊ exercitib⁹: vt fiat illa vna ciui-
tas sub rege vno: ⁊ vna quedā ꝓuincia sub vno imperato-
re. Felix in ꝑpetua pace ⁊ salute laudās dñm sine fine btā.
Et in tali acceptione loquit̄ Pascasi⁹ in li. de sacramentis.
Eccl̄ia sponsa dei/corpus christi: est christus caput eius: et
oēs electi mēbra ei⁹ dicunt̄. ¶ F Accipit̄ etiā ecclesia ali-
quando ꝓ pctōꝝ multitudine ⁊ iniquorū/q̄ opponit̄ eccle-
sie electorū. de quo in ps̄. xxv. ait dauid. Odiui ecclesiā ma-
lignātium. quā btūs Aug. in li. de ci. dei. babylon. i. ciuita-
tē cōfusionis vocat: ⁊ in p̄senti currere p̄mixtim cū ecclesia
siue ciuitate dei: sed finaliter separandā ⁊ sempiterne mise-
rie subijciēdam/cū suo capite diabolo latissime declarauit.
Hui⁹ ecclesie abominationes cōsiderās ꝓpheta regius ps̄.
liiij. Uidi inq̄t iniquitatē et cōtradictionē in ciuitate. Et ite-
rū. Sup̄ muros eius iniquitas: ⁊ labor in medio ei⁹ et iniu-
sticia: non defecit de plateis eius vsura ⁊ dolus. Et de hui⁹
ciuitatis incola dicit. Noluit itelligere vt bn̄ ageret. ¶ Sz
horrēda hac malignantiū dimissa eccl̄ia/ad eā q̄ fideliū est:
reuertentes inuenim⁹ et alias ecclesie acceptiones. Accipi-
tur etiā eccl̄ia nō tm̄ pro hac ecclesia vniuersali: sed etiā ꝓ
ecclesia particulari/que est pars eccl̄ie vniuersalis: ⁊ tales
plures sunt. Hoc modo dicit ap̄lus ad Ro. vlti. Salutant
vos oēs ecclesie christi. p̄misit etiā. Quib⁹ gratias ago: nō
ego tm̄: sed ⁊ cuncte ecclesie gentium: et domesticam eccle-
siam eorū. Et in Apocal. Johannes septez scripsit ecclesijs
asie. ⁊ ſm hoc dicimus: ecclesia orientalis: ecclesia occiden-
talis: et particularius ecclesia moguntina/ecclesia cōstañ.
et ita in cap. allegato Sacrosancta. distinguitur inter eccle-
siam romanā/alexandrinā/constantinopolitanam/ antio-
chenam: et in sequentibus cap. multis. eadem dis. Sic etiā
ait petrus. Salutat vos ecclesia que est in babylone collec-
ta et sic accipitur in diuersis scripture locis. Et omnibus
his modis supra scriptis/quibus ecclesia accipit̄ ꝓ aggre-
gatione fideliū: cōprehendit tam viros q̄ mulieres: tā lai-
cos q̄ clericos: ⁊ forte alijs modis nō accipit̄ in sacra scri-
ptura. Et ita ad eccl̄iam his modis acceptā/fideles laici et
mulieres ptinent: ⁊ ecclesiastice persone/sicut sunt clerici.
¶ Uerū in iure canonico nomē eccl̄ia habet alias significa-
tiones a p̄dictis: q̄bus tm̄ ad clericos restringit̄. Et sic
adhuc multipliciter accipit̄: ſm q̄ notatur extra de verb. si.

1. Pe. v

gnifica. Cum clerici placentini. in glo. super verbo voca/
bulū. Aliquādo tm̄ p epo: aliquādo designat oēs viros ec
clesiasticos: q̄nq̄ ponitur pro maiore parte capituli: quan/
doq̄ restringitur ad canonicos maioris sue matris eccle/
sie: quandoq̄ signat quālibet ecclīam pūincie. Allegātur
ad hoc iura in allegata glo. Clerici em̄ iurium cōditores et
expositores hoc nomē ecclīa sibi appropriauerūt/ vocan/
tes se tm̄ ecclesiasticos ppter quandā pncipalitatē τ eminē
tiā ipsorum sup alias psonas ecclīe: ratione actuū spiritua/
lium ad quos exercendū potestatē ipsi/ nō laici receperūt.
¶ G Possunt autē acceptiones ille diffuse breuiter sic
summari. Ecclesia accipitur aliqn̄ p rōnali creatura: in bo
no p ecclīa sanctorū: q̄nq̄ in malo p ecclīa malignātium.
In bono vniuersalissime p cōgregatiōe oim angelorū beō/
rū τ viatorū fideliū. Q̄nq̄ tm̄ p ecclīa triūphantiū. Q̄nq̄
tm̄ p cōgregatiōe deo militantiū. Et sic tripliciter: vel oim
a pmo iusto vsq̄ ad vltimū in fine mundi nasciturū: τ sic cō
prehēdit synagogā τ xp̄i ecclīam. Scdo p sola cōgregatiōe
xp̄ianorū tā pteritorū q̄ p̄sentiū. Tertio p cōgregatiōe oim
fideliū nūc existētiū. Et q̄libet harū ecclesiarū dr̄ ecclīa vni
uersalis vera: τ ecclīa vniuersalis repn̄tatiua q̄ est cōciliū
generale. Accipit etiā ecclīa nō p cōgregatiōe vniuersali
omniū fideliū existentiū nunc: sed p cōgregatione aliqua
particulari tā clericorū q̄ laicorū vnius pūincie/ diocesis/
ciuitatis vel dom9. Q̄nq̄ etiā pro congregatione clericorū
tm̄. Q̄nq̄ pro vno homine tm̄. Accipit p domo materiali
diuino cultui dedicata. ¶ Ad ppositum itaq̄ redeūdo/ pe
tit sacerdos vt accepta habeat pater clemētissimus hec bo/
na/ munera τ sacrificia p ecclesia: nō domo materiali q̄ pe/
ritura est: nō p triūphāte: quia illius est pro nobis orare et
intercedere: nō pro aliqua ecclesia particulari alias secludē
do. Sed p ecclesia vniuersali: q̄ est fideliū habētium cōmu
niōnē in ecclīasticis sacramētis. Illi etem̄ ecclīe vniuersali
et nulli particulari cū exclusione aliarū datū est hoc scm̄ sa
crificiū offerre p salute suorum mēbrorum: quapropter in
huI9 sacrificij oblatione p ipsamet ecclīa. i. corpore ex oib9
mēbris cōstituto/ orat in primis minister ecclesie dī. Te igi/
tur pater clemētissime rogam9 τ petim9 vt accepta habeas
dona τ munera q̄ tibi offerimus. In primis p ecclesia tua.
¶ H Addit. Sancta. Nomē sancta q̄d importet iā supra
dictū est lecti. xix. in angelici expositione hymni. Sed cum
vniuersalis: q̄ hic designat: ecclīa nomē sit collectiuū: et ni
hil aliud q̄ hoies christi fide τ sacramentis vnitos signifi/
cet (quorū pars maior cū scā nō sit: sȝ reproba: q̄ neq̄ spi/
ritusancti vncta gratia: neq̄ a pctis separata: neq̄ ad cele
stia a terrenis cōuersatione leuata: quoniā multi vocati et
pauci electi. Math. xx. per latā portā τ spaciosam viā que
ducit ad pditionē multi intrant. Angustā vo portā τ arctā
viā q̄ ducit ad vitā inueniunt pauci. eiusdē. vij.) dubiū esse
posset quō ecclīa dicit sancta. Siquidē non a minore: sed a
maiore denominatio fieri solet. Ad q̄d dicit q̄ ecclesia ex oi
bus fidelib9 aggregata vere sancta dicit τ est: nō obstante
pluriū mēbrorū prauitate τ malicia. Et hoc multis ex cau/
sis. Prima sm Alexā. de ales: q̄ est deo siue diuino cultui
dedicata: nam vt habet in glosa Orige. Leuitici. xix. sup il/
lud. Sancti estote. Illa sunt scā q̄ a cōmunib9 vsibus sepa
rari debēt/ τ diuino cultui mancipari quomodo scā dicun
tur vasa ministerij: τ scā vestimēta: loca quoq̄ in vrbibus
vel suburbibus sacerdotib9 deputata: pmogenita quoq̄
boum vel pecorū. Nunc aūt christi ecclesia populus scȝ chri
stianus ex cunctis iudeis τ gētibus collectus: de idolatria
et ignorātie tenebris vocatus: et ad vnius veri dei cultum
electus recte dicit sanctus. Unde apostolus ad Eph. j. Be
nedictus deus τ pater dn̄i nostri Iesu christi: qui benedixit
nos in omni benedictione spirituali in celestib9 in christo:
sicut elegit nos in ipso ante mūdi constitutionē: vt essem9
sancti τ immaculati in cōspectu eius in charitate. Et idē. j.
Pe. ij. Uos estis genus electū: regale sacerdotiū: gens san
cta: populus acquisitionis: vt virtutes annūcietis ei9 qui
de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suū: qui alis
quādo nō populus: nunc autē populus dei. Ecce patet q̄
eo ecclesia vniuersalis dicit sancta: quia per fidē ab infide
libus separata est: τ ad colendū verū deū cōuocata. ¶ Se
cundo dicit ecclesia sancta ratione forme: non ratione par
tiū materialiū: cum em̄ ecclesia corpus sit mysticum: ad in
star corporis veri/ habet partes materiales et formā. Ma/
teriales homines fluentes τ sibijnuicē succedentes. For/
mā vo mysticā/ christi fidem verā. Propter quod ecclesiā
diffinientes aiunt. Ecclesia est corpus christi mysticum fide
animatum. Hec autē christi fides vera est/ recta et sancta: p
pter quā totū corpus ecclesie dicit sanctū: sicut homo san
ctus est ppter animā sanctā: licet in corpore aliqua sit ma/
cula seu turpitudo. ¶ I Tertio dicitur sancta ratione ca
pitis christi qui est sanctussanctorum. Daniel. ix. Cui ec/
clesia matrimonialiter est coniuncta: et vt sponsa irrepre/
hensibilis copulata. sm illud Osee. ij. Desponsaui te mihi in
fide. et. ij. Corinth. xi. Despondi vos vni viro virginem ca/
stā exhibere christo. Sic ergo sancta dicit a sanctitate capi/
tis: quod principalissimū est in ea. Nec modo a christo: sed
etiā ratione partiū digniorū. Hec sunt homines sancti et iu/
sti: q̄ donec mūdus finiet: in ecclesia esse nō desinent: ex xp̄i
pmissione suā assistentiā ecclesie promittentis vsq̄ ad secu
li cōsummationē. De quo venerabilis beda. Ex hoc intel/
ligit q̄ vsq̄ ad finē seculi nō sunt deferendi in mundo/ qui
diuina mansione et inhabitatione sunt digni in ecclesia. Et
quia ab excellentiore τ digniore denominatio fieri assolet:
recte ecclesia ppter sanctos in ea qui digniores sunt: nomē
sibi vendicat dignitatis. ¶ Quarto sancta dicitur ecclesia:
quia sanctitas intimius τ inseparabilius sibi propter san/
ctos/ q̄ malicia ppter reprobos coheret. Malicia em̄ non
semper est in ecclesia: sed nunc adest: nunc abest: sed nunq̄
fuit priuata sanctitate: nā ante lapsum pmorū parentū eccle
sia in eis fuit sine malicia. Similiter post lapsum penitētis
bus parētib9 primis/ ante parricidiū cain. Itē post diluuiū
priusq̄ a filio cham pater noe derideret. Nunq̄ autē (vt di
ctū est) fuit sine sanctitate: quia dn̄s amat iudicium: τ non
derelinquit sanctos suos: in eternū conseruabunt. Et hoc
intelligēdū videtur de sanctitate sm p̄destinationē: alioq̄n
post lapsum ade/ ante penitentiā/ fuit ecclesia sine sanctita
te/ sm tunc presentē iusticiā. Et post finalē malorum sepa/
rationē extirpata malicia/ ecclesia sanctitate ppetua pfrue/
tur. Dum ibunt hi in ignē eternū: iusti autē in vitā eternā.
Math. xxv. In quam non intrabit aliquod coinquinatū/
aut abominatione faciens/ aut mendaciū. Apocal. xxi. Cū
ergo vnūquodq̄ potius denominatur ab eo q̄d inest qua/
si per se: q̄ ab illo quod inest per accidēs: hinc digne eccle/
sia scā poti9/ q̄ puersa aut reproba appellat. ¶ K Quin
to dicitur sancta a suo rectore. Regitur quidē a spiritusan
cto: quem christus promisit apostolis p ecclesia/ que tunc
in eis consistebat. Rogabo inquit patrem: τ aliū paracle/
tum dabit vobis: vt maneat vobiscum in eternū/ spiritum
veritatis. Joh. xiiij. Item. paracletus autē spiritussanctus
quē mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia.
ibidem. Et iterum. Multa habeo vobis dicere: sed nō po
testis portare modo. Cum autem venerit spiritus verita/
tis: ille docebit vos omnē veritatem. Joh. xvi. Per que et
multa similia intelligitur regimē ecclesie commissum esse
spirituisancto: christo recedente sm sui presentiam corpora
le. Et ideo in symbolo apostolorū/ post articulum de spiri/
tusancto/ sequitur statim articulus de ecclīa/ cū dicit. Cre/
do in spiritūscm̄: sanctā ecclīam catholicam. vt sit sensus.
Credo in spiritūsanctū regentē/ gubernantē et sanctifican
tem ecclesiam catholicā. De quo dicit Alber. in expositio/
ne symboli. Resoluēdus est hic articul9 sm propriū opus
spūscti. Hoc est: credo in spiritūscm̄: non tm̄ in se/ τ sm se
sanctū: sȝ etiā credo in eū sm ppriū op9 ei9 q̄d est scīficare
ecclīam. Neq̄ estimandū est articulū illuȝ intelligi debere
de ecclīa triumphante: cui scītatem inesse nullus dubitat
christianus: sed de ecclesia militante: quā christus se funda
turum pollicitus est supra firmā petrā. i. fidei confessionē:

et cōtra quā porte inferi nō preualebunt. Que certe cōfes-
sio fidei nō cōperit statui ecclesie triūphantis: q: teste apo-
stolo .j. Cor. xiij. Cum venerit qđ perfectum est: euacuabi-
tur qđ ex parte est. Unde cū omnis christianus illam eccle-
siam ꝓfiteat sanctā: quā dn̄s supra firmā fundauit petram
id est fidei ꝯfessionē: que nō est triūphātis: sed militātis ec-
clesie: seqtur ꝙ hanc ecclesiā profiteat in symbolo/cum di-
citur. Credo sanctam ecclesiam catholicam. Hec deniq3 est
sententia beati Grego. in registro: et beati Augu. in expo-
sitiōe symboli. ¶ Sexto dr̄ eccl'ia sancta ꝑpter sctās leges ꝛ
ordinationes/quibus regitur et gubernat: leges sc3 euan-
gelicas inobliquabiles et diuinas: leges etiam ipsius eccle-
sie in diuinis fundatas: quaꝝ transgressiones vtiq3 diuinā
legem soluunt: illā scilicet qua dn̄s dicit Luc. x. Qui vos
audit/me audit: et qui vos spernit/me spernit. Nam i fide
ꝛ morib⁹/et his q̄ sunt de necessitate salutis/eccl'ie vniuersa-
lis errare nō pōt: promittente dn̄o Luc. xxij. Ego rogaui ꝓ
te petre vt nō deficiat fides tua. Et iterū. Porte inferi nō p-
lebunt aduersus eam. Mat. xvj. Et illud de fraterna corre-
ctione. Si te nō audierit dic ecclesie: si ecclesiā nō audierit
sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Mat. xviij. In quib⁹
et alijs fundat ptās diffiniēdi/determinādi/statuēdi/de-
cernēdi ꝓcepta/leges/et canones cōstituendi. ¶ L Se-
ptimo dr̄ eccl'ia sctā a sanctitate sacramentoꝝ: q̄ in ipa per
ecclesie ministros cōtinue dispensantur: q̄ nec inquinari pos-
sunt ꝑ malicā ministroꝝ: sed semꝑ deo placent/et ꝓsunt su-
scipienti nō ponēti obicē/siue ꝑ bonos/siue ꝑ malos dispē-
sentur. Sic dr̄. xv. q. viij. ca. vlti. Non potest aliqs quantū-
cūq3 pollutus sit: sacramēta diuina polluere: q̄ purgatoria
cunctarū contagionū existūt: q̄ em̄ sancta sunt: coinqnari
non possunt. Et seqtur: Sumit ergo intrepide ab oi sacer-
dote christi mysteria: q: oia in fide purgantur. ¶ Octauo
sancta est ecclesia ex indefectibili assistētia christi spōsi sui ꝛ
perpetua mansione spūssancti. De quib⁹ dictum est. Nam
mansio sua/quā xp̄s promisit ecclesie: nō intelligit quan-
tum ad corporalē presentiā (Sic em̄ abijt in celū: et donec
seculū finiet sursū est dn̄s. Aug. in de triplici habitaculo)
sed ꝑ fidē/doctrinā et charitatē. Et quō nō esset sctā hec ec-
clesia ꝓ qua sanctificanda/sanctus sanctoꝝ christ⁹ sangui-
nem suū fudit. vt testat apl's ad Eph. v. Christus dilexit ec-
clesiā: ꝛ tradidit semetipm ꝓ ea: vt eā sanctificaret: mūdās
eam lauacro aque in verbo vite: vt exhiberet ipse sibi glo-
riosam ecclesiam nō habentē maculam/aut rugā/aut aliqd
hmōi: sed vt sit sctā et immaculata. Sanctā deniq3 esse ne-
cesse est/ꝓ qua sanctificanda/christus q̄ semꝑ exaudit⁹ est
ꝓ sua reuerētia: patrē orauit dicēs. Pater sancte serua eos
in noie tuo: quos dedisti mihi. Joh. xvij. Et infra. Sancti-
fica eos in veritate. Non ꝓ eis rogo tantum: sed ꝓ eis qui
credituri sunt per verbum eoꝝ in me. ¶ Demū nono dicit
ecclesia sancta: q: tantū in ea: et nullo mō extra eam/potest
quis sanctificari: sancteq3 ad salutem viuere: etsi extra eā sa-
cramenta percepta vera sint: nequaq̄ tamē salutifera. De
quo beatus Aug. in de fide ad pe. parte .j. Baptismus qui-
dem extra ecclesiā esse potest: sed nisi in eccl'ia ꝓdesse neqt.
In ecclesia igitur catholica tantūmodo potest ꝓdesse pce-
ptio/baptismatis/et opa mie/et nois christi gloriosa cōfes-
sio: si tamen in ecclesia catholica bene viuatur. Et premisit
Si quis elemosynas largas faciat: et ꝓ noie christi sangui-
nem fundat/ꝓ eo ꝙ in hac vita nō tenuit ecclesie catholice
vnitatē: nō habebit eternā salutē. de fi. ad pe. pte. ij. c. xxxiij.
Nam et in diebus diluuij/neminē legimus extra arcam po-
tuisse saluari. Ad idē beat⁹ Grego. vt s. allegatū est. Me-
rito ergo sctā dicitur ecclesia/intra quā solā/et nō extra il-
la sanctitas reperitur. His de causis doctores sancti confor-
miter ad verba symboli apostoloꝝ augu. hiero. grego. am-
bro. cyprian⁹/hil. pascasi⁹/chrysost. bern. ceteriq3 sancti ec-
clesiam sanctā ꝓfiteri nullatenus dubitarūt: Attendentes
eam ſm premissa esse diuino cultui dedicatā: certissima fi-
de fundatam: sancto capiti cōcorporatā: membroꝝ sanctita-
te firmatam: veritatis spiritu gubernatam: iustissimis san-
ctionibus statutis et legibus fulcitā: sacramentis purifica-
tibus adornatā: indefectibili presentia sponsi sustentatam
solam sanctitatis grane cōtinuā. ¶ M Catholica. Ca-
tholicū grecū est: et ſm beatū Isidoꝝ. viij. etymol. tantum
valet. i. vniuersalis latine: vel quasi simul cōpletens. Dicit
ergo ecclesia simul cū catholica (li. j. sentētiaꝝ suaꝝ ca. xix.
et vbi. s. li. etymol. viij) id est vniuersalis/eo ꝙ vniuersali-
ter per totū sit mundū diffusa. Non em̄ sicut cōuēticula he-
reticoꝝ in aliquibus regionū partib⁹ coarctant: sed ꝑ to-
tum terrarū orbē dilatata diffunditur. Qđ etiā apostolus
approbat dicens ad Ro. j. Gratias ago deo meo ꝑ iesum
christum ꝓ omnibus vobis: q: fides vestra annūciatur in
vniuerso mundo. Siue dr̄ catholica. i. vniuersalis/ꝙ in vni-
tatem cunctos coniungit credentes. hinc ꝛ vniuersitas ab
vno cognominata est: propter quod in vnitatem colligi-
tur. Ecclesia ergo catholica: sicut per totū mundū exten-
ditur: ita et oīm gentiliū societate construit. Et hoc est qđ
ſm beatū Augu. dn̄s promisit abrae: In semine tuo bene-
dicent oēs gentes. Genes. xxij. Benedicent in te vniuerse
cognationes terre. Genes. xij. Et ne de iudeis dictū putet
ait Augu. ꝙ qui sunt semen abrae/in quo benedicēde sunt
omnes gentes: apostolus exponit Gal. iij. dicēs. Abrae di-
cte sunt ꝓmissiones et semini eius. Non dicit et seminibus
quasi in multis: sed quasi in vno: et semini tuo qui est chri-
stus. In christo he oēs gentes benedictionē habiture tan-
ta autoritate ꝓmissionē receperunt/que est tanta exhibita
veritate. Unde et pudebit dicere/illā his diebus ad pugil-
lum orbis esse coarctatā. Hec Augu. Ecce frater Aug. non
in vna gente tantum reperiri illam benedictionē abrae ꝓ-
missam: q̄ certe consistit in fidei christi illustratione: sed in
finibus orbis. Item idem augu. exponēs parabolā zizanio-
rū. Qui seminat semen bonū/paterfamilias est: ager/mū-
dus (semen) filij regni. Illos g̃ posuit in agro/id est mun-
do: non in aliqua porciūcula terre: sed in orbe toto ab ortu
solis vsq3 ad occasum. Hoc saluator noster declarat/cū ait.
Si quis vobis dixerit: Ecce hic est christus. i. illa parte mū-
di: aut illic/supple est fides catholica. Nolite credere. Si di-
xerint. ecce in penetralibus est/in doctrinis occulto hereti-
coꝝ/nolite credere. Est ergo fides catholica post eius pu-
blicationē sicut fulgur q̄ exit ab oriente ꝛ paret in occiden-
te. Ita exponit beat⁹ Tho. in glo. ca. ꝓallegato. ¶ N Ex
qb⁹ vbis patet vniuersalitas catholice fidei et ecclesie. Un-
de et beat⁹ Augu. de questio. euange. dicit/ꝙ orientis ꝛ oc-
cidentis noie/totum orbē voluit significare/per quē futu-
ra erat ecclesia. Et licet ecclesia ꝓmitiuoꝝ patrū sanctoꝝ
tēporibus per totū orbē diffusa ramos suos a fine in finem
extenderit. A solis quoq3 ortu vsq3 ad occasum laudabatur
nomen iesu christi: vt euidentissimū foret ecclesiam fore ca-
tholicam. i. vniuersalē: dum egypti desertū tot stellis quot
anachoritis effulsit: totaq3 asia et aphrica fide christi glia-
batur: nostris tamē tēporibus peccatis exigentibus: sicut
olim hebreoꝝ: ita nūc christianoꝝ relicte sunt domus deser-
te: et redacta cernitur ad solius europe angulum ecclesia.
Propter qđ quantū ad loca fidei christi subiecta/infideliū
cōparatiōe non vniuersalis sed paruula desleat. Est tamen
et nunc vniuersalis sincere veritatis cōtinētia: vere salutis
efficientia: et indeficiente fidelium perseuerentia: sola q̄p-
pe veritatē oēm continet necessariā ad salutē: sola predesti-
natos colligit ad boni summi fruitionē: sola victrix ꝑtinas
net ad brauij consecutionē: que licet tanq̄ petri nauicula tē-
pestatum fluctibus quatitur: nequaq̄ tamen absorbebitur
qm̄ in fine post dierum tribulationem/iterum ꝯualescens
triūphabit: dū fiet vnū ouile ꝛ ouiū pastor vnus/dn̄s nr̄
iesus christus cū patre et spiritusancto deus in secula bene-
dictus.

Matth. xxiiij.

¶ Lectio. xxiiij. A

Quam pacificare: cu

stodire: adunare et regere digneris toto or-
be terraꝝ. ¶ Quattuor: q. s. expressa sunt (q̄
sacerdos petit per hec quattuor verba; Pa-

cificare/custodire/adunare/regere) specifice designat. Un
de orat fm Inno. Quam. s. ecclesiā sanctā catholicā: pacifi
care digneris: vt pacē habeat ab hereticis et scismaticis.
Custodire digneris a vicijs et demonib⁹. Adunare q̄ disp/
sa est inter paganos et pfidos. Et regere digneris in pspe
ris τ aduersis. Idem tamē fm eundē videt esse pacificare
qḋ adunare: custodire qḋ regere. Tunc em̄ pacificat/cum
fideliū mentes adunat: vt p spm̄ scm̄ charitate pfusa mul/
titudinis credentiū fit cor vnum τ anima vna. Tunc custo
dit/cū inter mundi pericula regit: et de sancto mittit auxili
um vt eam de sion tueat. Ille certe pacificat τ vnit. Ille re
git et custodit: q̄ propter ipsius ecclesie regimen/vnū pre/
posuit vniuersis: vt oēs ab vno sicut corpus a capite gu/
bernent. Uel fm alexandrū/ Pacificare p charitatis inhe/
rentiā cum deo. j. Joh. iiij. Qui manet in charitate in deo
manet. nam in deo manētes pacē habēt. vnde Joh. xvj. In
me pacē habeatis. Custodire ne pereat ob ingruentiam pe
riculorū et tentationū. Quia nisi dn̄s custodierit ciuitatē:
frustra vigilat q̄ custodit eā. Adunare/ per morū cōformi/
tatem et voluntatē: vt multitudinis credentiū sit cor vnū
Act. iiij. Regere/in progressu virtutū: vt dicat cū ps̄. Dn̄s regit me
et nihil mihi deerit. Uel fm dn̄m Albertū/ Pacificare pa/
ce tēporis presentis/et pace eternitatis. Custodire a malo
incurrente: et in bono ad vtrāqꝫ vitā cōferente. Ps̄. Custo
di me vt pupillā oculi: sub vmbra alarū tuarū protege me.
Pupilla custodit supra et infra: et velocitate quadā mira/
bili palpebris obtegitur: ne quid incidat vnde visus tur
baturū. Ita pater nos deprecantes exaudi: ne desup mali/
gnus spūs virus immittat pestiferū: et adeorsum cōsurgāt
vitia ecclesie tue turbatiua. Sed custodi i limpiditate sua
vt virtutē propriā non amittat. Protege sub vmbra alarū
tuarū. Umbra aūt protectio dn̄i est sub alis veritatis et vir/
tutis: et veritate illuminet: et virtute ad bonum proficiat
Adunare hoc est ad vnū redigere. Hoc inquā vnū/ qḋ est
cōmunio per omnē ordinē graduū ecclesie. Totus em̄ or/
do ecclesie/τ graduū diuersitas in ecclesia/in vnū stare de
bent ad vnū caput principale in celis quod est deus: et ad
vnū caput vicariū in terris: qḋ est pontifex summus chri/
sti in terra vicarius. ¶ B Hec ordinatio in celo presul/
get: in naturis ostendit: in christo operib⁹ exemplat: in di/
uinis legibus precipit: in toto corpore christi mystico ob/
seruatur. In celo em̄ angeli ad archangelos: archāgeli ad
principatus: principatus ad potestates: potestates ad vir
tutes: virtutes ad dn̄ationes: dn̄ationes ad thronos: thro
ni ad cherubin: cherubin ad seraphin/fm obediētie τ illu/
minationis ordinē ordinant. Et ipsa multitudo angelorū
q̄ in quolibet est agmine: ad vnā personā que in ipso emi
net: adunat. Et subdit Alber. Ordo celi vocat: q2 ois ordo
relatio est multorū in gradibus differentiū ad vnū. Om
nīū aūt horū graduū tam multipliciter differētiū varietas ad
vnū cōsummat deū/omniū pncipiū atqꝫ finem. Hinc Job
xxxviij. Numqḋ nosti ordinē celi: et rationē ei⁹ pones in ter
ra. Hoc ipm in naturis ostendit: nam multi ramusculi ad
virgas: multe virge ad ramū: multi rami ad stipitē: multi
stipites ad radicē/que vna est: infingunt vt oia socia fiant
et participia virtutis q̄ est in radice. Apostolus ad Ro. xj.
Socius radicis et pinguedinis oliue factus es. Sic mul/
te grues vnā sequunt. Sic multa membra in corpore vni⁹
j. Co. xij. capitis percipiūt beneficia. Sicut em̄ multa mēbra in vno
corpore habemus: oia aūt membra non eundē actū habēt.
Ita multi vnū corpus sumus in christo. Patet quoqꝫ hic
ordo in christi operibus: in quibus exēplificatur: q2 christi
opus est semp in vnū colligere dispersa: sicut e regione dia
boli opus est dispergere adunata. Hinc Joh. x. Fiet vnum
ouile τ vnus pastor ouium. τ Mat. xij. Qui nō cōgregat
mecum dispergit: et q̄ non est mecū contra me est. In diui/
nis quoqꝫ legibus precipit/ꝙ sicut dicit beatus dionysius
ca. iiij. de cele. hierarchia. Lex diuinitatis est per prima me
dia: per media vltima reducere. Talis aūt reductio vltimo
rum ad prima per media/non potest esse nisi in ordine ad

vnum primū: vt sicut est descensus illuminationū et chari/
smatum ab vno primo: sic reductio est ad vnū principium.
Hec em̄ lex sicut superiora mouet et ligat ad inferiorū pui/
dentiam et curam: ita inferiora ligat ad superiorū obedien
tiam: vt oia hoc modo ad inuicē sint cōnexa. ¶ C Demū
hec ordinis adunatio in toto corpore christi mystico obser
uatur. Sicut em̄ vt in Ezech. xliij. scribit/octo gradib⁹ ascē
debatur ad diuinitatis templum: ita et in ecclesia octo gra
dus ordinati sunt. Papatus/patriarchatus/primatus/ar
chiepiscopat⁹/prepositura/sub quo archidiaconatus ꝯpre
henditur/decanatus et parochialis cura: oia ad vnū redi/
guntur q̄ petri clauibus cōmittunt. vn̄ Mat. xvj. Tibi da
bo claues regni celorū: qḋcunqꝫ ligaueris sup terrā/erit li/
gatū et in celis: et qḋcunqꝫ solueris sup terrā/erit solutum
et in celis. Et porte inferi nō preualebūt aduersus eam. Ec
ce celum imminet clauibus: q2 claues celi appellant. Ter/
ra clauibus subijcit: quia quicqḋ in terris ligant et soluūt
corā deo ligatū et solutū reputatur. Infernus cōprehendi
tur sub potestate: quia nō pualet tenere quē clauis volue/
rit eruere. He claues vni cōmittunt: vt plenitudo potesta/
tis in vno ostendat: τ in alios ab illo (fm ꝙ in partem so/
licitudinis vocantur) deriuent. vn̄ Esa. xxij. de christo τ ei⁹
vicario summo pōtifice dicit: per personā eliachim iusti de
signatū. Uocabo seruū meū eliachim: τ erit quasi pater ha
bitantib⁹ hierusalē/et domui iuda: et dabo clauē dom⁹ da
uid super humerum eius: et aperiet: et nō erit q̄ claudat: et
claudet: et nō erit qui aperiat. Et figā illū paxillū in loco fi
deli: et erit in solium glorie domus patris sui τ suspendam
super eum omnē gloriā domus patris sui. Paxillus dicit
fm expositionē Alber. q2 sibi imminet totū ecclesie taber/
naculū. Gloria aūt tota nō esset suspēsa in eo: nisi in dispo/
sitiōe patrocinio et regimine haberet omnē gloriā ecclesie
que est domus dei patris sui. Demū superbenedicta trini/
tas hunc custodit adunationis ordinē: in qua pater ordine
nature et originis pncipiū est totius diuinitatis. Filius a
patre solo per generationē: spūs sanctus a patre et filio per
cōmunē patris τ filij spirationē oia acceperunt: sic ergo in
diuinis statur ad vnū primū. Hec alber. Sequit/ Et rege/
re. fm eundem Regere est regulis legalibus τ canonicis
vnūquēqꝫ in expletionē sui officij dirigere. ps̄. xliiij. Uirga
directionis virga regni tui. In virga significat regiminis
potestas: in virge rectitudine pcepta pncipalia legalia/qui
bus est regendū. Unde cū dn̄s mitteret moysen ad regēdū
dixit. Uirgam hanc tolles in manu tua: in qua facturus es
signa. Exodi. iiij. ¶ D Hec igit quattuor q̄ oram⁹: paci/
ficare/custodire/adunare et regere: sic diuersificantur: vt
duo accipiantur fm recessum a malo: et duo fm accessum
ad bonum. Scd̄m recessum a malo dupliciter. Est em̄ ma/
lum ecclesie extrinsecus adueniens et impugnās: τ est ma
lum intrinsecus surgens/bonū adimens. Cōtra malum ex
trinsecus impugnās ecclesie tranquillitatē/petimus paci
ficationē: vt absqꝫ vllo terrore vitā in silentio transigentes
optata cūctis mortalibus pace fruant. Cōtra malū intrin
secus surgens petimus ecclesie custodiā: hoc em̄ malū pec
catum est: a quo nos custodire per gratiā oramus: ne in ec
clesia perā τ vitia inualescāt. Alia duo q̄ petim⁹ in ordine ad
bonū/respiciūt aut bonū eccl'e/aut bonū psone. Quoad pri
mū dr̄ adunare: q2 bonū ecclesie nō pcipitur nisi in aduna/
tione cum mēbris ecclesie. Quoad scd̄m dicit: τ regere: q2
bonū persone est vt quelibet cōgruo regimine tēdat in bo
num proprium τ personale. Hinc Apocalip. ca. vij. Agnus
dei reget illos et deducet ad vite fontes aquarum. Hec au/
tem omnia fm ordinem a capite descendunt in corpus: q2
pacificatio ecclesie est in plātis sic ab incursu malorum ec/
clesiam preseruantibus: et ideo murum se debent ponere
pro ecclesia: et in se suscipere ictus et insultus hostiū. Sic
dicitur Johannis. x. Bonus pastor animam suam ponit
pro ouibus suis. Hinc dominus quibusdam desidiosis im
properat illud Ezechieli c. xiij. capite. Non ascēdistis ex ad
uerso; neqꝫ opposuistis vos murum pro domo israel.

Pater ē principium diuinitatis.

Similiter ad prelatos refert custodia: quia ipsi sunt custodes ecclesie. Sic dr Esa. lxij. Sup muros tuos constitui custodes: tota die et tota nocte in ppetuū nō tacebūt. Adunatio etiā in ipsis reperit: q: ab ipsis pfluūt charismata τ dona quib⁹ adinuicē ecclesie mēbra adunant. vnde ad Ephe. iiij. Solicii seruare vnitatē spūs in vinculo pacis. Regimen quoq; ecclesie in ipsorū est manib⁹: vnde dictū est eis Act. xx. Attēdite vobis τ vniuerso gregi: in q̄ vos spūssctūs posuit epos regere ecclesiā dei: quā acq̄siuit sanguine suo. ¶ E Quantes aūt dicimus/ Digneris/ Quia dignatio est qđ dn̄s facit: non nisi meriti. Digneris itaq;. i. dignū iudices ecclesiā tuā sanctā pacificare/ custodire/ adunare τ regere: quia nihil fieri dignū est: nisi qđ de tua benignitate τ misericordi voluntate dignum iudicare volueris: neq; em̄ quia bonū aut iustū est aliquid/ ipsum de⁹ vult: sed q̄a deus vult/ ideo bonū est et iustū. Voluntas nāq; diuina nō ex nostra bonitate: sed ex diuina voluntate bonitas nostra pendet: nec aliq̄d bonū/ nisi q: a deo fit acceptū. Ratio autem quare sic vel sic acceptat aliqua diuina voluntas: non est bonitas presupposita in obiectis quibuscūq; alijs a se deo: sed ratio est in ipsa sola diuina volūtate: q: em̄ ipse acceptat aliqua in tali gradu: ideo sunt bona in tali gradu: τ non econuerso. Nam sicut voluntas diuina est causa omniū vt sint: ita etiā causa electoꝝ vt suis donis digni sint: vt ita nihil sit qđ nō de interiori inuisibili atq; intelligibili aula summi imparatoris egrediatur sm̄ ineffabilē iusticiā: nō nostram/ sed suā: vt dicit Augu. iij. de trini. c. iiij. Non ergo nisi voluntas causa prima est sanitatis τ egritudinis/ premioꝝ atq; penarū/ gratiarū τ retributionū. Ideo petimus vt nō ppter nr̄as iusticias: sed suā bonitatē eccl'iā suā pacificet τc. qđ innuit verbū/ Digneris. ¶ F Sequit: Toto orbe terrarū. supple diffusam. Vocata siquidē est ecclesia de omnibus finibus terrarū. qđ signatū est Act. ij. Quoniā cum apli inceperūt euangeliū christi p̄dicare: loquebātur oīm linguis. Erāt em̄ in hierusalē habitātes viri iudei: τ ex omni natione q̄ sub celo est: quibus oībus predicabāt apostoli linguis suis. Et hoc est qđ de christo capite ecclesie loq̄tur dn̄s p Esa. xlix. Dedi te in lucē gentiū: vt sis salus mea vsq; ad vltimū terre. De hoc etiā pphetatū est p Esa. ij. dicentē. Et venient populi multi et dicent. Venite ascēdam⁹ in montē dn̄i: et in domū dei iacob ingrediamur. i. in ecclesiam: et ostendet nobis viā suā et ambulabim⁹ in ea. Et h̄ est qđ in euangelio ait Mat. viij. Multi ab oriente τ occidente. i. ex omni tribu et gente veniēt. Et in ps̄. Oēs gentes quascūq; fecisti venient et adorabūt corā te dn̄e. Qđ vt verū fieret: p̄cepit christ⁹ aplis dicēs. Eūtes in vniuersum mundū/ docete oēs gentes: et p̄dicate euāgeliū omni creature. Qđ et fideliter iplenerūt/ sm̄ q̄ de ipis p̄dictū fuerat In omnē terrā exiuit sonus eoꝝ: et in fines orbis terre verba eoꝝ. Propter qđ et dn̄s Act. j. querētib⁹ de restitutiōe regni israel/ respondens subiecit: Vos eritis mihi testes in hierusalē et in omni iudea τ samaria vsq; ad vltimū terre. Sic ergo impleta est pmissio abrae fidelis Gen. xvij. Eris pater multaꝝ gentiū. Qm̄ eius fides dilatata est p totū orbē: ita vt et nos ipsi de gentib⁹ ad fidē ipsi⁹ vocati sum⁹: dicēte aplo. Si ergo vos christi: ergo semē abrae estis. Gal. iij. Sic verificatū est illud Esa. lxij. Videbūt gentes iustū tuū: et cūcti reges inclytū tuū. i. filiū dei/ quē abraā futurū credidit: et credendo fidei oculis vidit: sm̄ illud Joh. viij. Abraā exultauit vt videret diem meum: vidit τ gauisus est Ex qb⁹ satis patet ecclesiā christi toto orbe diffusam. Hinc et beat⁹ Grego. parabolā Mat. xiij. de sagena missa in mare/ de ecclesia exponit: q̄ ex omni genere piscium. i. ex omni natione et tribu hoīes cōgregat. Sic in cantico. beatorum ambrosij τ augu. dr. Te per orbē terrarū scta cōfitet ecclia. ¶ Ex quibus solui potest quorūdā q̄stio. Quid erit/ et qđ est de oībus habitantibus in finibus terre/ aut insulis maris/ viuentibus sm̄ dictamen naturalis ratiōis: ad quos si dies christi non puenit: dānabunt illi vel saluabunt. Patet ex premissis: q: ecclesia toto orbe terrarū diffusa est: vel sm̄ inhabitationē fideliū: vel fidei propalationē. Hinc venerabilis Hugo de sacramētis parte. vj. ca. v. lib. ij. ait. Ego vel neminē: talem esse: vel si forte aliq̄s est: si eius culpa nō obstitisset: audire aut scire potuisse ac debuisse sine cunctatiōe affirmo: maxime cū scriptura dicat. In omnem terrā exiuit sonus eoꝝ. In omni terra quidē vel auditi sunt: contēptores dānabunt. Vel auditi non sunt p culpa sua: τ ignorantes ignorant et non saluant. ¶ Dn̄s armicanus pmas hibernie dicit: Posito q̄ tales essent: qđ nō est verisimile: nō arctant lege christi: τ excusant p ignorantiā: ne scz peccent nouo pctō per nō receptionē baptismi τ similiū: tamen penam legis iuste subire cogunt: q̄ est ppter transgressionem primorum parentū: separant a ppetua visiōe dei: sicut paruuli decedētes ante susceptione baptismi. Verū potest dici q̄ cum deus nō deficit homini in necessarijs ad salutem si fuerit aliquis talis bene vtens naturalibus: et faciēs qđ in se est/ ad cognoscendā viam iusticie et salutis: aut p immediatā internāq; spūssancti illuminationē: aut per alicuius instruentis adhibitionē: pandet huiuscemodi via salutis: etiā si inter infideles cōstitutus fuerit. Cuius rei testis est cornelius centurio Act. x. τ eunuchus candacis regine Act. viij. Ad quorū primū missus fuit petrus apostol⁹. Ad scđm philippus diaconus. Historie note sunt. Testis est τ barbara virgo et martyr: q̄ inclusa a patre in turri illuminata est: et beata christina a dn̄o miraculose baptizata: vt historie testant. Huius sentētie est cancel. paris. gers. cum plerisq; alijs. ¶ G Una cū famulo tuo papa nostro et antistite nr̄o. N. Et rege nostro. N. Ista est scđa pars partis scđe prime partis p̄ncipalis: in qua postq̄ sacerdos petijt sacrificiū acceptari τ bn̄dici p tota ecclia gn̄aliter: petit acceptari et benedici p summis ecclesie hierarchis et capitibus specialiter: vnde dicit: Petim⁹ acceptari hec nostra sacrificia/ p ecclesia tua/ vna cū famulo tuo papa nostro. N. Una. i. simul vel pariter: et est aduerbium congregandi: et notat in presenti associationē capitis cū corpore. Papa em̄ caput est eccl'ie falē vicariū et ministeriale: vt infra dicetur. Petit ergo sacerdos accepta haberi hec sacrificia p ecclesia et papa. id est p corpe et capite mysticis. ¶ Nomē papa in scripturis non inuenit: sed sumptū dicit ab interiectione pape: que admirationis affectū importat: vnde eis proprie conuenit et attribuitur: qui in conuersatione sunt admirabiles vita sanctitate et doctrina: ad quem sensum dominus iesus christus noster summus est papa: de quo scribitur Esaie. ix. Et vocabitur nomen eius admirabilis. Sic olim omnes episcopi vite pollentes sanctitate/ pape sunt vocati. Unde beatus Hieronym⁹ in epistolis ad Augustinū scribēs ait: Domino vere sancto et beatissimo pape augustino. Sic augustinus ad paulinum: libros beatissimi pape aurelij episcopi. Et bonifacius comes ad augu. Ora venerabilis papa/ vt talis de inimicis vltio sepe procedat. Et tamen neq; augustinus: neq; aurelius fuit episcopus romanus: sic refertur grecos cunctos presbyteros papas nominare. Nuncvero nomen papa soli romano attribuitur pontifici/ qui dicitur papa/ quasi pater patrum. id est episcoporum et sacerdotū/ qui iure patres appellantur. xcvj. distin. ca. In scripturis. τ. c. sequenti. Quis dubitat. vbi dicit Grego. ad hermannum metēsem episcopum. Quis dubitat sacerdotes christi/ regum et principū omniumq; fidelium patres τ magistros censeri. Item thelesphorus papa. vj. q. j. sacerdotes. Omnis qui aduersus patres. id est sacerdotes armantur: infames esse censemus. Patres enim omnes. i. sacerdotes venerandi sunt nō respuendi aut infamandi. Refert etiam Eusebius cesariensis q̄ excellentia romani imperij extulit papatum romani pontificis super alias pro eo q̄ distin. xcvj. cap. Constantinus ij. legitur. Constantinus imperator quarta die sui baptismi priuilegium romane ecclesie pontifici contulit: vt in toto orbe terrarum pontifices et sacerdotes ita hunc caput habeant sicut iudices regem. Quod etiam posterius confirmatum est per conciliū generale. Unde idem Cela

Papa caput eccli
Pape
Pres uero di. sut
Constantini Pri uilegiu

riensis. Nicena (inquit) synodus hoc cōtulit priuilegium romano pontifici: vt sicut romanoꝝ rex augustus pre ceteris appellat: ita romanus pōtifex pre ceteris epis papa velut principalis pater vocaret. ¶ I Et recte quidē papa id est pater ꝑncipalis: q: caput est fidei iā et totius ecclesie militantis. xxij. dist. Sacrosancta. Petrus dicit᷒ est cephas et caput: eo ꝙ ꝑncipatū teneret apostolatus. Non aūt tantum cōstantini ordinatiōe: neq̧ petrū: sed diuina romana ecclesia primatū obtinuit. Unde in eodē canone Sacrosancta. dicit anacletus q̄ fuit quart᷒ post beatū petrū successor beati demētis: q̄ sedit anno dn̄i. ciiij. et ita longe ꝑcessit cōstantinū. Sacrosancta romana ⁊ aplica ecclesia nō ab apostolis: sed ab ipso dn̄o et saluatore nr̄o primatū obtinuit: sicut beato petro aplo dixit. Tu es petrus et sup hanc petrā ⁊c. Et sequit: Hec vero apostolica sedes caput ⁊ cardo (vt prefatū est) a dn̄o: et nō ab alijs cōstituta est. Et sicut cardine ostiū regit: sic huius aplice sedis autoritate oēs ecclesie dn̄o disponente regunt. Hinc. vij. q. j. Mutatiōes. Antherius papa de beato petro loquēs ait: Petrus sctūs magister noster ⁊ princeps aploꝝ. Et leo papa. xxiiij. q. j. cū beatissim᷒. Cū beatissimus petr᷒ aplus a dn̄o accepit principatū Unde et beat᷒ dionysius in li. de diuinis no. c. iij. ipsum vocat verticē. i. capitaneū. Uel sm aliā translationē. Petrus supremū decus et antiq̄ssimū theologoꝝ culmē. Et in libello quē scripserat de morte apostoloꝝ pe. et pa. dicit. Cū separarent abinuicē ducti ad supplicia: paulus petrū alloq̄tur in hec v̄ba: Pax tecū fundamētū ecclesiaꝝ pastor ouiū et agnoꝝ christi. Item marcelius papa. xxiiij. q. j. Rogam᷒ ait: Rogamus vos fratres dilectissimi: vt nō aliud doceatis neq̧ sentiatis ꝙ qd̄ a petro et reliq̄s aplis atq̧ patrib᷒ accepistis: ipse em̄ est caput totius ecclesie. Et beat᷒ Aug. li. ij. de vnico baptismo. Puto ꝙ sine vlla sui contumelia cyprianus epūs petro apostolo cōparat quantū attinet ad martyrij coronā. Ceterū magis vereri debeo ne in petrum cōtumeliosus existā. Quis em̄ nescit illū apostolatus ꝑncipatu cuilibet episcopatui ꝑferendum: sed etsi distat cathedrarū gratia: vna tamen est martyrū gloria. Et ponit. ij. q. vij. Puto. ¶ Ex oībus his patet petrū fuisse caput ecclie: et primatū inter omnes tenuisse. Cum aūt quilibet papa canonice intrans successor sit petri: sequitur ꝙ quilibet talis omnē dignitatē autoritatem et ꝑncipalitatem habeat quā habuit petrus. Is em̄ qui in ius succedit alterius: eo iure quo ille: vti debet. de regulis iuris. Is qui. li. vj. Nam si minus haberet ꝙ prim᷒: nō esset vera successio. vt arguit glo. in casu simili in ca. Cū oēs. de cōstitutionib᷒. Et per cōsequēs etiā nunc papa caput est ecclesie et hierarcha summ᷒ sicut fuit petrus tēpore aploꝝ: etsi mō nō refulgeat his virtutibus q̄bus petrus ceteros ꝑcellebat. ¶ L Beat᷒ quidē petrus nō modo officij dignitate: verū etiā virtutū excellentia prestabat fide scʒ humilitate ⁊ charitate. Nam ꝑpter fidei eminentiā: que fundamētū est ecclesie et toti᷒ spūalis edificij: petro datū est vt ad q̄stionē fidei de christo pro oībus respōderet: dicēs ad christū. Tu es christ᷒ filius dei viui. Ex qua fide arras accepit prefecture ecclesie.

Matth. xvj.

dicente ei dn̄o. Et ego dico tibi q: tu es petrus: et sup hanc petrā edificabo ecclesiā meam. Et iterū. Et ego ꝑ te rogaui vt nō deficiat fides tua: et tu aliquādo cōuersus: confirma fratres tuos ꝑ predicationē videlicet et doctrinā vere fidei et euangelij.

Luc. xxij.

Precellens humilitas claruit: cum correptionē pauli q̄ ipso fuit inferior et in faciē ei restitit: patienter et humiliter tolerauit. ad Gal. ij. Patet ⁊ ex sua ꝑfectione sup ceteros a christo: qui eos nouit qui se humiliāt exaltare. Charitatis excellentia patet ex feruore operū sue vigilantia et discursu ꝑ lucrifactione animarū. vt tradit actuū historia. Patet etiā ex christi q̄stione eiusq̧ respōsione: cū em̄ quereret christus. Simon iohānis diligis me plus his Respōdit. Tu scis dn̄e q: amo te. Post quā respōsionem tertio datā statim dn̄s sibi pascēdas cōmisit oues. Un̄ patet dignitas petri: nedū ex prelatione qua factus est caput ecclesie: sed etiā ex v̄tutū excellētia et christi dn̄i imitatiōe singulari. In quo vtinam haberet tot imitatores: quot habere sui principat᷒ et officij cernitur appetitores. Lōge alij mores aliaq̧ pompe vident in successoribus ꝙ in petro: cuius successiōe gratulant. De quo ad eugeniū papā beatus Bern. in li. de cōsideratiōe ita scribit. Inter hec tu pastor ꝑcedis deauratus tam multa circūdat᷒ varietate: oues quid capiunt. Si auderē dicere: demonū plus ꝙ ouiū pascua hec sunt. Et post pauca. Petr᷒ hic est q̄ noscit ꝑcessisse nō gemmis ornatus vel sericis: nō tectus auro: aut vectus equo albo: nec stipatus milite: nec circumstrepentib᷒ ministris: absq̧ tamen his credidit satis posse implere mandatum christi salutare. Si amas me pasce oues meas. In his nō successisti petro: sed cōstantino. Hec ille. ¶ Uerūtamē etsi papa tanꝙ homo viator nondū in gratia cōfirmatus quādoq̧ deuiat: q̄m teste Chrys. non loca hominē sanctificant: sed homo locū. xl. di. Multi. Neq̧ sanctoꝝ filij sunt q̄ tenēt loca sanctoꝝ: vt ait Hiero. eadē dis. Non est. et Greg. anastasio presbytero. Non loca vel ordines creatori nostro nos ꝑximos faciūt: sed nos aut merita bona coniungunt: aut mala disiungunt. eadē dis. Non loca. Non tamen capitis dignitatē amittit: nisi in heresim lapsus extra ecclesiam fieret. eadē dis. Si papa. In q̄ casu licet heresim ꝑtinaciter defendēs nō esset caput ecclesie: nihilomin᷒ non esset ecclesia sine capite: q̄m verū caput ecclesie christ᷒ est: ait aplus ad Eph. j. Ipsum dedit caput sup omnē ecclesiā: q̄ est corpus eius. Item ca. v. Christ᷒ caput est ecclesie: ipse saluator corpis ei᷒. Itē ad Col. j. Ipse est caput corpis ecclesie. Caput mysticū sicut corpus mysticū est ecclesia ꝑpter similitudines repertas in corpore vero: quas exprimit aplus. j. Cor. xij. Possum᷒ igit cōsiderare in capite scʒ ordinē ꝑfectionē et virtutē. Ordinē quia caput est prima pars hoīs: et inde est ꝙ omne ꝑncipiū consueuit dici caput. sm illud Ezech. xvj. Ad omne caput vie edificasti signū ꝑstitutionis tue. Perfectionē quia in capite vigent oēs sensus interiores ⁊ exteriores: cū in ceteris membris solus sit sensus tactus. Et inde est ꝙ dicit Esa. ix. Longeuus ⁊ honorabilis ipse est caput. Uirtutē quia ceteroꝝ virtus ⁊ motus est a capite: ꝑpter virtutē sensitiuā et motiuā ibi dominantē: ꝑpter qd̄ et populi rector caput eius dicitur. sm illud. j. Reg. xv. Cū esses paruulus in oculis tuis: caput in tribub᷒ fact᷒ es. He capitis cōditiones christo vere cōpetūt respectu ecclie corporis eius: ꝑpter quod nomē capitis cōgrue ad ipsum translatū est: habet em̄ ordinē eminētie. Unde de ipo dicit in ps̄. Ego ꝑmogenitū ponā illū excelsum pre regib᷒ terre. Et vere primus et excelsus: q: oēs alij gratiā receperunt ꝑ respectū ad gratiā suā. Hinc ad Rom. viij. Quos presciuit hos et ꝑdestinauit ꝯformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratrib᷒ suis. Scd̄o habet perfectionē quātū ad plenitudinē oīm gratiarū. sm illud Joh. j. Uidimus gloriā eius gloriā quasi vnigeniti a patre: plenū gratie et veritatis. Tertio virtutē habet influendi gratiam in membra ecclesie corpis sui: nam de plenitudine ei᷒ oēs accepim᷒. Joh. j. Quippe sm diuinitatē ipse est autor grē fidei ceterorūq̧ donoꝝ spūaliū: q̄ influit et causat effectiue ꝑncipaliter in nobis in ꝑticipatiōe sacramētoꝝ. sm humanitatē vero causa est meritoria eorundē. Nam ꝑpter passionē: quā sua spōte sm humanitatē subijt: deus pater statuit hec dona cōferre hoībus: q̄ principia sunt sensus et motus opationū spūaliū et vitaliū in recipiētib᷒ ea. Et ꝑpter influxū hoꝝ donoꝝ a christo in membra ecclesie christus dicit caput ecclesie: nō per ꝑprietatē: sed ꝑ similitudinem capitis naturalis. ¶ M Papa etiā est caput ecclesie sm predicta ꝑpter cōformes similitudines: licet multū differenter a christo. ¶ Primo ꝑpter ordinē et ꝑpinquitatem ad deū ratiōe officij: q: ipse summ᷒ est hierarcha in ecclesia: ad quē stat et reducit tanꝙ in suū ꝑncipiū oīs ordo ecclesiasticus: vt dicit Inno. terti᷒ in ca. Solite. de maio. ⁊ obe. Papā in petro oībus prefecit constituēs eum pastorē ouiū suarū generalē nō discernēs has oues ab illis: cū dicit. Pasce oues meas. id est sm Chrys. loco mei ꝑpositus et caput esto

⁊ caput esto fratrum: vt ipsi in te locum meū assumentes
vbiq̄ terrarū te in throno sedente p̄dicent ⁊ confirmēt.
❡ Secūdo caput est ꝓpter ꝑfectionē accepte potestatis
que ꝫm sui plenitudine in ipso residet vt in capite: sicut
⁊ in petro papa p̄mo cui dn̄s tanq̄ eterne vite clauigero
terreni simul ⁊ celestis imperij iura cōmisit: vt habetur
dist. xxij. Oēs. De quo Chryso. sup Mat. Filius/que pa
tris est ⁊ ipsius filij: ptātem petro vbiq̄ terrarū cōmisit:
⁊ hoi mortali oēm autoritatem dedit: vt ecclesiam vbiq̄
terrarū amplificet. Unde ⁊ eccl̄ia de ipo canit. Tu es pa
stor ouiū princeps apostoloꝝ. Plenitudo aūt ptātis pe
tro collata trāsit in successores. ❡ Dicitur etiā tertio ca
put ꝓpter virtutem influxiuā. dependet siquidē ab eo to
tus ordo ecclesiasticus: vt dictū est: in dispositione minis
stroꝝ ecclesie: ⁊ ab ipso fluit mediate vel immediate oīs
ptās spūalis: siue in p̄latis maioribus: siue in simplicib⁹
presbyteris. Unde leo papa distin. xix. Ita dn̄s. dicit: Ita
dn̄s ptātem clauiū ad oim aploꝝ officiū ꝑtinere voluit:
vt in beatissimo petro oim aploꝝ summo/huius mune
ris sacrm̄ p̄ncipaliter collocaret: vt ab ipso quasi a quo
dam capite/dona sua velut in corpus oē diffunderet: vt
exortem intelligeret se diuini ministerij esse: q̄ ausus fuis
set a petri soliditate recedere: hūc em̄ in ꝯsortium indiui
due vnitatis assumptum/id qd̄ ipse erat dn̄s voluit no
minari: dicēdo. Tu es petrus: ⁊ sup hāc petrā edificabo
eccl̄iam meā: vt eterni tēpli edificatio mirabili munere
gratie dei in petri soliditate cōsisteret. ❡ N Magna
aūt est huius capitis a p̄mo capite differentia: q: xp̄s ca
put est ecclesie ꝫm oē tempus/p̄teritum/presens ⁊ futu
rum: q: oēs quicūq̄ saluati sunt/qui saluātur: ⁊ q̄ salua
buntur: in xp̄i noie salutem percipiūt: q: nō est aliud no
Act. iiij. men sub celo datum hoibus in quo oporteat saluos fie
ri/q̄ in noie iesu: vt ait pe Papa aūt est caput eccl̄ie ꝫm
tempus determinatū/scȝ ꝫm tempus sui pontificat⁹. Un
scribit de sacerdotib⁹ ⁊ confessorib⁹/in quib⁹ ⁊ summus
sacerdos cōprehendit. Plures facti sunt sacerdotes ide
Heb. vij. circo q̄ morte prohiberent permanere. Jesus autē in eo
q̄ maneat in eternū sempiternū habet sacerdotiū. vnde
in ps̄. Tu es sacerdos in eternuȝ. Christ⁹ quoq̄ caput est
ecclesie ꝫm omnē statū/vie scȝ patrie/militantis ecclesie
⁊ triūphantis: q: datuȝ est ei nomē quod est super omne
Phil. ij. nomē. In quo flectat omne genu celestiū terrestriū ⁊ in
fernoꝝ. Papa aūt caput est ecclesie ꝫm determinatū sta
tum/presentis scȝ peregrinationis et vie. Unde dictū est
ei. Quodcūq̄ ligaueris super terrā: vt intelligatur pape
potestas ad viatores in terris cōsistētes limitata. ❡ Pre
terea christus caput est ecclesie principale ⁊ primariū: in
se omnia dona et gratiarū charismata cōtinens: et ꝓpria
virtute ⁊ autoritate membra viuificās: ac motū ⁊ sensus
spirituales influens. Papa vo caput est ecclesie secūda
rium ministeriale ⁊ vicariū: nōnunq̄ virtutib⁹ grā ⁊ do
nis vacuū. Neq̄ em̄ ipse influit vitā spiritualeȝ in mēbra:
neq̄ ipse dat mēbris sensum ⁊ motū: nisi vt minister ⁊ vi
cari⁹ christi. Propter quod dicit apostol⁹. ij. Cor. v. Pro
christo legatione fungimur tanq̄ deo exhortāte per nos
❡ O Et per hoc patet q̄ ecclesia nō est mōstruosa ⁊ bi
ceps seu bicapitalis: quia nō habet duo capita ex equo ⁊
principalia: sed vnū principale/⁊ aliud vice eius tenens:
quod nullā inducit mōstruositatē. Sunt em̄ tanq̄ vnuȝ
caput/inquantū caput principale agit per papā tāq̄ per
vicariū ⁊ vicē suam sua cōmissione tenentē: sicut rex itur⁹
in regionē longinquā regit per gubernatorē: ⁊ episcop⁹
in casu per coadiutorē. Patet etiā q̄ ecclesia per mortem
pape nō est acephala: nec vo suo sponso viduata. Nō em̄
deserit ecclesiam suaȝ christ⁹: cui suā inseparabilē ꝓmisit
presentiā Mat. vl. dicēs. Ego vobiscū sum omnib⁹ dieb⁹
vsq̄ ad cōsummationē seculi. Huius aūt famulū ⁊ mini
strum recognoscit se papa: immo ⁊ seruoꝝ ei⁹: dū in bul
lis suis se scribit seruum seruorū dei. Et in altaris officio
pro eo orātes dicimus. Una cū famulo tuo papa nostro.

Pro hoc ergo famulo christi/et vicario eius/per quē ec
clesiam suam regit ⁊ dirigit/tanq̄ pro homine errare po
tente oramus: ⁊ rationabiliter. Nam vt docet beat⁹ Bo
nifacius martyr: pro eius perpetuo statu vniuersitas fi
delium tanto instātius orat: quanto suā salutē post deū/
ex illius incolumitate animi animaduertit propēsius de
pendere: vt habet dis. xl. Si papa. Oramus ergo pro pa
pa/vt a peccatis ⁊ erroribus: que tanq̄ membris capitis
īfirmitas: ecclesie maxime nocēt: misericorditer p̄seruet
vt quoq̄ iuxta diuine legis sanctionē/et naturalis iuris
equitatē suscepta vtat potestate: nō in destructionē: sed
edificationeȝ ecclesie: pareatq̄ dn̄o suo regimine plebem
perfectā. ❡ Et sequit. Papa nostro. N. Per quod intel
ligi dat/q̄ celebrans orans pro papa/nomē eius debet
exprimere: vnde dicit Pelagi⁹ papa allegāte Alber. Ab
vniuersi orbis cōmunione sunt separati: q̄ qualibet dis
sensione inter sacra mysteria apostolici pontificis nomē
ꝫm cōsuetudinē nō frequentāt. Debent ergo celebrātes
nominare modo innocentium: qui diuina ꝓuidentia api
cem apostolatus tenet: dū hec scribimus. Hoc aūt intelli
gendum est q̄ nemo celebrantiū ex cōtemptu nomē pa
pe pretermittere debet: ideo addit: qui qualibet dissen
sione. Si em̄ celebrās nomē pape nō crasse ignorauerit:
vel legēdo canonē nō occurrerit: ⁊ ita pro papa sine no
minis sui expressione orauerit: nō estimo illū peccatū in
currere. Nec oportet pro rememoratione nominis sacer
dotem diu tardare: ne cōfusio/tediū/aut scandalū in po
pulo oriat: ⁊ ꝓprie mētis distractio causa vitādi maioris
periculi caueat. ❡ P Pro rege nostro. N. Postq̄ sacer
dos in persona ecclesie orauit ꝓ papa: qui est princeps ⁊
suprem⁹ in potestate ecclesiastica ⁊ spirituali: cōsequenter
orat pro rege qui supremus princeps est in potestate ter
rena ⁊ seculari. Unde ꝫm Inno sicut sunt due vite/cele
stis scȝ ⁊ terrena: vna qua spirit⁹ viuit cū deo: altera qua
ex spiritu viuit caro: ⁊ vtraq̄ nutrit vt possit subsistere: ce
lestis spiritualib⁹: terrena corporalib⁹. Ita sunt due po
testates: ecclesiastica videlicet ⁊ mundana: vna que mo
derat spiritualia: alia que corporalia. Ista per clericos:
illa regit p laicos: et ista vacet celestib⁹: illa corporalib⁹.
Ista quantū ad animā: illa quantū ad corp⁹. He due po
testates duo gladij sunt: de quib⁹ dn̄o apostoli dixerunt
Lu. xxij. Dn̄e ecce duo gladij hic. He sunt ⁊ duo lumina
ria magna: que posuit dn̄s in firmamento celi: hoc est ec
clesie. Due scȝ dignitates/pontificalis autoritas ⁊ rega
lis potestas: vt dicit Inno. in c. Solite. de maiori. et obe
dientia. Illis duab⁹ potestatib⁹ gubernatio et regimen
mundi est cōmissum. De ptāte spirituali patuit ex verbis
christi ad petrū. Pasce oues meas. nō discernēs illas ab
istis. De seculari patet ex v̄bis eiusdē cū r̄ndit iudeis que
rentib⁹/vtrū liceret cēsum dare cesari. Reddite q̄ sunt ce
saris cesari. Ex v̄bis quoq̄ petri apl̄i. Subditi estote oī
humane creature ꝓpter deū: siue regi q̄si p̄cellenti: siue
ducib⁹ tanq̄ ab eo missis ad vindictā malefactoꝝ/laudē
vo bonoꝝ. j. Pe. ij. De ambab⁹ simul scribit Gelasi⁹ pa
pa anastasio imperatori. xcvi dist. Duo q̄ppe. dicēs. Duo
quippe sunt imꝑator auguste q̄bus p̄ncipaliter hic mun
dus regit: autoritas sacra pontificū/⁊ regalis ptās. In
q̄bus tanto grauius est pōdus sacerdotū: quāto etiam ꝓ
ipsis regib⁹ hoim in diuino sunt reddituri examine rōnē
Et btūs Aug. vt habet. xxiij. q. v. Nō frustra. ait. Non fru
stra instituta sunt ptās regalis: ius cognitoris: vngule
carnificis: arma milit: disciplina dn̄antis: seueritas etiā
boni pr̄is: habent oīa ista modos suos/causas/rōnes et
vtilitates: hec cū timent: mali coercent: ⁊ boni quieti in
ter malos viuūt. Cui ꝯcordat paulus Rom. xiij. dicens.
ptātes seculares esse a deo ad terrorē maloꝝ ⁊ laudem
bonoꝝ. vnde ait. Uis nō timere ptātem: bonū fac: si aūt
malefeceris/time. Nō em̄ sine cā gladiū portat. Et btūs
Isido. lib. iij. sniarū suarū. c. liij. Principes seculi nōnūq̄
intra eccl̄iam ptātis adepte culmina tenēt: vt p eandem

Pro papa quare orandū sit. ij. Cor. x.

Gladij duo

Mundus duobus regitur

potestatē/disciplinā ecclesiasticā muniant. Ceterū in ecclesia ptātes necessarie nō essent:nisi vt qđ nō ꝑualēt sacerdotes efficere ꝑ doctrine sermonē: ptās hoc ipleat ꝑ discipline terrorē. Sepe ꝑ regnū terrenū celeste regnū ꝓficit:vt q̄ intra ecclīam positi/cōtra fidē ⁊ disciplinam agūt: rigore ꝑncipū cōterant. Ipsamq3 disciplinā quā ecclesie vtilitas exercere nō ꝑualet:ceruicib⁹ supbo ptās ꝑncipalis iponat. Et sequit. Cognoscant ꝑncipes seculi deo debere se rōnē reddere ꝓpter ecclīam/quā a xp̄o tuendā suscipiūt. Nā siue augeat pax et disciplina ecclesie ꝑ fideles ꝑncipes:siue soluat:ille ab eis rōnē exigit:qui eoꝝ ptāti suā ecclesiā credidit. Hec Isid. ⁊ habet eadē.q. Principes. Ex q̄bus satis patet ꝙ regis interest/⁊ secularis ptātis ecclīam in pace ⁊ trāquillitate tutare ⁊ defensare. Et q2 ecclīa defensionē recipit a regia ptāte:iure naturalis ptātis obligatur:vt suffragiū quale pōt maxime spūale/rependat:qđ facit ꝑ sacerdotē obsecrādo vt clementissim⁹ pater accepta habeat hec scā sacrificia ꝓ rege nostro. ℭ Q Fit aūt oṙo ꝓ dignitate regia post orationē factā ꝓ papa: q2 ptās supma sacerdotalis excedit regiā/antiq̄tate/dignitate ⁊ vtilitate. Antiq̄tate: q2 iubēte deo sacerdotiū institutū est: vt patet Exo.xxviij. Post sacerdotiū instituta est ptās regia ad ppl̄i petitionē: vt habet.j. Regū.viij.⁊.ix.⁊c.xij.ca. Cui⁹ regula qua viuere dz ⁊ regere describit Deut.xvij. Excedit etiā dignitate: vt supra cū ageret de dignitate sacerdotali: aliqualiter dictū est lec.iiij. Et ex eo etiā patet:q2 maior est q̄ b̄ndicit ⁊ q̄ benedicit minor:ſm apl̄m ad Heb.vij. Sine vlla cōtradictione/qđ minus est a meliori benedicit. Rex autē in imꝑatorē ꝓmouēdus cōsecrat/b̄ndicit/vngit ⁊ coronatur a sacerdote sup̄mo papa:vt pz in ca. Venerabilē. de electiōe. Hinc vt dicit Innocē.in.c. Solite.de maio.⁊ obe.allegato. Quāta est differētia inter solē ⁊ lunā: tanta inter pōtifices ⁊ reges cognoscat. Premisit aūt Fecit de⁹ duo magna luminaria in firmamēto celi. Luminare maius vt p̄esset diei:⁊ luminare minus vt preesset nocti. Vtrūq3 magnū:sed alterū maius. Ad firmamētū igit celi/hoc est vniuersalis ecclesie/fecit deus duo magna luminaria.i.duas instituit dignitates: q̄ sunt pōtificalis auctoritas/⁊ regia ptās:sed illa q̄ p̄est diebus.i.spūalibus/maior est:q̄ vo carnalibus/minor. Hinc ⁊ imꝑator papā vocat dn̄m:cui vt maiori p̄stat iuramentū.lxiij dist. Tibi dn̄o iohāni pape. Et caput eidem tanq̄ maiori submittit dist.eadem. Valentinian⁹. Unde ⁊ sacerdotes/patres ⁊ magistri regū ⁊ principū appellant.xcvj.dist. Quis dubitat. Propter qđ ⁊ cōstantin⁹ imꝑator indignū iudicat sacerdotes iudicare:vt scribit btūs Greg. mauricio imperatori.xj.que.j. Sacerdotib⁹. Hinc ⁊ imperatores xp̄iani executiones suas p̄sulibus subdere debēt nō p̄ferre.dis.xcvj. Si imꝑator. Et papa trāsfert ptātem supremā secularē de gente in gentē:vt in ca.allegato. Venerabilē. Et imperatorē deponere pōt.xv q.vj. Alius. Itē iuncta glosa. Et ipm pōt excōicare.xcvj.dist.duo sunt. Ex q̄bus oībus patet excellētia dignitatis sacerdotij sup ptātem secularem ℭ R Excedit tertio ⁊ seipsam vtilitate:quia ptās sacerdotalis ꝑ se respicit bona spūalia/⁊ ipsam animā. Secularis vo bona tpalia/⁊ corpus:⁊ ista dirigit in finē naturalē/pacē ciuilē ⁊ politicā/quietā scz ⁊ pacificā cohabitationē: In signū cui⁹ reges ⁊ ꝑncipes ad genua sacerdotū ꝓuoluti:exosculata coꝝ dextra oṙonib⁹ eoꝝ se cōmittunt ⁊ credūt cōmuniri:vn̄ ⁊ ipsi sacerdotes ꝓ eisdem in diuino sunt reddituri examie rōnē.dist.xcvj. Duo sunt. Hinc q2 sacerdotiū p̄est spūalibus/maius lumē dictū est. Sicq3 aīa plus est q̄ esca:⁊ corp⁹ pl⁹ q̄ vestimētū: ita ptās spūalis plus est q̄ secularis:⁊ ideo recto ordine post oṙonē ꝓ papa orat sacerdos ꝓ rege: hoc est ꝓ cōstituto in suprema dignitate laicali. Neq3 refert in ꝓposito vtrū imꝑator sit an nō:q2 ꝑ dignissim⁹ est status in ordine laicoꝝ inter ꝑncipes ⁊ seculariū ptātes. ℭ Verū hāc clausulā nōnulli referūt ad regē hūc/in cui⁹ regno sacerdos celebrat:vel etiā ꝑncipem secularē supremū terre in qua celebrat. sicut illud qđ sequit: ꝓ antistite nostro: refert ad ep̄m istius diocesis in q̄ missā dicit sacerdos. Ad orādum aūt ꝓ ꝑncipe hortat apl̄s dicēs.j.ad Timo.ij. Obsecro primū oīm fieri obsecratiōes/oṙones/ postulationes/gratiarū actiones ꝓ oībus hoībus: ꝓ regibus ⁊ oībus q̄ in sublimitate ꝯstituti sunt. vt quietā vitā ⁊ tranq̄llam agamus cū omni pietate ⁊ castitate. A ꝑncipe siquidem fluit in nos rectitudo iusticie et pacis/ quoad regimen ⁊ gubernationē bonoꝝ exteriorū/⁊ defensione a ꝑuersis ⁊ ꝑtinacibus/quos ferire hz gladio sibi cōmisso. Vn̄ ⁊ ꝓpheta Baruch legit ad orandū ꝓ rege q̄sdā exhortatus fuisse/dicēs. Orate ꝓ vita nabuchodonosor regis babylonis:⁊ ꝓ vita balthasar filij ei⁹. vt sint dies eorū/sicut dies celi sup terrā. ℭ S Sequit in textu. Pro antistite nostro. N. Antistes dr̄ quasi ante alios stans. Et dr̄ antistes ſm ianuēsem q̄libet sacerdos: q̄m cuiuslibet talis est stare an̄ pplm ꝑ oṙonē ad deū/⁊ oblationē sacrificij/ꝓ peccō ⁊ salute ppl̄i imperrāda. Vn̄ ⁊ de sacerdotibus vete.testa scribit/ꝙ plorabāt īter vestibulū ⁊ altare/dicētes. Parce dn̄e parce ppl̄o tuo. Johel.ij. Accipit aūt nūc antistes cōiter:cui⁹ maxime est salutē ppl̄i ꝓcurare ꝑ oṙones/p̄dicationes ⁊ vite imitabilis rectitudinē. Vn̄ ⁊ xp̄s gregē suū spāliter ep̄is cōmendauit: vt in actibus paulus ait. Attēdite vobis ⁊ vniuerso gregi: in quo vos spūssctūs posuit ep̄os regere ecclīam dei. Hinc apl̄s scribit.j.ad Tim.iij. Opz ep̄m irrep̄hensibilē eē vni⁹ vxoris virū/sobriū/ornatū/prudentē/pudicū/hospitalē doctorem ⁊c. Amb.q3 in suo pastorali. Magna sublimitas magnā h̄re dz cautelā. Grādis honor grādi dz sollicitudine circūuallari. Cui plus credit: plus ab eo exigit. Ita ⁊ aaron summus sacerdos instāter ꝓ ppl̄o interpellabat. Vn̄ legit Nūe.xvj. Cū ignis egressus a dn̄o multa hoim milia ꝯsumpsisset:moyses mādauit aaron/vt cito ꝑgens ad pplm rogaret ꝓ eis:vn̄ aaron stās inter viuos ⁊ mortuos/ꝓ ppl̄o dep̄catus est: ⁊ cessauit plaga. ℭ T Debent aūt orare sacerdotes ꝓ antistite suo.i.suo pōtifice: ſm Innocē.illi q̄ nō sunt in romana diocesi:quaten⁹ vnitatē spūs in vinculo pacis obseruēt:q̄m ſm Alb.ꝑ ipm a papa p̄mo capite ⁊ sup̄mo dona grārū in nos descēdunt sicut vnguētū p̄mo descēdit a capite in barbā q̄ capiti adheret:a barba stillat in superiora:a superioribus in media:⁊ fluit vsq3 ad orā ⁊ fimbriā vestimenti. Illi autē q̄ sunt de romana diocesi:nō orāt ꝓ alio antistite/q̄ ꝓ summo pontifice:q2 ille cū h̄ ꝙ est ep̄s vlis:est etiā ipsoꝝ ep̄s ꝑticularis. Non em̄ aliū hz ep̄m romana diocesis/q̄ summū et vlem: ꝓpter qđ nōnulli dicūt ꝙ romana ecclīa sup alias ecclīas tenet ꝑncipatū:q2 scz ep̄s roman⁹ est ep̄s vlis et caput:ſm superi⁹ dicta totius ecclīe militātis. Quapropter ⁊ ipsa caput est ⁊ magistra aliarū ecclesiarū/eo loquēdi mō q̄ metropolitana ecclīa dr̄ caput oīm ecclīarū suffraganearū:q2 scz eius ep̄s est caput ⁊ superior: quia archiep̄s earū. In cui⁹ signū aiūt ꝙ ecclīa antiochena/in q̄ petr⁹ (vt historie referūt) septē ānos sedit: sed ꝑusq̄ romā adijt:p̄matum tenuit sup alias ecclīas. Post q̄ vo petrus sedē suā romā trāstulit:romana ecclīa facta est p̄ma ⁊ caput aliarū. De quo h̄r.xxiiij.q.j. Rogam⁹. De hac materia diffuse tractat venerabilis inceptor Guil.ockam in suo dialo.ptc.j.li.v.ꝑ multa capitula/tāgēs diuersas opiniones cū motiuis suis. Debet autē sacerdos offerēs ꝓ ecclīa scā catholica vna cū papa nr̄o ⁊ antistite exp̄mere ep̄i nomē:sicut supra dictū est de papa: vt attētior/certior ⁊ ꝑticularior sit applicatio hui⁹ sacrificij ad ꝑsonas illas:q̄ in sublimitate sunt ꝯstitute:q̄ curā nostri gerunt ⁊ sollicitudinē:ac ꝓ nobis reddituri sunt rōnē. Sequitur.

ℭ Lectio.xxiiij. A

Et oibus orthodoxis. ℭ Postq̄ vtrāq3 potestatē/ecclīasticā scz ⁊ secularem oṙone sua dn̄o cōmendauit:

orthodoxi

orat sacerdos p̄ cunctis fidelibus orthodoxis: qui sub vtraq; parte fidem catholicā tenent/venerātur ⁊ colūt. Dicuntur aūt orthodoxi. i. recte gloriosi: vnde orthodoxus ab orthos grece/qd̄ est rectum latine: ⁊ doxa gloria quasi vir recte glorie. Uel sm̄ Papiā: Doxos. i. doctrina vel regula: vnde orthodoxus quasi rectā regulā seu doctrinā credendo ⁊ viuēdo tenens. Orat ḡ pro oībus orthodoxis. i. oībus fidelibus xp̄ianis/⁊ recte xp̄i fidē ac doctrinā tenētibus. Ui eīm tm̄ recte poterūt gloriari/qbus ꝯscientie testimoniū cōsonat de fide non ficta. Nam paulo attestāte. ij. Cor. j. Gloria nostra hec est/testimoniū cōscientie nostre/ꝙ in simplicitate cordis ⁊ sinceritate dei/nō in sapiā carnali: sed in grā dei cōuersati sumus. Excludūtur ergo a fructu hui⁹ sacrificij īfideles/heretici ⁊ scismatici: p̄ his nō orat sacerdos dicēs. Et oībus orthodoxis. Tales nāq; q: recta fide ⁊ vnione carēt: neq; christo capiti: neq; ceteris ecclesie cōnectuntur mēbris. Siquidē fides vinculū est vniens mēbra capiti: sicut patuit in descriptione eccl̄ie supra posita. Ecclesia est corp⁹ mysticū fide xp̄i animatū. Sunt eīm nō viuentes mystice ⁊ spūaliter quicūq; fide carent. Qm̄ iustus ex fide viuit Abachuc. ij. ⁊ Roma. j. ⁊ ꝑ ꝯsequēs nutrimēti spūalis influxus/scz vite sensus ⁊ motus ad vitaliter operandum a capite xp̄o nullatenus sunt capaces. Sunt eīm a corpore christi rupto vnionis vinculo p̄cisi: ⁊ ideo sicut ram⁹ p̄cisus a radice: ita a corpore xp̄i/qd̄ est eccl̄ia: diuīcti nutriri ⁊ refici nō possunt operatiōe hui⁹ viuifici sacri: si quidē vitam nutriendi nutritio p̄supponit. Recte igitur oībus orthodoxis orationē sacerdos applicat: q: eius sacrificij memoriā agit: qd̄ xp̄s summ⁹ sacerdos pro oībus eccl̄ie sue mēbris/sub diuo orbis medio ꝯsummauit: sm̄ illud p̄phete. p̄s. lxxiij. Operat⁹ est salutē in medio terre. ⁊ ad Eph. j. Instaurare oīa ꝑ sanguinē eius/scz xp̄i/q̄ in celis ⁊ q̄ in terra. Debitum itaq; est vt sacerdos christi typū gerens offerat sacrificiū p̄ oībus orthodoxis: pro qbus idip̄m obtulit xp̄s in ara crucis: nullūq; excludat orthodoxoꝝ tenax minister liberalis dn̄i/q̄ sacrificij fructū voluit esse copiosum: sm̄ illud p̄s. Copiosa apud eū redēptio. Nec cōgruit vt ibi dispensator sit parcus: vbi liberalissim⁹ est dn̄s: ideo pro orthodoxis omnibus sine exclusione orat: vt in suo ministerio fidelis inueniatur.

¶ B Atq; catholice ⁊ apostolice fidei cultorib⁹. Tales eīm sunt recte gloriosi: q deū recte fidei ꝯfessione glorificant: ⁊ sm̄ catholice ⁊ apostolice fidei regulam vere colūt: ad quos apl̄s ad Gal. scribēs ait ca. vlti. Et q̄cūq; hanc regulā/scz fidei iesu xp̄i/secuti fuerint: pax super illos ⁊ misericordia. ¶ Sed dice. Sup̄flue videt̄ additum: catholice ⁊ apl̄ice fidei cultoribus: q: sufficiēter includitur in verbo: oībus orthodoxis. R̄ndetur ꝙ nō sup̄fluit q: fidei cultus ꝑ hoc additū expressius declarat̄: in eo ꝙ ꝯditiōes fidei quo vere de⁹ colitur manifestius exprimuntur. Est eīm fides ista catholica: est ⁊ apl̄ica. Catholica/ q: eius p̄ncipia nō particulariter: sed vniuersaliter toti mūdo sunt tradita: nō sicut lex vetus/q̄ dūtaxat vni populo israelitico: semini scz abrae/data ceteros non obligabat: naz abrae dicte sunt p̄missiones salutis et semini eius. ad Gal. iij. Ideo p̄cipue a semine abrae de quo nasciturus erat xp̄s: deus fuerat colēdus. Qui postq̄ ꝑ carnis assumptionē venit: legē tulit vniuersalē vniuerso mūdo necessariā. Cui⁹ p̄mulgationē iniūxit apl̄is dicēs. Eūtes in mundū vniuersum: p̄dicate euāgeliū oī creature. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit: salu⁹ erit. Mar. vlt. Qd̄ astruit necessitatē baptismi gn̄aliter quoad oēs tribus/nationes ⁊ gentes. Per hui⁹ nāq; susceptionē ascribit̄ suscipiēs familie xp̄i: cui soli patet introitus regni celestis. dicēte saluatore Johā. iij. Nemo ascēdit in celū nisi q̄ descēdit de celo/filius hoīs q̄ est in celo. Christus. s. totus cū corpe suo ⁊ mēbris. Hinc dn̄s ad nicodemū. Nisi qs renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ spūsctō non pōt introire in regnū dei. Ibidē. Est ḡ fides catholica. i. vl̄is/q̄ nullum respuit se suscipe volentē. Solaq; est q̄ suos p̄fessores ad regnū/⁊ eternā btitudinē prouehit ⁊ p̄ducit. ¶ C Est etiā fides apl̄ica: hoc est ꝑ apl̄os toti mūdo ꝯcorditer p̄mulgata. Uel apl̄ica. i. in apl̄is tanq̄ firmis radicib⁹ fundata. Apl̄i nāq; accepta p̄mulgāde fidei cōmissione/anteq̄ in oēm terrā se segregarēt ad p̄dicandū fidē in fines orbis terre: cōuenerūt in hierl̄m: ⁊ fidei articulos quos p̄dicaturi erāt: simul ꝯtulerūt: fideiq; symbolū ediderūt vt vniformis esset eoꝝ doctrina: nec inter eos forēt scismata: ꝑ quos tot⁹ fideliū cetus in vnitatē fidei fuerat colligendus. vn̄ apl̄s. j. Cor. j. Obsecro vos frēs ꝑ nomē dn̄i nostri iesu xp̄i: vt idip̄m dicatis oēs: ⁊ nō sint i vobis scismata. Quib⁹ vt idē paulus apl̄s ꝯcorditer euāgelizaret/ ad apl̄os ascēdit/ꝯferens cū eis doctrinaliter: vt dicit ad Gal. ij. Ascēdi hierosolymā cū barnaba/assumpto ⁊ tito ⁊ ꝯtuli cū illis euāgeliū qd̄ p̄dico in gentib⁹. seorsuz aūt his q̄ videbant̄ aliq̄d esse: ne forte in vacuū currerē aut cucurrissem. Est etiā fides in apl̄is/tanq̄ radicib⁹ firmis firmata: nā apl̄i fidē fundauerūt sup p̄mū fundamentū scz xp̄m. ad Eph. ij. Supedificati sup fundamentū apl̄orū ⁊ p̄phetarum/ipso summo lapide angulari iesu xp̄o: vn̄ et ipsi apl̄i fundamēta fidei ⁊ eccl̄ie dicunt̄. p̄s. lxxxvj. Fundamēta ei⁹ in mōtibus sctīs. De quo etiā Pelagius papa. xxiiij. q. j. Pudenda. Una est eccl̄ia cui in canticis canticoruz dicit̄. Una est colūba mea: quā nullā aliā esse cōstat nisi q̄ in apl̄ica est radice fundata: a quibus ipsam fidem vniuerso orbe propagatā esse nemo pōt dubitare. Et subdit. Quod vt vobis: licet notissimum sit omnino: beati Aug. testimonio cōprobem⁹: audite quid in quodā opere suo preclarissimus doctor dicat ecclesie: ait eīm. Si nullo mō recte pōt dici eccl̄ia in qua scisma est: restat vt qm̄ nulla eccl̄ia esse nō pōt: ea sola sit/que in apostolice sedis per successiones episcoporū radice cōstituta/nulla malicia hominū valet extingui. Ex quib⁹ patet eccl̄ie fidem in apostolica radice fundatā esse: qd̄ Nicola⁹ papa in. c. Fūdamēta. de electiōe. lib. vj. clari⁹ dicit ait eīm. Fundamēta eccl̄ie militātis in montib⁹ sanctis p̄pheta rememorās: per mōtes apl̄os ⁊ p̄dicatores pateter insinuat: q̄bus tota hui⁹ sacrificij fabrica innitit̄: q̄ vt firme bases eccl̄ie sup xp̄o solidant̄. Sup̄fluū videt̄ allegare ad hoc plurima: cū Apoca. xxi. clare scribit̄. Murus ciuitatis habens fundamēta duodecim: ⁊ in ipsis duodecim nomina duodecim apl̄oꝝ ⁊ agni. Ciuitas illa aūt est eccl̄ia militans (⁊ habet̄ p̄positū) aut triūphans: ⁊ si illi⁹ ciuitatis celestis/apl̄i sunt duodecim fundamēta: vbi nec predicarūt: nec p̄ xp̄o sanguinē fuderūt: quāto magis erūt fundamēta eccl̄ie militātis/quā doctrinarū imbrib⁹ rigarūt ⁊ p̄cioso martyrio cōsecrarūt. ¶ D Sed cū dicit apl̄s. Fundamētū aliud nemo ponere pōt p̄ter id qd̄ positum est qd̄ est xp̄s iesus: quō apl̄i dici p̄nt fūdamēta. Sz ad h̄ facile d̄r ꝑ distinctionē fundamēti. Est eīm fundamentuz p̄mū ⁊ p̄ncipale/sine quo nulla fundari pōt eccl̄ia: ⁊ illud est xp̄s. ipso dicēte Johā. xv. Sine me nihil potestis facere. sine me scz p̄mo ⁊ p̄ncipali fundamēto. Aliud est fundamētū min⁹ p̄ncipale/siue secūdariū: sine quo posset q̄dem fundari eccl̄ia: lz de facto sine eo fundata non sit: ⁊ tale fundamētū sunt apl̄i: ⁊ inter eos p̄ncipalr⁹ petr⁹ vn̄ ⁊ petrus frequēter fundamētū d̄r. Un̄ Augu. in ep̄la seu libro ꝯtra ep̄lam donati loquēs de petro dicit. Cui in illo tanq̄ in petro fundata sit eccl̄ia. Et in sermone de cathedra petri. Petrū itaq; fūdamētū eccl̄ie noīauit: haud dubiū qn̄ xp̄s/dicēs. Tu es petrus/⁊ sup hāc pe. edi. ec. meā. Sequit̄. Ideo digne hoc fundamētum eccl̄ia colit: sup qd̄ ecclastici edificij altitudo ꝯsurgit. Et post pauca Dignū est vt fundamētū h̄ in eccl̄ia honoret̄: ꝑ qd̄ celuz ascēdit̄. vbi Aug. petrū fundamentū noīat. ¶ De primo fūdamēto loq̄t apl̄s. Fūdamētū aliud nemo ponere ⁊c. ⁊. j. Cor. x. Petra inq̄t erat xp̄us. Hec petra sup quā fundanda erat eccl̄ia: cū dn̄s dixerat. Tu es petr⁹ ⁊ sup hāc pe. edi. ec. meā. q̄ exponēs btūs Aug. in de verbis dn̄i dis

j. Cor. iij.

cit. Dñs noster iesus xp̃s dixit petro. Tu es pe. ⁊ sup hãc pe. edi. ec. meã. sup hãc petrã quã ↄfessus es: sup hanc petrã quã cognouisti/dicẽs. Tu es xp̃s filius dei viui: edificabo ecclñaȝ meã. Sup me edificabo te: nõ me sup te: nã volentes hoĩes edificare sup homines dicebãt. Ego sum pauli: ego sum apollo: ego vo cephe: ⁊ alij nolẽtes edificare sup petrũ: sed supra petrã dicebãt. Ego sum iesu xp̄i Hec Aug. Hũc errorẽ circa ecclesie fundamentũ videns apl's reprobat. i. Cor. i. subiũgens ad p̃missa verba. Ego sum pauli: ego vo cephe: ego aũt xp̄i. Diuisus ḡ est xp̃us Nunq̃d paulus crucifixus est p vobis. Aut in noĩe pauli baptizati estis. q̃si diceret. Non. Igit neq3 petr⁹: neq3 paulus: neq3 aliq̃s alius citra xp̄m est aliq̃d i eccl'ie fundamentũ. Ꝑpropter subsequẽter in eadem epl'a ca. iij dicit. Quid igit apollo: q̃d paulus. Ministri eius sunt cui credidisti: ⁊ vnicuiq3 sicut dñs dedit supple debet ministrare. Ego inquit plantaui sc3 p p̃dicationẽ: apollo rigauit p baptizationẽ: sed deus incrementuȝ dedit p fidei ⁊ charitatis infusionem. Itaq3 neq3 q̇ plantat est aliq̃d: vt paulus: neq3 q̇ rigat est aliq̃d/vt apollo: supra qd̃ s. fundari posset ecclesia: sed q̇ incrementũ dat de⁹: ipse sc3 est ecclesie p̃ncipale fundamentũ. Et subdit. Ut sapiens architectus fundamentũ posui/scil3 xp̄m: de quo dixi q̄ nemo aliud põt ponere. Et iterũ petra erat xp̃s. Unusq̄sq3 aũt videat quõ supedificet. Et intantũ pensauit apl's h̄ eccl'ie fundamentũ: q̄ nihil ausus erat loq̇: nisi qd̃ sup illud fundamentũ fuisset fundatũ. vñ apl's ad Roma xv. Non eñ audeo aliq̃d loq̇ eoꝝ q̇ p me non efficit xp̃s. Et post pauca. Sic aũt p̃d. caui euãgeliũ hoc: nõ vbi noĩatus est xp̃s/a pseudo sc3 pphetis vel apl'is: ne sup alienũ fundamentũ edificarẽ. Non p̃dicauit apl's in locis/vbi p̄us annũciatus est xp̃s per pseudo apl'os: ne sup errorẽ ab eis seminato: q̇ difficulter eradicat: quasi sup alieno fundamẽto edificaret: ⁊ iõ p̄uenit eos/⁊ his p̃dicauit q̇bus p̄us nihil annũciatũ erat de xp̃o: vt in talib⁹ solidũ poneret fidei fundamentũ. ℭ E Ex q̇bus patet q̄ non petrus: sed petra in euãgelio xp̄i designat: cũ dixit xp̃s. Sup hãc pe. edi. ec. meã. Et hic apte dicit quedã glo. ibidẽ exponẽs. Sup hãc petrã. i. sup hũc xp̄m in quẽ credis quẽ vnicũ voluit esse de⁹ sue eccl'ie fundamentũ: apl'oꝝ vero neminẽ. vñ addit. Tu es petrus a me petra: vt mihi fundamẽti retineã dignitatẽ. Ad idem Aug. sup Johan. Eccl'ia in hoc seculo diuersis temptationib⁹ velut imbrib⁹ fluminib⁹ ⁊ tẽpestatibus quatitur: sed non cadit: q: fundata est supra firmã petrã: vñ petrus nomẽ accepit. Non eñ a petro petra: sed a petra petr⁹: sic nec xp̃s a xp̄iano: sed xp̄ianus a xp̃o vocat: iõ quippe ait dñs. Sup hãc pe. edi. ec. meã: q: dixerat petr⁹. Tu es xp̃s fili⁹ dei viui: sup hãc petrã quã ↄfessus es edi. ec. meã. Petra aũt erat xp̃s Idẽ in ij. retrac ait. Dixi in quodã loco de apl'o petro/q̄ in illo tanq̄ in petra edificata sit eccl'ia. Sed scio me sic postea sepius exposuisse qd̃ a dño dictũ est Tu es petr⁹: ⁊ sup hãc pe. edi. ec. meã: vt sup hũc intelligeret quẽ confessus est petrus di. Tu es xp̃s fili⁹ dei viui Et post pauca. Nõ eñ dictũ est illi: tu es petra: sed tu es petrus. Petra aũt erat xp̃s: quẽ ↄfessus est simon. Hec petra xp̃s est lapis ille viuus ⁊ angularis: de quo petr⁹ dixit. Ad quẽ accedẽtes lapidẽ viuũ ab hoĩb⁹ q̇dem reprobatũ: a deo aũt electũ ⁊ honorificatũ: ⁊ ipsi tanq̄ lapides viui super edificamini domos sp̃uales: in sacerdotiũ sanctũ offerẽtes sp̃uales hostias acceptabiles deo per iesum xp̄m. Et subdit. Propter qd̃ ↄtinet scriptura. Ecce ponã in sion. Glo i. eccl'iam p sion figuratã: lapidẽ angularẽ/summũ pbatum/electũ/p̄ciosum: ⁊ q̇ crediderit in eum nõ ↄfundet. Idẽ habet ad Ro. ix. Per q̇ verba ambo illi romani apl'i petrus ⁊ paulus pbant xp̄m ex scriptura lapideȝ esse ⁊ petrã fundamẽtalẽ: de quo ⁊ apl's alio loco dicit. Iam nõ estis hospites ⁊ aduene: sed estis ciues sanctoꝝ ⁊ domestici dei: supedificati sup fundamentũ apl'oꝝ ⁊ pphetarum ipso summo lapide angulari iesu xp̃o: in quo

i. Pe. ij.

Eph. ij.

oĩs edificatio crescit in templũ sanctũ in dño. Sup quo dicit Remigius. Fundamentũ apl'oꝝ ⁊ pphetarũ oĩnq3 xp̃s est: qui in fide illius stabiliti ⁊ fundati. ⁊ infra. Oĩs eñ qui fidẽ xp̄i habet: sup ip̄m fundatus est ipso summo lapide angulari xp̃o. Et ↄcludit quod facit p intellectu oĩm que dicta sunt: qm̃ xp̃s est fundamentũ ⁊ lapis angularis summ⁹: quia ab ipso incipit fides: ⁊ in ipso/⁊ ab ipso pficitur atq3 cõpletur: iõ oẽs electi in ipso sunt fundati/cõiuncti ⁊ adunati: ⁊ ppter hoc ipse est lapis: de q̇ dicit ppheta. Quẽ reprobauerũt edificãtes q̇ factus est in caput anguli: q̇ facit vtraq3 vnũ: ⁊ ↄclusit iudeos ⁊ gẽtiles in vnã ecclesiã tanq̄ duos parietes: sicut lapis iste in tẽplo salomonis ab edificantib⁹ reiectus: q̇ postea sedit in summitate edificij: in angulo duos parietes cõiungens: per quẽ xp̃s est figuratus. ℭ F Ex q̇bus concluditur/q̄ xp̃s est fundamentũ p̃ncipale ⁊ radicale et primũ: sup qd̃ fundata est ecclesia: q: ab eo fides incipit: in eo stabilitur. Et p̄ter ip̄m nulla firmitas: stabilitas nulla: nulla soliditas inueniri põt: q̇ sp̃uale posset edificium supportare: q: nõ est datum aliud nomen hoibus in quo opȝ saluos fieri: q̄ nomen xp̄i. ℭ Apostoli vo sunt fundamenta fidei ⁊ ecclesie secũdaria ⁊ min⁹ p̃ncipalia: fundati in fundamento primo: quoniã ipsi fidẽ p operosam p̃dicationẽ dilatauerunt: cõfitentes xp̄m coram regibus ⁊ p̃ncipibus ⁊ oi pp'lo: minas iudicũ: terroresq3 tyrãnorũ vsq3 ad sanguinis pprij effusionẽ magna ↄstantia cõtẽnentes. Unde dixit petrus minantibus iudeis ⁊ phibentibus apl'is ne oĩno loquerent: aut docerent in noĩe iesu. Si iustũ est in ↄspectu dei vos potius audire q̄ deũ: iudicare. Non eñ possum⁹ que vidimus ⁊ audiuim⁹ nõ loqui Actuũ iiij. Et paulus multomagis cõualescebat ⁊ cõfundebat iudeos/affirmans qm̃ hic est xp̃s. Act ix. Et oẽs apostoli vnanimiter leuauerũt voces suas ad deum orantes. Dñe respice in minas eos: ⁊ da seruis tuis cum oi fiducia loqui verbum tuũ in eo q̄ manũ tuã extendas ad sanitates ⁊ signa ⁊ pdigia fieri p nomẽ sancti filij tui iesu. Et sequit. Et repleti sunt oẽs sp̃uscrõ: ⁊ loquebant verbũ dei cuȝ fiducia. Et virtute magna reddebant apl'i testimoniũ resurrectionis dñi nostri iesu xp̄i: ⁊ grã magna erat in oibus illis. Act. iiij Et quidẽ ibant gaudẽtes a ↄspectu ↄcilij: quoniã digni habiti sunt p noĩe xp̄i contumeliã pati. Act. v. ℭ G Quia ergo ad ipsoꝝ p̃dicationẽ augebat credentiũ in dño viroꝝ ⁊ mulierũ multitudo: ita vt in plateis eijcerent infirmos: ⁊ ponerent in lectulis ac grabatis: vt veniente petro/saltẽ vmbra illius obũbraret quẽpiam illoꝝ: ⁊ sanarẽtur ab infirmitatibus suis. Act. v. Ipsi dicũtur fundamẽta ecclesie secundaria: q: fidem xp̄i in cordibus multoꝝ plantauerũt que est verum sp̃ualis edificij fundamentum. ad Heb. xi. Fides est substantia rerũ sperandarũ. Substãtia. i. fundamentũ/⁊ causa oĩm bonoꝝ sperandoꝝ: faciens ea subsistere in nobis. vt dicit glosa. ⁊ in ca. Gloriosus. de reli. ⁊ vene. sanctoꝝ. lib. vj. dicit de apl'is. Gloriosissimos christiane fidei principes: athletas dei electos: iustos seculi iudices: vera mũdi lumina: xp̄i redemptoris apl'os numero duodenario cõtentos: q̇ viuẽtes in carne p̃dictam ecclesiam suo sanguine plãtauerũt: ipsam erigẽdo sublimiter: ⁊ disciplinis sctissimis dirigẽdo. Sũt ḡ apl'i fũdamẽta eccl'ie fũdãtes ecclesiã nõ sup se: s3 supra xp̄ȝ p̄mũ verũ ⁊ vnicũ p̃ncipale fundamentũ: nõ eñ ad se: sed ad xp̄m vocabãt populũ. Sunt fundamenta fundata sup xp̄m/⁊ fundantia sup xp̄m. Christus vo fundamentũ fundãs nõ fundatũ: ⁊ ideo fundamentũ fundamẽtoꝝ. Et hoc est qd̃ dicit btũs Aug. sup ps. lxxxvj. Quẽadmodũ aperte dr̄/christ⁹ est scũs sanctoꝝ: ita figurate dr̄ fundamentũ fundamentoꝝ. Si ergo sacra cogitas: xp̃us est scũs sctõꝝ: si gregem subdi cogitas: xp̃s est pastor pastoꝝ: si fabricam cogitas xp̃s est fundamentũ fundamentoꝝ: q: ergo apl'is nõ cõuenit ratio fundamenti p̃ncipaliter ⁊ p̄marie: ideo quãdoq3 ab eis negatur/q̄ sint ecclesie fundamẽta s̄m mo

Act. iiij.

melius φ pluribꝰ cōicatur: nec in se. patet: nec eis a quibꝰ
participaṫ: qꝛ quāto sic pluribus pticipatur: tanto cuilibet
eoꝝ minus bonum prouenit. ❡ A Et ita patet mentio
ad hanc questionē. Quō licet cuilibet sibi specialiter q̄rere
salutis adiutoria/ꝑ misse sacrificiū sibi determinate appli/
candū sine lesione charitatis in proximū. Nec repugnat il/
lud apli. j. Cor. xiij. Charitas non querit q̄ sua sunt: qđ ve/
rū est/sua tēporalia repetēdo cum scādalo pximoꝝ. Uel
que sua sunt tm̄: vt dicit glo. scilicet alios excludēdo quan/
tū ad bonū finale omnibus pariter optandū/quantū ad
affectū penitus ꝛ effectū. Sic em̄ nō licet excludere proxi/
mū: cum charitas facit oia cōmunia: differēter tamē ſm de
terminationē graduū supradictam.

❡ Lectio. xxviij. A

Ad quartam questionē

qua questū est quomodo dātes ꝛ recipiē/
tes tpalia vt rependant spūalia/a prauitate
simoniaca excusenṫ. ❡ Pro cuiꝰ breui decisio
ne presupponiṫ/φ simonia est studiosa volūtas vel cupi/
ditas emēdi vel vendendi aliquod spūale vel spirituali an
nexū: vt in glo. j. q. j. φ quidā. ꝛ est in pncipio. q. Itē in cap.
q̄ studet. ea. q. Unde simonia nō est aliud ſm dn̄m Antoni
nū in sū. parte. ij. ti. j. c. v. φ emere vel vendere: vel aliū con
tractū nō gratuitū facere pro spiritualibꝰ habendis precio
rei tēporalis. ❡ Uolūtas ibi poniṫ nō pro potētia: sed pro
actu eius. Omne em̄ peccatū actuale actuvolūtatis cōmit
titur. ❡ Studiosa diciṫ. i. deliberata: nā etiam sola volun/
tate pura rationis deliberatione cōmitti simonia potest: li
cet ab ecclesia non puniaṫ dū non procedit in opus extra.
Nomine emptionis ꝛ venditionis cōprehendiṫ ois cōtra
ctus non gratuitus/excepta ꝑmutatione: q̄ licite fieri pōt/
seruatis ꝯditionibꝰ debitis ꝛ circūstātijs req̄sitis. ❡ Spi
rituale vero ſm Ricħ. in. iiij. dis. xxiiij. tripliciter đr: scilicet
essentialiter: vt gratia ꝛ virtutes. Causaliter/vt sacramēta/
que causant gratiā suo modo. Et effectiue vel actualiter vt
p̄dicare/corrigere/visitare/orare ꝛ huiusmodi q̄ sunt actꝰ
spūales. ❡ Annexū spūali etiā diciṫ dupliciter ſm sanctuꝫ
Tho. in. iiij. Uno modo/quia dependēs a spirituali: vt ha/
bere ecclesiastica bn̄ficia: qꝛ non cōpetit nisi habenti officiuꝫ
clericale. Alio modo/qꝛ ordinatur ad spūalia: vt ius patro
natus: ius decimale: vasa sacra et similia. ❡ Sub precio
autem comprehenditur omne munus temporale quod pe
cunia estimari potest. Et ponit beatus Grego. triplex genꝰ
muneris quo simonia cōmittitur: scꝫ munus a manu: a lin
gua: ab obsequio/que sunt pecunia/p̄ces/famulatus: duꝫ
ergo pro illis spiritualia cōferuntur/ vt horum intuitu: si/
monia cōmittitur. ❡ B Sed cum đr: spūalia dari ꝑ tpa/
libus seu intuitu cōmodi tpalis/notāda est magistralis di/
stinctio dn̄i Pe. de aliaco card. carmeracen̄. quam repetit
Gerſ. in fine trac. de simonia/φ quadruplex potest esse in
tuitus ad cōmodū tpale in datione et ministratione spūa/
lium. Primus intuitus pōt referri ad cōmodū temporale
tanq̄ ad preciū rei spiritualis/quasi sit adequatio valoris
vniꝰ rei ad alterū: sicut est in emptione et venditione in ci/
uilibꝰ. ❡ Secundo pōt fieri intuitus ad cōmodū tēporale/
tanq̄ ad motiuū principale dandi vel ministrandi spiritua
lia: vel tanq̄ ad finē vltimū in quo sistit intuitus spiritualia
cōferentis vel recipientis. ❡ Tertio pōt fieri intuitus ad
cōmodū tēporale tanq̄ ad motiuū minꝰ principale: vel tanq̄
ad finē subordinatū sub vltimo fine. ❡ Quarto modo pōt
fieri intuitꝰ ad cōmodū tēporale tanq̄ ad rē debitā iure di/
uino pro sustentatione illius qui spiritualia subministrat:
iuxta doctrinā xp̄i ꝛ apostoli. Dignus est operariꝰ merede
sua. j. Ti. v. ꝛ Lu. x. ❡ Primꝰ intuitus ꝛ secundus sunt vere
simoniaci iure diuino ꝛ humano. Et si concurrit error in in

tellectu: scꝫ φ talia fieri possint: sicut diciṫ in p̄mo mēbro:
vel φ licite fiant/sicut ponitur in vtroq̄ modo: tunc incur
riṫ heresis ꝓprie dicta/si assit pertinacia. Pro illo facit qđ
dicit beatus Grego. in regi. Altare/decimas/et spiritūsan/
ctū emere vel vendere simoniacā heresim esse nullus fide
liū ignorat. et habeṫ. j. q. j. Presbyter. Dictū est si credatur
hoc posse fieri vel licite fieri: quia heresis ex sua rōne dicit
errorē circa credibilia: et pertinet ad intellectū sicut fides
cui opponiṫ. Siquis autē ex cupiditate vel auaricia ſm ex
teriorē apparentiā cōmutare vellet spūale ꝑ temporali: nō
tamē credens hoc posse fieri in corde: hic esset simoniacus
et nō hereticus: qꝛ in intellectu circa credibilia nō erraret.
Cum autē hoc fieri posse credit aut licite fieri: iam errat cir
ca catholicā veritatē: et si affuerit ꝑtinacia: est vere heretí/
cus. Dicūtur aūt cōmuni appellatione simoniaci heretici:
nō simpliciter ꝛ ꝓprie loquendo: sed ꝓpter similitudinem
actus: qꝛ ita operātur quasi estimarēt donū spūssancti pecu
nia posse possidere: que estimatio est heretica. Si autē fera
tur intuitus tertio et quarto modis: sic potest ministratio
spūaliū ꝑ tēporalibus esse licita/meritoria ꝛ a simonia pe
nitus aliena. hoc attento φ seruetṫ illud apostoli. j. Thess.
v. Ab omni specie mala abstinete vos. Hoc est φ adminis/
tratio spūalium facta sub altero tali intuitu/nō apparet ex
modo suo fieri p̄mo intuitu vel secūdo: vt si nō exerceanṫ
spūalia nisi prius dētur tēporalia: aut si turpiter exigantur
cū scandalo ꝛ auaricie nota. In quibꝰ vtriq̄ casibus suspe/
cti possunt haberi de simoniaca prauitate. Ad hoc bene lo
quitur btūs ꝓsper. in de vita cōtemplatiua. Sacerdos cui
dispensationis cura cōmissa est: nō solū sine cupiditate: sed
etiā cū laude pietatis accipit a populo dispensanda: ꝛ fide
liter dispensat accepta: vt vnde pauperibꝰ subministrat: in
de ꝛ ip̄e tanq̄ pauper voluntarius viuat. Et sequiṫ. Quid
est aliud de euangelio viuere: nisi laborantē inde vbi labo/
rat: necessaria vite recipere. ❡ C Per hoc ad questionē
respondeṫ: ꝛ est cōclusio prima: φ sacerdos rependēs spiri
tualia/ꝛ accipiens tēporalia intuitu tertio vel quarto/excu
satur a simonia: quoniā nō cōmutat spūale ministeriū/ora
tionē scꝫ vel missam ꝑ tēporali ex obligatione quasi ciuili
vel legali: tanq̄ sit vera cōmutatio vniꝰ pro alio/apprecia
ti ꝑ precio: immo talis appreciatio ſm valorē inter hec fie/
ri nō potest: qꝛ spūali bono cuncte opes terrene ꝑ equiua/
lentiā cōparari nō possunt. sicut de sapiētia salomō ait Pro
uer. viij. Melior est sapiētia cunctis opibus p̄ciosissimis:
et omne desiderabile ei nō pōt cōparari. Et petrus aplus
condemnās simonē dixit Act. viij. Pecunia tua tecū sit in
perditionē qm̄ donū dei existimasti pecunia possideri. Ne/
q̄ cōmutat sacerdos ꝑ tēporali laborē suū corporalē: quia
nō est verisimile ait Scotus/φ aliquis tantū daret ꝑ labo
re corporali habitu in illo actu: imo neq̄ in pure corporali/
bus. Dicit Durandus. Sub venditione cadit labor operā
tis ſm ip̄m opus operatum: quis em̄ vnq̄ (dicit) emeret la/
borē operantis nisi ꝓpter fructū operis. Et ideo ridiculuꝫ
est (ait) dicere/φ minister posset laborem suū vendere vbi
opus suū vēdere nō pōt. Et p̄ter hec/qꝛ actus celebrādi spi
ritualis est quantū ad suū p̄ncipiū/ꝛ quantū ad suū fineꝫ:
qꝛ cōpetit sacerdoti ex officio ꝛ ptāte spirituali: ꝛ ꝑ ip̄m spi
rituale bonū cōferṫ: qđ ſm veritatē nec vendi pōt: nec loca
ri: etiā ſm apparentiam sine simonia. Nō ergo celebrat sa/
cerdos missam ꝑ pecunia vel re temporali: vt hec p̄positio
pro/notat appreciationē huius ꝑ illo: si rite celebrat: neq̄
ꝑ pecunia. i. ꝓpter pecuniā: vt scꝫ hec dictio ꝑ/vel ꝓpter/
sit nota cause finalis vltimate ꝛ principalis: quasi intentio
sacerdotis sistat in pecunia quasi in vltimo fine nō referen
do suā celebrationē in finē vlteriorē ꝛ digniorē: quia ꝛ hoc
simoniacum esset. Et ſm hoc intelligēda sunt verba repro
bantiū spūale ꝑ tēporali cōmutari. ❡ D Sed quomodo
tūc celebrabit pro pecunia volēs cauere simoniā. Quō in/
tētionē suā rectificabit/ne si lumen intentionis/scꝫ oculus
qđ in eo est tenebre fuerit: totū corpus actionis sue cōtene
brescat. Respōsio. Tripliciter id fieri potest. Primo ſm sco

Simoniā qd.

tū/vt celebret ꝓ tēporalibus tāꝗ̄ pro aliquo sibi libere ob
lato/cum mendicatione orōnis ⁊ spiritualis suffragij. Sic
enim tenebitur recipiēs oblatū illud bonū tēporale ſm iu
sticiā exaudire mēdicantem spūalia/q̄ tēporalia contulit ex
iusticia: recipiendo tp̄alia se obligat liberaliter: hoc est sine
conuentione ⁊ cōmutatiōe ad orandū ꝓ benefactore. Un
de religiose volens facere institutionem (exempli causa)
alicuius anniuersarij ꝑpetuo die certo pagendi in aliquo
collegio seu monasterio dicat. Assigno vobis talem vel ta
lē agrū: domum aut decimā: ⁊ peto vt anniuersariū ꝓ me
et amicis meis taliter pagatis. Ex hac receptione liberalis
ter donata/cū petitione suffragij ſm iusticiam surgit obli
gatio ad audiendū preces cum dato huiusmodi porrectas.
De hoc clarius. I. ¶ E Scdō sic rectificabit sacerdos suā
intētionē: vt non impendat spūale ꝓpter pecuniā/tanꝗ̄ ꝓ
pter finē pncipalē: sed tanꝗ̄ ꝓpter finē minus principalem
et secūdariū/referendo intētionē ad suam sustentationem:
vt nunc aut posterius liberius occupari posset circa spiri
tualia exercitia: ita vt pecunia recepta sit finis sub fine: ita
vt finis principaliter sit gloria dei: ⁊ salus animarū ꝑ spūa
le opus promouenda. Cui vt possit insistere: pecuniam po
test recipere: quoniā sine tēporalibus spūalia diu subsiste
re nō pñt in hac mortalis vite miseria. Recipiat igit̄ non
tanꝗ̄ preciū spūalis operis: sed tanꝗ̄ necessariū decētis su
stentationis. Unde vt gers. in de solicitudine eccl'ie. perso
narū parte. xij. ait. Iste siquidē iustus ꝓprius et verus est
titulus suscipiendi tēporalia/scilicet tanꝗ̄ decentem sui su
stentationē. In hoc eñ titulo qui dicit̄ sustētatio ministri:
saluat̄ ois receptio moderata rerū temporaliū ꝓ spūalib⁹
ſm Durandū. Moderata dico in ordine ad personā statū
et officiū impendēdū: vt nō solū attendant̄ necessaria vict⁹
et amictus: sed cetera officiū et persone statum concernen
tia: vt si p̄dicator est/libri ⁊ similia ad spiritualis officij ex
ecutionē necessaria. Unde dicit Gerson in trac. de symbo
lo ꝓpositiōe. viij. Ecclesiasticus officiās ex debito benefi
cio suo: sicut frequētando horas canonicas vel mortuorū
exequias: nō ideo conuincit̄ simoniacus si recipiat aut reci
pere intēdat distributiones tēporales assignatas illis qui
talibus assistunt officijs: etiā dum aliq̄s sub hac intētione
mercedis vadit ad aliqđ officiū ecclesiasticū/al's protunc
nō iturus. Gratia exempli. Habens officium p̄dicationis
aut penitētiarie/cui pro sustētatione vite annexa est p̄ben
da in eccl'ia cathedrali in qua certis horis solis p̄sentibus
dantur quotidiane distributiones. Isti qui ꝓpter officium
suū singulis horis interesse nō possunt (habēt eñ ille stu
dere: ille cōfessionē penitentiū audire) eligunt hi horas il
las vt visitent in quibus lucrant̄ distributiōes tēporales:
ceteris se absentāt et suo officio deseruiunt. Quis diceret
hos simoniacos/dū intrant chorū horis quibus recepturi
sunt tēporalia/al's non intraturi: nō referentes illa tēpora
lia in aliud: nisi in sustētationē congruā quā al's habere nō
possent. Congruā dico/suo officio/ad dei laudē ⁊ animaꝝ
salutē exercendā. ¶ Ex quo patet ꝙ fallit argumentū mul
torū. Iste vadit ad chorum ꝓpter pecunias al's nō iturus.
Iste celebrat ꝓpter pecunias al's nō celebraturus: igit̄ est
simoniacus. Sed oportet addere: facit hoc propter pecu
nias principaliter. Hoc autē nō facit/qui refert actum suuꝫ
ad dei honorē: et pecunias in sustentationē sui: quatenus
sic spūalib⁹ officijs melius possit intendere ⁊ vacare. ¶ At
tendat tamē quilibet diligēter ne mentiat̄ iniquitas sibi: vt
nō ex auaricia ⁊ cupiditate ꝑ talia spūalia opera sibi multi
plicet diuitias plurimas ⁊ superuacuas ⁊ p̄ter necessarias/
pompā et curā carnis nō ipsā agat in delitijs. ¶ F Ter
tio intentionē suā rectificabit celebrans ꝓ bono tēporali/
q̄si ꝓ mercede ⁊ p̄mio min⁹ p̄ncipali sibi debito iure diui
no et naturali/ꝓ sustentatione vite corporalis: ſm regulā
christi ⁊ ap̄li. Dignus est opari⁹ mercede sua. Luce. x. Et. j.
ad Cor. ix. Qui altario deseruiūt cū altario pticipant. Ne
mo militat suis stipendijs vnꝗ̄. Si nos vobis spiritualia
seminamus: magnū est si nos vestra carnalia metem⁹. Ita
et dñs ordinauit his q̄ euangeliū annunciant: de euange
lio viuere. Uiuere dicit ap̄lus nō luxuriari. Sic ergo ex de
bito ministrationis spūalium suffragiorū: iustū est vt mini
strāti spūalia corporalia redonent̄. Unde dicit gers. de sū
mo. ꝓpositione. v. Obligatus ministrare spūalia et mini
strans ea/habet verū ius et ptātem recipiendi tp̄alia absq̄
hoc ꝙ mendicet ea. Et sub hac intentione licet minus p̄n
cipali potuit vel pōt obligare se ad ministrandū spūalia: et
ꝓ mercede vel stipendio aut cibo et sua sustentatione reci
pere tp̄alia. Sicut exēplificari posset in oi statu ecclesiasti
corū secularū ꝙ̄ religiosorū a maioribus ad infimos. Hec
gers. ¶ Ex hoc fundamento pōt sacerdos iam sibi ad sum
ptus sufficiēs ex patrimonio vel al's pie collato: se ad pre
standū spūales actus obligare: et temporalia ab eo recipe
re: vt stipendiū debitū ministranti: ſm Ioh. in summa. Et
hoc nō ex cupiditate lucri/vel ad satisfaciendū sue cupidi
tati/intentione conuertendi q̄ recipit aliūde in pios vsus.
Nō enim hec redonatio boni tp̄alis iusta videt̄/tantum ex
indigentia ꝑsone spūalia ministrantis: sed ipa rerū cōditio
talis est/ꝙ res tp̄alis organice subseruit spūalibus rebus.
Et sic beneficiū dicit̄ correspōdere officio vt retributio ip
si ministrationi. Ex se eñ iustū est: vt illi consequant̄ stipen
diū: qui pro tēpore suum cōmodare reperiunt̄ obsequium
xij. q. ij. Charitatē. Unde accidit ipsi officio ⁊ ministrationi
spūali vtrū fiat per ꝑsonam pauperē vel diuitē. Que autē
ꝑ se insunt: nō tollunt̄ ab eo qđ per accidēs est. Al's eñ pro
motus ad curā/si accrescente patrimonio ditaret̄: gratis te
neret̄ sine receptione tēporalium spūalia ministrare. Qđ
non videt̄ verū: q: nemo tenet̄ suis stipendijs militare: cō
tra apostolū supra allegatū. ¶ G Uerūtamē sic sibi suffi
ciētes obligantes se ad prestandū suffragia ceteris/suā par
tem faciunt deteriorem: pro quanto satisfacientes pro de
bitis alienis/retardant satisfactionem pro delictis proprijs.
Satisfactionem quippe quam alijs impendunt: sibi ne
gant: cum opus satisfactorium impensum vni/nō tollit pe
nam pro peccatis debitaꝫ alteri: vt dictum est. ¶ Quo nō
obstante premium essentiale sibi non minuit. Nā premiuꝫ
essentiale qđ meret̄ sacerdos celebrādo dum fuerit in chari
tate: non minuit̄ sacerdoti quantumcūq̄ offerat specialiter
ad satisfaciendum: et hoc siue pro se/siue pro alijs multis
vel paucis: alioquin non expediret satisfacere pro pecca
tis/si in diminutionem glorie (que incomparabiliter meli
or est ꝙ̄ liberatio a pena quacūq̄ satisfactoria temporali)
verteretur. Minus siquidem esset penā temporalem susti
nere: ꝙ̄ quantocūq̄ gradu eterne glorie perpetuo spolia
ri. Nam actioni meritorie debetur tantū premiū eterne/quā
tum debetur simili actioni in illo in quo non est satisfacto
ria. Hoc est si duo: quorum alter ad satisfaciendū ꝓ pecca
tis tenet̄: ⁊ alter nō tenet̄ (ꝙ̄uis putet se teneri) faciāt op⁹
meritorium ex sili charitate: et equali conatu voluntatis/
stante eadē actus intentione: ceterisq̄ parib⁹: ordinet vter
q̄ actū illū in satisfactionē ꝓ peccatis suis. Illi meritorio
actui correspōdet idē p̄miū essentiale in vtroq̄: nec maius
in vno ꝙ̄ in alio: licet vni sit satisfactio/alteri nō/scꝫ nō indi
gēti. Nec ꝓpter hoc melior est cōditio pctōris penitētis: ꝙ̄
innocentis pnia nō indigētis. Quia pōt rōnabiliter teneri
ꝙ sicut opus ex charitate factū valet penitēti ad tp̄alis pe
ne redemptionē: ita valet alteri innocēti ad aliqđ aliud bo
nū tp̄ale. Puta sanitatē vel multiplicationē tēporaliū: vel
preseruationē specialē a malo. Illud aūt p̄mium essentiale
nō datur nisi facienti opus meritoriū: ꝙ̄uis eñ vn⁹ ꝓ alio
possit satisfacere: ⁊ vnus aliū a penis debitis liberare. Pos
sit etiā vnus alteri cōuersionem a peccatis: ⁊ ita p̄mā gra
tiam sicut stephanus paulo impetrare: nullus tamen alteri
meret̄ eternam beatitudinē: nec beatitudinis gradum ali
quē: stante semꝑ imutabiliter sentētia illa. Opera eñ illo
rū sequūtur illos. Apoca. xiiij. ⁊ illa pauli. j. Cor. iij. Unus
quisq̄ ꝓpriā mercedē recipiet ſm suū laborem. ⁊ ad Gal.
vj. Que seminauerit homo hec et metet. Manet ergo sa
cerdoti pro alijs celebranti saluum ius suum ad beatitu

dinē que datur ex operatione eius meritoria. Nec illa sibi minuit̄: nec alteri ꝓpter suaꝫ celebrationis applicationem impertitur. Secus de premio accidētali. ¶ H Si vo obijceretur cōtra predicta ꝑ dictū beati Hiero. ad damas. papā j.q.ij. Clericos. Clericos aūt illos conuenit ecclesie stipendijs sustentari: quibꝰ parentū ⁊ ꝓpinquoꝝ nulla suffragantur subsidia. Qui aūt bonis parentū ⁊ opibꝰ sustētari pñt: qui qđ pauperū est/accipiunt: ꝑfecto sacrilegiū cōmittūt ⁊ per abusioneꝫ taliū/iudiciū sibi manducāt ⁊ bibunt. Et btūs ꝓsper in de vita contē. ⁊ habet̄. ij.q.j. Pastor. Pastor ecclesie his quibꝰ sua sufficiunt: nō debet aliquid erogare. Quoniā quidē nihil aliud est habentibꝰ dare/ꝗ̄ perdere. Nec illi qui sua possidentes dari sibi aliq̄d volūt/sine grādi pctō suo vnde pauper victurus erat: accipiunt. Ad hoc glo. in ca. Clericos. tripliciter rñdet sup verbo sacrilegium. Primo ꝙ illud dictū Hiero. exhortatio est nō preceptum. Uel scđo de his loquit̄ qui occasione patrimonij amplianđi qđ habent a diuinis se abstrahunt obsequijs: quibus se absentantibus dandū nō est. Uel tertio loquit̄ hic de quarta paupeꝛibꝰ debita: q̄ dari ꝓhibetur abundantibꝰ. Cōcordat glo. in c. Illi aūt. xij.q.j. dicens: Loquit̄ de clericis vagabundis. Uel nō debent recipere ecc̄iastica bona vt sibi reseruent: possunt tñ vt distribuant paupeꝛibꝰ: ⁊ ita nō intelligunt̄ rapere bona pauperū/si in pauperū vsus cōuertant̄. Uliricus dicit/ꝙ clericus qui habet sufficiens patrimoniū: si deseruit ecclesie/pōt sustentari de bonis eiꝰ: sed si non deseruit: sed in malos vsus dispensat: peccat. Gers. in tractatu de solicitudine ecc̄iasticaꝝ ꝑsonarū ꝑticu. xxxiij. dicit: Uellet fortassis aliq̄s dicere ꝙ recipiens tp̄alia dum prius habet sufficientiā pro sustentatione status sui: vel ex patrimonio vel pie collato/peccat: ⁊ fraudat tam ꝓximuꝫ ꝗ̄ seipm̄: cum tota ratio cōferendi ministris ecclesie: videt̄ esse sustentatio sui: nō diuitiaꝝ accumulatio vel ornatꝰ pōpaticus. Sed hec assertio durioꝛ est ꝗ̄ opoꝛtet. Et post modicū. Cōtingit aliquādo tp̄alia preter vel vltra necessitatē pñtem/nō pro solo statu recipientis recipere: sed ad alioꝝ prouidentiā piamq̄ releuationem. Hoc satis cōfirmāt sententie doctoꝝ. vñ Amb. in li. de officijs. ⁊ habet̄. xij.q.ij. aurum. Aurū habet ecclesia nō vt seruet: sed vt eroget ⁊ subueniat in necessitatibꝰ. Et btūs Hiero. xij.q.ij. Gloria. ait: Gloria ep̄i est pauperū opibꝰ ꝓuidere. ¶ J Ex quibꝰ satis deducit̄/ꝙ si clerici debent paupeꝛibꝰ ⁊ indigentibus prouidere: ꝙ pñt vltra victū tenere: imo vltra cōdecentiaꝫ status quoad se: cū nemo tenet̄ elemosynas facere de his q̄ ad sui status exigentiā requirunt̄: nisi in extrema necessitate cōstitutis. Extrema eñ necessitas ꝓximi preferēda est soli decentie ꝓprij status. Facit ad hoc verbū prosperi in de vi. cōtē. Illi qui tam infirmi sunt/vt possessionibꝰ suis renunciare nō possunt: si ea que accepturi erant: dispensatori relinquant nihil habentibꝰ cōferenda/sine pctō possidēt sua: q: ⁊ ipsi quodāmodo sua relinquūt: qñ ꝓprijs cōtenti rebus/nihil eoꝝ que labori vel ordini suo deberi arbitrātur: accipiunt. Facit ad idem cap. Om̄ quicq̄d. xvj.q.ij. qđ allegat factū Pauli ap̄li/qui de laboribꝰ manuū suarū vitam qñq̄ duxit: relinquēs bona sibi debita apud eos quibus euangelizauit: ꝗ̄uis ptātem haberet ab eis recipiendi vite necessaria: vt ip̄e ait. Et in hoc opꝰ exercuit superogationis. Nō eñ q: manibus laborauit: ius petendi stipendium perdidit: sed iuri suo sponte cessit: nō in preiudicium sue potestatis ⁊ alioꝝ in accipiēdo tp̄alia. Sic eñ iam possessionati clerici ⁊ religiosi si laboribꝰ honestis manuū intēderent: nō licite retinerent q̄ habent/⁊ que data sunt a fundatoribus. Quod nō apparet: ⁊ videt̄ contra beatū Aug. in de operibꝰ monachoꝝ dicentem: Si euangeliste sunt: si ministri altaris sunt: fateoꝛ ptātem habent viuendi de sumptibus fideliū. Et idem ꝑmisit dñs ap̄lis: ⁊ iussit a subditis recipere necessaria vt quisquis vellet: posset. Si q̄s vero vti nollet: nō cōtra iussum faceret: sed a suo iure recederet. Hec Augu. Huic libertati paulus insistebat dum qñq̄ stipendia suscepit: quādoq̄ nō; vt testat̄ ip̄e sic dicens. ij. Coꝛ. xj. Cum essem apud vos ⁊ egerē: nulli onerosus eram. Gratis dei euangeliū euangelizaui vobis. Alias aūt ecclesias expoliaui/accipiens stipendia ad ministeriū vestrum. ⁊ ad Phil. viij. dicit se pluries accepisse ab illis tam in propria ꝑsona/ꝗ̄ per nuncios. Et non solū hoc: sed ⁊ pro alijs collectas ordinauit. Quod facit ad ꝓpositū/scꝫ ꝙ clericus vltra decentiā quādoq̄ ꝓprij status/iuxta tñ bonā fidē recipere pōt pro releuatione pia alioꝝ. vñ dicit ap̄lus. j. Coꝛ. xvj. Facite collectas ꝑ vnam sabbati: ⁊ vnusquisq̄ apud se reponat/recōdens qđ ei bñ placuerit: vt nō cū venero tūc collecte fiant. Cū aūt p̄ns fuero quos ꝓbaueritis ꝑ ep̄las: hos mittā ꝑferre grām vestrā in hierlm̄. Sic ⁊ dñs bona in loculos recepisse ⁊ pro se ⁊ ꝓ alijs egenis paupeꝛibꝰ legit̄: vñ Jo. xiij. cū dicit iude: Quod facis fac citius. Putabāt q̄dā ex discipulis ꝙ xp̄s diceret ei: eme q̄ nobis necessaria sunt ad diē festū: aut vt egenis aliq̄d daret. Et ibidē ca. xij. Quare hoc vnguētū nō venijt trecētis denarijs: ⁊ datū est paupeꝛibꝰ. Ex quibꝰ deducit̄ ꝙ ꝑsona ecc̄iastica vltra ea q̄ ad ꝓpriū statū ptinent: ꝓ pia releuatiōe egētiū ⁊ pauperū bona temporalia recipere nō vetat̄. ¶ L Cōclusio scđa ad questioneꝫ quartā respiciens dantē tp̄alia. Dans tp̄alia vt repēdant̄ sp̄ualia q̄rto intuitu suprapositio/a simonie vitio sic sicut recipiens excusat̄. Patet ꝑ illa q̄ adducta sunt de recipiēte: secus si p̄mo intuitu daret. Hic eñ intuitus tam dantem/ꝗ̄ recipientē cōstituit vere simoniacū. Secūdus vero intuitus ⁊ tertius/nō dantem tp̄alia sed recipientem respiciunt: qm̄ manifestū est ꝙ dans tp̄alia vt recipiat spiritualia in tp̄alibꝰ erogatis finem nullū constituere potest. ¶ L Ex oībus in responsione ad quartā questionē premissis: pñt hec duo summatim colligi. Primū ꝙ cōferens tp̄alia ad institutionem ecc̄iastici bñficij: vel diuini cultꝰ augmentū/pōt rationabiliter cōditiones certas apponere sue intensionis explicatiuas/quibꝰ tp̄alia hmōi recipiētes/ad certos actus sp̄uales coercēdos obligent̄. Hec est sentētia scoti in suo quodli. q. xx. frequenter allegata: sic eñ ait: Multi dotauerunt monasteria ⁊ ecc̄ias vt ministri in talibus tenerent̄ celebrare pro eis: ⁊ pro illis pro quibꝰ intendebant eos obligare. Et subdit dicens. Et est illa obligatio rōnabilis/vt q̄ recipiū elemosynas tp̄ales: refundat benefactori suffragiū spirituale orationis ⁊ oblationis: sicut de tp̄ali beneficio refundendo pro sp̄uali predicationis officio ap̄lus ait. Si nos vobis sp̄ualia seminamꝰ: magnum est si vestra carnalia metamus. q.d. Nō. Licitū igit̄ est ⁊ rōnabile/ꝙ faciens elemosynā requirat orationē. Uñ rōnabiliter facit qui cū elemosyna sua iponit obligationē orandi pro se ⁊ suis. Accedit ad cōsensum huius veritatis vsus cōmunis ecc̄ie: qui sic habet ⁊ recipit: cui si q̄s cōtradicit: imprudenter se decipit: ait Gerson in de solli. eccle. ꝑsonarum. par. xix. addens hoc cōgruere tam ꝑsone recipienti ꝗ̄ danti siue cōferenti: ꝙ etiā eius cognate vel affini. ¶ Elemosyna aūt sic determinata transit ad quēcūq̄ succedentem cū onere iposito: ita ꝙ cuncti successores hmōi tp̄alia recipientes/ad iposito implenda onera obligant̄. Facit ad hoc clare ca. Significatū. de preben. in tex. ⁊ glo. ¶ Secūdū qđ ex premissis colligit̄: Licitū est recipienti tp̄ale beneficiuꝫ sic limitatum/se ad solutioneꝫ impositoꝝ onerū obligare et hoc siue recipiens sit singularis ꝑsona/siue cōitas/siue prelatus noīe cōitatis. Patet: q: si cōferens pōt licite beneficium certis actibꝰ sp̄ualibus rependēdis onerare: ⁊ suscipientem ad eoꝝ executionē obligare: licitū erit suscipientē hmōi obligationis onus suscipere. Nō tamen intelligēda est hmōi obligatio per modū cōuentionis legalis: ꝑ commutationeꝫ sp̄ualis pro tp̄ali: sed mō prius expresso ꝫm tertiū ⁊ quartū intuitus modum. ¶ M Sed dubitare q̄s posset/an recipienti hmōi temporalia/liceat in casu recedere ab obligatione ⁊ onere recepto muneri imposito. Ad hoc respōdet Cancella. parisieñ. in tractatu supra allegato parti. xxv. ⁊ sequē. Ponens tres casus siue causas quibus existentibus aut aliquo eoꝝ/imposita onera ⁊ obligatio cessant in toto vel in parte. Hi sunt causa euidentis necessitas

j.Coꝛ.ix.

j.Coꝛ.ix.

tis: vigentis vtilitatis: legitime dispensationis. ¶ Necessitas incūbit nūc vel ex impotentia vel infirmitate recipiētis: nunc ex fortuitis demolitionib⁹ ecclesiarū: nūc ex dissipationibus hereditatū atq̄ redditu𝔲m/ quib⁹ sustentandus erat minister ecclesiasticus: cui⁹ beneficiū qḋ dabat̄ ꝓpter officiu𝔷/ prorsus deperijt. In quo casu nō videtur minister astrictus remanere seruitio nisi forsasse aliunde obligatio remaneret. Ex quo videt̄ q̄ habens bn̄ficium vnde tantū recipit/ quantū sui status ꝛ cōditionis necessitas exigit et nō vltra: si casum impossibilitatis exequendi officium incidit: vt infirmitatem corporalē/ captiuitatē aut hmōi/ missas aut etiā canonicas horas: si quas negligit infirmitatis tpe: post cōualescētiā nō tenet̄ iterare: q2 necessitas hec infirmitatis corporalis sufficienter hmōi excusat: secus si pinguem prebendā teneat: vnde nō solū decentē statum tenere sufficit iuxta qualitatem ꝛ cōditionem sue ꝑsone: verum ꝛ elemosynas aliunde tribuere: aut pecuniā in arca cōgregare: aut alīs dispergere: tunc eñ officiū qḋ ex persona sua soluere nō valet: per aliū exequi oportet: ne fraudet̄ in suffragiorū spiritualiū beneficio tēporalia cōferens copiose. ¶ Secūda cā est vigentior vtilitas: que qn̄q̄ contingit ex tpis successu: vbi oportet iuxta canonistarū verbum/ q̄ alia ratio reformet pactū. Nec est id absonū: qm̄ etiā in iuramētis ꝛ votis gn̄aliter emissis de futuro plerūq̄ sic accidit: vt que gn̄aliter ꝓmissa bona esse videbant̄: fiant in casib⁹ particularib⁹ vel nō seruanda vel immutanda: q2 noxia sunt vel inutilia/ moribus aut ecclesie ritib⁹ dissona/ siue maioris boni impeditiua. Exempli cā: Aliquis instituit missam quotidie pro defunctis dicendā de requiem. Veniat dies natalis/ resurrectionis vel pentecostes/ cōfluant parochiani ad audiendā missam: nō est alius ex casu qualicūq̄ q̄ celebret. Puto nullus dicet cantandū esse officiū Requiem/ ꝓpter scandalū populi/ ꝓpter celebritatē festi. ¶ Tertia causa est dispensatio superior𝔷. Et dico superior𝔷: qm̄ non oīm est passim tales casus descindere sub generalib⁹ regulis emergen̄. sed ad prelatos spectat interpretatio iuridica ad doctores scholasticos presertim qn̄ poterit esse rōnabilis dubitatio de duplici casu priori/ scz necessitatis ꝛ vtilitatis. Unde tutius est in his sumere dispēsationē superioris ꝓprij vel ordinarij vel cōmutationē/ q̄ in his proprio iudicio inniti: cum nemo in causa sua bonus iudex esse censeat̄. ¶ N His casibus semotis/ tenet̄ recipiens tpale beneficium/ s𝔪 strictam iusticiā ꝛ obligationē implere voluntatem beneficiū cōferentis: ꝛ orationes sibi spāliter applicare s𝔪 moderationem ꝛ determinationē factas ab eodem: q̄ si secus fecerit: exit iusticie limites: nec est fidelis dare fidei obseruator: ꝓpter qḋ tales ab alijs plura beneficia recipere nō possunt: quib⁹ ad priora suffragia eis applicāda specialiter se astringat. vn̄ s𝔪 Sco. ecclie iam dotate (intelligendū est sufficienter) quaru𝔷 ministri rōne ordinationis ecclesie vel elemosynarū iam sunt dotantib⁹ ꝛ certis ꝑsonis specialiter obligati ad certum numerū missarū/ vel quorūcūq̄ suffragior𝔷 (ad quā tn̄ sufficiūt) nō possunt se obligare licite ad missas vel suffragia talia alijs soluenda in receptione nouarū elemosynarū. Cōcordat Gerson de simoni. pti. xlix. dic̄. Recipiēs tpalia se defraudat deū ꝛ ꝓximū/ dū superinducit ad redditus iam cōstitutos/ nouas pro alijs obligatiōes priorib⁹ incōpassibiles aut earū destructiuas aut si sine augmento suffragij/ aut cultus diuini nouas cōmendationes suscipiūt: ꝛ posteriores/ ac nouas prioribus anteponunt: cōstat q̄ tunc priorū fundatores fraudantur: qm̄ ab eis suffragiū ipsis debitū tollit̄ ꝛ alijs applicat̄. Secus si s𝔪 predicta manente applicatiōe suffragij/ priorib⁹ fundatorib⁹ in gradu suo eadē suffragia in alio posteriori gradu applicarent̄ nouissimis fundatoribus. Sic eñ nihil priorib⁹ periret: verū posteriores fraudarent̄: si ipsi tpalia impendissent ac fundassent suffragia sibi principaliter ꝛ in priori gradu applicāda: vtputa si ignorent eadē suffragiorum officia ꝑ alios prius fundata. ¶ O Hinc salubriter hortat̄ dictus Cancel. vbi. s. particula. ij. dicēs. Recipiēs temporalia/ presertim cōitas pro se ꝛ successorib⁹ cum bona fide ꝛ lagā discretione/ cōsideret in recipiendo tpalia primo quid liceat. scḋo quid deceat: tertio quid expediat ꝛ prosit nedū ad presens: sed ad futurū. Euenit nāq̄ sicut in agentib⁹ iter longū/ q̄ paruū pondus in se/ ꝛ in principio aut pro pauco tpe sit tolerabile: qḋ per successionem continuam reddit̄ velut importabile. Sic de paruis ꝛ paucis suffragijs dum vel fungunt̄ alijs/ vel ꝑpetuātur: inuenire possumus q̄ in principio ipsor𝔷 ꝑsolutio modica reputat̄: dum vo in ꝑpetuitatem transeūt: onus magnū estimat̄. Et subdit q̄ memoria hoīm labilis est. q̄q̄ superuenientes nō de facili suā intentionem applicāt ad insolita: q̄ insup custodienda est vniformitas apud fratres: sicut in cōuictu ita ꝛ in officio/ cantu/ alioq̄ ritu: ꝛ ita de alijs ꝯsiderationib⁹ hmōi. Fiuntq̄ nihilominus frequenter obligationes in oppositum: aut ꝓpter inaduertentiā inconsiderationēq̄ recipientiū: aut vigente penuria: aut ꝓpter cōplacentiā conferentibus faciendā: aut q2 nō audent recipientes apponere cōditiones pro seipsis licitas/ decētes ꝛ expedientes. Quare sic. Quia nō placerent cōferentib⁹. Fit deniq̄ hoc ꝓpter auariciā recipientiu𝔷 ꝛ cor𝔷 turpem questū: qui casus statim habet culpā: siue fiat in augmētum preter necessarior𝔷 iam fundatorū cenobior𝔷: siue ꝓpter famā: siue alias causas minus licitas. ¶ P Ex hac radice magnum pōt sumi argumentū ad reprobationem pluralitatis beneficior𝔷 in eade𝔷 ꝑsona/ vltra iustam necessitatem/ ꝛ vtilitatem ecclie ac cōdecentiam status ꝑsone beneficia possidentis. Si eñ susceptum beneficiū sufficiens est ad honestā ꝛ sufficientem sustentationem ministri ecclie: presumit̄ ꝛ iure presumit̄/ q̄ beneficiū instituēs voluit possessorem obligare ad sibi vtilius: ꝛ ita ad pro se ꝛ suis ꝑncipaliter ꝛ specialiter orandū. Si ergo vltra hoc aliud recipit beneficiū/ instituenti scḋo receptum ad simile obligat̄. Et si ambob⁹ idem suffragiu𝔷 prestat: quilibet cor𝔷 fraudat̄: ꝛ bonū integrū cuilibet debitum diminuit̄ s𝔪 predicta. Sic fit q̄ violat̄ iusticia: frangitur fides: fraus cōmittit̄: aīe defunctor𝔷 a penis liberentur tardius: a celi gaudijs suspendunt̄ diutius: ac per hoc tota celestis curia/ leticia quā de cor𝔷 haberent presentia spoliatur: ꝛ dei cultus minuit̄: sic de⁹ s𝔪 predicta fraudatur. Inequalitas i clero pacis inimica oritur: retrahunt̄ ceteri a beneficior𝔷 institutione: ꝛ quantū ad instituta/ volūtates vltime illudunt̄. Secus in bn̄ficijs exilib⁹/ vbi nō est presumendū q̄ primi fundatores voluerint possessores ad pro se tantū suffragia applicāda ꝑncipaliter obligare: cū nō cōtulerūt vn̄ sufficiēter ꝛ decēter vitā ducere possint. Et dato q̄ fecerint: hec cor𝔷 cōstitutio/ epikeiā recipit s𝔪 cōsiliū ꝛ prudentiā sapientū. In quo casu plura bn̄ficia s𝔪 cancel. dici pn̄t vnū. sicut in magnis frigorib⁹ multe tunice vna dicunt̄ morali vnitate: etsi oīa illa nō sint nisi ad sufficiētiā status occupantis. ¶ Q Attenderent hoc vtinā quidā clericor𝔷 auari ꝛ ambitiosi bn̄ficia bn̄ficijs addentes: q̄ bn̄ficijs saciari non possunt: prelaturas/ dignitates/ ꝑsonat⁹/ ꝛ cetera incōpassibilia nō solū ex predicta radice: sed ex sacris canonibus/ patrūq̄ sanctionib⁹ simul plura possidētes: nō vtiq̄ in profectū ecclesie: nō in salutem aīarū: sed vt lautius inde viuant: ne dicā luxurient̄: dilatent familiā: incedāt purpurati: exaltent nomen: amplient famam: magnificent parentelā: noscūt nōnunq̄ bn̄ficior𝔷 reddit⁹: patronos ignorant: cōputant stipendia: iposita onera nō attendūt. Inter ceteras excusationes in pctis ac malicie defensionē/ dispensationem/ eiusq̄ ꝯpulsionē allegātes: in augmentū sui erroris papam dn̄m omniū beneficiorum ac ecclasticorum bonorum astruentes. Nihil quoq̄ iustius esse aiunt: q̄ vt quilibet moderator sit ac dispensator rei sue. ¶ Sed falluntur miseri/ affectu/ intellectuq̄ deprauati: et inaniter sibimet de dispensatione blandiūtur. Potest papa dispensare: sed super ius humanum. Equitas autem ꝛ naturalis rationis iusticia immutabilis perseuerat. Quanq̄ ergo papa dispensare possit vt incōpatibilia humano iure simul ab eodem possideātur: tn̄ incōpatibilia ex predicta radice per di

ſpenſationem pape nõ erunt cõpatibilia/extra caſus ſaltẽ
memoratos/cõem ſcꝫ eccleſie vtilitatem/⁊ ꝑſone poſſiden
tis indigentiã. In his enĩ caſibus incõpatibilia eſſe nõ cen
ſentur. Nã ⁊ dotator particularis beneficij recte inſtructꝰ
ad cõem eccleſie vtilitatem/ſue ꝓprie cederet ac cedere tene
tur affectioni. Deniqꝫ papa oẽm ꝓtãtem quã habet ſuper
eccleſiã/ꝑſonas/⁊ eccleſiaſtica bona/recipit ad eccl'ie edifi
cationem non deſtructionem. vnde ait apl'us .ij. Cor. x. Si
amplius aliquid gloriatus fuero de ꝓtãte noſtra quam de
dit nobis dñs in edificationem: nõ in deſtructionẽ veſtrã:
nõ erubeſcã. ¶ R Ois igitur diſpenſatio a ꝓtãte apoſto
lica manans in eccleſie edificationẽ: cultus diuini augmẽ
tum ac ſalutem aiarum/toleranda eſt: ꝗ aũt preter hec cõ
ceditur caſſa eſt ⁊ inanis. Neqꝫ perſone vtilitas in diſpenſa
tione attendẽda eſt principaliter: ſed eccleſie: dicente apl'o
.j. Cor. x. Oia in gloriã dei facite. Sine offenſione eſtote iu
deis ⁊ gentibꝰ ⁊ eccleſie dei: ſicut ⁊ ego per oia oibus pla
ceo: nõ querens qđ mihi vtile eſt: ſed quod multis/vt ſalui
fiant. Unde ⁊ Bern. lib. de cõſ. ad eugeniũ papã. Nõ ſum
tam rudis (inquit) vt ignorem poſitos vos diſpenſatores
in edificationem: nõ in deſtructionem. Deniqꝫ querit̃ inter
diſpenſatores vt fidelis quis inueniat̃: vbi neceſſitas viget
excuſabilis diſpenſatio: vbi vtilitas ꝓuocat/diſpẽſatio lau
dabilis eſt. Utilitas dico cõmunis nõ ꝓpria: nã cum nihil
horum eſt/non plane diſpenſatio: ſed crudelis diſſipatio
eſt. Cõcordat idem in ep'la ad theobaldũ comitem: vbi ait
Honores ⁊ dignitates eccl'iaſticas nõ ignoro deberi his ꝗ
eas digne ſm deum miniſtrare velint ⁊ poſſint. Nec cuiqꝫ
plures in pluribꝰ eccleſijs habere licet: niſi diſpenſatione
quidem ob magnã vel eccl'ie neceſſitatẽ vel vtilitatem/nõ
propriã/ſed cõem. Illud ad Ruptũ: Quid tibi blandiris
de diſpenſatione ap'lica/cuiꝰ intus cõſcientiã diuina tenet
ſnia. Unde ſi ideo teneant̃ plures prebẽde/ vt lautius qs
viuat: vt ꝓpinquis ſubueniat: vt honoribꝰ intumeſcat: vt
citius ad epiſcopatũ ꝑueniat: alijs ve hmõi de cauſis: non
plane fidelis eſt diſpenſatio: ſed crudelis diſſipatio: nõ ex
cuſans: ſed incuſans. Nõ ergo papa tale habet dominiũ ſu
per beneficia: vt ad nutũ ⁊ voluntatem ſuã poſſit de ipſis
qualitercũqꝫ ordinare: ſed dominiũ habet ſuꝑ hec ⁊ cetera
quoddã regitiuũ vt fideliter ⁊ prudẽter poſſit ea miniſtra
re. Unde ⁊ gerſ. in trac. de ꝓtãte eccle. dicit: Ptãs eccleſia
ſtica papalis non ita habet dominia ⁊ iura terreni ſimul ⁊
celeſtis imperij/ꝙ poſſit ad libitũ de bonis clericoꝝ diſpo
nere: ꝗuis cõcedi debeat ꝙ habet in illis dominiũ quod
dam regitiuũ/directiuũ/regulatiuũ ⁊ ordinatiuum. Hinc
diſpenſator eſt verius ꝗ dñs: ſm illud pauli: Sic nos exi
ſtimet homo vt miniſtros chriſti/⁊ diſpenſatores miniſte
riorũ dei: nõ excludens petrum qui ait: Nõ quaſi dominã
tes in clero. Diſpenſatori aũt opus eſt fidelitate ⁊ pruden
tia. Luc. xij. Quiſputas eſt fidelis diſpenſator ⁊ prudens/
quem conſtituit dñs ſuꝑ familiã ſuã. Fidelitate vt bonũ in
cõem vtilitatem ordinet. Prudentia vt rõnem diſpenſandi
cognoſcat: ⁊ nõ procedat ex ſola ſua voluntate: neqꝫ ipſam
vt legem cõſtituat: qđ eſt hois rõne nõ vtentis. Un̄ ad eu
genium papã Bern̄. Quõ nõ indecẽs eſt tibi ait volũtate
ꝓ lege vti. Tu ne es maior dño tuo: ꝗ ait. Nõ veni facere vo
luntatẽ meã: qđ ꝗ nõ minus deiecti ꝙ elati animi eſt veluti
rationis expertis: nõ pro rõne ſed pro libito agere: nec iu
dicio agi/ſed appetitu: quid tam beſtiale. Et poſt modicũ
Sic degenerãdo (qđ abſit) generale opprobriũ feciſti pro
prium. Homo cũ in honore eſſet non intellexit: cõparatꝰ eſt
iumentis inſipiẽti. ⁊ ſi. fa. eſt illis. Et dicit dñs cameracẽ.
ꝙ ſi papa pro libito diſtrahat bona eccl'ie: ⁊ nõ ea diſpenſat
bona fide: de iure nõ tenet. Et nõ ſolũ tenet̃ tunc ad penitẽ
tiam de peccato: quaſi ꝓpter abuſum ſue rei: ſed infideliter
agit: ⁊ tenet̃ ad reſtitutionẽ ſi aliunde haberet: qꝛ frauda
tor eſt rei aliene: ſecus ſi eſſet dñs. ¶ S Eſto ergo ꝙ pa
pa cõſentiat in pluralitatem beneficioꝝ: ſileat eccleſia: nul
lus poſſeſſorem inquietet: calculũ poſtulabit deus: dicturꝰ
ad quẽlibet: redde rõnem villicatiõis tue: ⁊ tunc cognoſce

tur deus faciens iudicium ⁊ iuſticiã: qui in multa patiẽtia
ſufferens vaſa ire/nõ agnoſcitur. ¶ Quid aũt ⁊ quantum
cõditio ſtatus clerici de bonis eccleſie requirat: ⁊ cũ bona
fide ſtare poſſit: Origenes aperit exponens illud Math.
xxiiij. Quiſputas eſt fidelis ſeruus: di. Quoniã ⁊ ſm ſim
plicem intellectũ opus habemꝰ vt fideles ſimus ad diſpẽ
ſandos eccleſie redditus: vt nõ deuoremꝰ que ſunt viduaꝝ
⁊ vt memores ſimus pauperũ: ⁊ ne occaſionem accipiẽtes
ex eo qđ ſcriptũ eſt: Dñs cõſtituit his ꝗ euãgeliũ predicant
de euangelio viuere: amplius queramꝰ/ꝙ cibũ ſimplicem
⁊ neceſſaria veſtimenta: ⁊ non amplius teneamꝰ nobis/ꝙ
his qui neceſſitatem patiuntur. Hec ille. ¶ Uideat igitur
quilibet ꝗ neceſſitas vigeat: ꝗ vtilitas ꝑueniat: quali intẽ
tione moueat̃: quo fine ducat̃/vt in beneficijs ſit pluralis.
Et ſi quid hoꝝ reperiet a rectitudine claudicare: pluralita
tem abijciat tanqꝫ ſalutis impeditiuã. Nec pluris eſtimet
damnũ in arca: ꝙ damnũ in cõſcientia. Nec querat excuſa
tionem in pctis ſuperioris autoritate ſe muniens per diſpẽ
ſationem: qm̄ vt ſit recta in executione oportet eã naturali
equitate ⁊ diuinis legibꝰ regulari. Neqꝫ idcirco minus ar
debit in baratro: qui cũ licentia prelati demergit̃ in infer
no. Si vero inuenit oia equa ⁊ iuſta: ſolicitus ſit fideliter
vices repẽdere deo gratias ⁊ laudes/ eccleſie generali/ ac
ſtipendia miniſtrãtibꝰ ſpecialiter: oratiões ⁊ ſpũalis ſuffra
gij famulatũ. ¶ Quinte. q. de ordine ſeruando in virtutis
ſacrificij applicatione/reſ'ſio patet ex dictis ad q̃õnem pri
mam ſupra lec. xxvj. Ideo breuitati ꝯſulens poſt digreſſio
nem longã: non aũt vt autumo: inutilem ad textum noſtri
canonis reuertamur. ¶ Lectio. xxix. A

T omniũ circunſtã
tium: quoꝝ tibi fides cognita eſt: ⁊ nota de
uotio. ¶ Orauit ſacerdos ſpecialiter pro cõ
miſſis ſingulariter: cõſequenter orat ſpeciali
ter pro circunſtantibꝰ nõ cõmiſſis peculiariter. Patet autẽ
ex hac clauſula euidenter ſm Inno. ⁊ Alex. de ales/ꝙ ſan
ctum ⁊ ſalubre eſt miſſarũ ſolẽnijs intereſſe: cũ ſacrificium
euchariſtie pro circũſtantibꝰ ſpecialiter offeratur. Ut autẽ
cuncti fideles ſacri huius muneris miſſe fierent ſpecialiter
participes: ſancta eccleſia more pie matris/profectũ ſitiẽs
filioꝝ ſalubriter inſtituit vt omnes fideles cõueniant in ſa
cris ſolẽnitatibus ad eccleſiã: miſſas audiant: ⁊ ante finem
non recedant. Unde de cõſe. diſtin. j. Miſſas. dicit̃: Miſ
ſas die dñico ſecularibꝰ totas audire ſpeciali ordine preci
pimus: ita vt ante bñdictionẽ ſacerdotis/populus egredi
nõ preſumat: qđ ſi fecerit ab epiſcopo publice confundat̃:
Idem in ca. ſequenti. Cũ ad celebrandũ. Item in ca. Oẽs.
eadem diſtin. dicit̃. Oẽs fideles qui cõueniunt in ſolẽnita
tibus ſacris ad eccleſiam: ⁊ ſcripturas apl'oꝝ ⁊ euangeliũ
audiant. Qui aũt nõ perſeuerat in oratione vſqꝫ dum miſ
ſa peragatur: nec ſanctã cõmunionem percipiũt (velut in
quietudines eccleſie cõmouentes) cõuenit cõmunione pri
uari. Et ꝙ nõ recedat̃ ante benedictionẽ ſacerdotalẽ: non
intelligẽdũ eſt de qualibet miſſa: ſed dũtaxat de miſſa/ cui
ꝓpl'a ex precepto eccl'ie tenet̃ intereſſe: qualis eſt miſſa ma
ior in die dñica ⁊ feſtis ſolẽnibꝰ. ¶ Un̄ notãter dicit̃ in alle
gatis capl'is. die dñica ⁊ ſolẽnitatibꝰ: nã in his audire miſ
ſam eſt ꝑceptũ: vt dicit glo. in ca. allegato Miſſas. Nam ⁊
textus habet ꝑcipis. Itẽ de cõſe. diſ. j. Qui in die. vbi preci
piunt̃ excõicari ꝗ in die ſolẽni cõuentui eccl'ie ſe ſubtrahũt
ſꝫ nemo excõicãdꝰ eſt niſi ꝓpter trãſgreſſionẽ ꝑcepti ꝗ mor
tale pctm̄ iducit. De miſſa maiori. i. parochiali habet̃ de cõ
ſe. diſ. j. Et hoc. ⁊ ex̄ de parochi. Ut dñicis. Et de celebratio
ne miſſarũ. Quidã laici. De hoc etiã. ſ. lec. xiiij. ¶ B Et
dicit doctor ſubtilis. iiij. ſniaꝝ. diſ. ix. ꝙ hoc ꝑceptũ eccl'ie de
audiendo integram miſſam in die dñica ⁊ ſolemni eſt ſpeci
ficatio diuini precepti affirmatiui: Diliges dominũ deum
tuum ex toto corde tuo ⁊c. quantum ad actum et quantũ
ad tempus: ſicut in vete. lege ſpecificatum fuit quantum
ad diem ſabbati: vt videlicet illo tempore/ dies ſcꝫ dñico et

solēni deus colatur ꝛ adoretur in oblatione illius summi
sacrificij eucharistie: quam offert sacerdos summo patri
vere ꝛ sacramentaliter: populus circumstans spiritualiter.
Nam tempus in precepto illo affirmatiuo/qꝺ non obligat
pro semp: nō est expressuz: sed ab ecclesia adiectū. Sicut re
gulariter precepta legis nature determinationē recipiunt
per legem humanā: sicut lex nature dictat malū esse puniē
dum: bonū premiandū: sed qua pena ꝛ mō/determinat lex
positiua. ¶ Debet ergo audiēs missam stare quiet⁹/intus
recollectus/mente in deū ascendere ipm adorādo/magni
ficando/laudādo/gratias agendo: vt satisfaciat precepto
ecclesie de audiendo missam: ꝛ vt particeps fiat orationis
sacerdotis specialiter dnm pro circunstantib⁹ deprecantis.
Unde notanter dicit circūstanniū/nō circūgyrantiū/pam
bulantiū ꝛ cōfabulantiū: qꝛ tales nō solum nō fiunt partici
pes misse: sed etiā peccant transgrediendo preceptū eccle
sie de audiendo missam die dñica: si aliā missam non audie
rint ea die. De quo cancel. in trac. de oratiōe. Cognoscāt et
obseruent tam clerici ꝙ laici: quos oportet dieb⁹ dñicis et
festis diuino interesse officio ꝛ seruitio: ꝙ nō absoluuntur
ab hoc debito dum scienter fabulatiōib⁹ intendūt: sed mul
tipliciori reatu se cōstringunt: qꝛ nedū nō obseruant prece
ptum: sed ꝛ alios impediūt: qꝛ in eccl'ia sanctissimo dei ta
bernaculo scandalum inhonorationemqꝫ faciunt. Subdit
Stent ergo vel sedeant: ꝛ si nō vocaliter orando/saltem in
modesta quiete ꝛ silentio aiaduertant: cōsiderantes neduz
ea que dicunt vel canunt: sed ꝛ ea q̄ mystice pagunt in riti
bus ꝛ vestibus sacris: q̄ preterea in picturis presentant: et
sic de aliꝭs. Hec ille. ¶ C Ad quod implendum religiose
hortatur Grego. x. capl. Decet. de imu. eccle. li. vj. dicens:
Decet domū tuā sanctitudo. Decet vt cuius in pace factus
est locus eius: cultus sit cū debita veneratione pacificus.
Sit itaqꝫ ad ecclesias humilis ꝛ deuotus ingressus: sit in
eis quieta conuersatio: deo grata: inspiciētib⁹ placita: q̄ cō
siderantes nō solū instruat sed ꝛ reficiat. Cōuenientes ibi
dem/nomen illud qꝺ est supra oē nomen: a quo aliud sub
celo nō est datum hoībus quo saluos fieri credentes opor
teat. Nomen videlicet iesu christi/qui saluū facit populum
suū a pctis eoꝝ: exhibitione reuerentie specialis/attollant.
Et qꝺ generaliter scribit vt in noie iesu omne genu flecta
tur: singulariter in seipis implentes: precipue dum agunt
missarū sacra mysteria: gloriosum illud nomen q̄ncūqꝫ re
colitur: flectant genua cordis sui: vel qꝺ capitis inclinatio
ne testentur. Attendāt in locis eisdem intentis precordijs
sacris solēnijs deuotis orationib⁹ insistant. Nullus in locis
eisdem/in quib⁹ cū pace ac quiete vota cōuenit celebrari se
ditionem excitet: cōclamationē moueat: impetū ve cōmit
tat. Cessent in locis illis vniuersitatū ꝛ societatū quarūli
bet cōsilia cōtiones ꝛ publica parlamenta. Cessent vana ꝛ
multo fortius feda ꝛ pfana colloquia. Cessent confabula
tiones quelibet. Sint postremo alia q̄cūqꝫ q̄ diuinum pñt
turbare officiū: aut oculos diuine maiestatis offendere: ab
ipsis prorsus extranea: ne vbi pctoꝝ est venia postulanda:
ibi peccandi detur occasio: aut deprehendant pctā cōmitti
Cessent in ecclesijs earūqꝫ cemiterijs negociationes: ꝛ pre
cipue nūdinarū ac fori cuiuscūqꝫ tumultus: ois in eis secu
lariū iudicioꝝ strepitus cōquiescat. Et infra. Qui vo p̄miss
sas inhibitiōes petulanti aīo cōtempserint: preter pcessum
ordinarioꝝ ꝛ deputādoꝝ ab ipsis diuine vltiones ꝛ nostre
poterūt acrimonia formidare: donec suū cōfessi reatum fir
mato proposito deliberauerint abstinere. ¶ Ex quo satis
deducit/ꝙ tpe diuinoꝝ in sacratis locis quiet⁹ sine strepi
tu debet q̄lib3 apparere: maxime dū misse solēnia pagunt:
vt de numero sit eoꝝ circūstātiū: p quib⁹ spāliter sacerdos
sacrificiū offerens deo patri/id ipsuz petit acceptari/dicēs
Memēto dñe famuloꝝ famularūqꝫ tuarū: ꝛ oim circūstā
tium. ¶ D Nec tamen hoc sufficit: sicut nec soluz sufficit
remouens phibens: qm̄ sicut in naturalib⁹ actus actiuorū
nō suscipiunt nisi in passo disposito: ita ꝛ actiones spūales
certā prerequirūt dispositionez. Ita in pposito requiritur
etiā certa dispositio pro receptione fructus misse. ¶ Cōsi
stit aūt hec dispositio audientiū missaz in duob⁹ que hic ex
primuntur cū in canone dicit: Quoꝝ tibi fides cognita est
ꝛ nota deuotio. Requirit pmo fides vt credat sub specie
bus panis ꝛ vini post cōsecrationis verba/verum corpus
christi ꝛ verus eius sanguis cōtineri: qꝺ qꝛ nō fit virtute na
turali: nec potestate creata: sed infinita creatoris potētia:
transcenditqꝫ capacitatē ꝛ intelligētiā cuiuscūqꝫ creati intel
lectus: nec rōne deprehendi pōt: requirit ad huius verita
tis ascensum ipsa fides. vnde dic beatus Augu. Mira mi
hi videntur q̄ de illo sacramento legunt. Fides est necessa
ria: scientia rōnis supuacua. Scientia rōne ꝛ intellectu col
ligitur. Fides autoritate videtur. Hec sunt ergo q̄ fidez de
necessitate exigūt: rōnem oino nō admittūt. Expetunt sim
plicem creditorem: arguunt improbū discussorem. Et post
pauca. Credi nāqꝫ oportet salubriter: qꝺ inuestigari nequit
vtiliter. Hec ille. Requirit ergo fides circūstantiū: vt ipis
pficiat oblationis sacrificiū: per quā in vnitatē recipiunt
sacramenti: ꝛ adherent ceteris membris corpis mystici/et
christo hui⁹ corporis capiti. Sicqꝫ viuunt ꝛ spūalis vite in
fluxum participare possunt. Nā fides operās p dilectionez
purificat corda circūstantiū: vt ꝛ ipsi in oblatiōe illa q̄ sua
puritate puritatē mystici corpis representat: spūaliter offe
rant. vñ Act. xv. Fide purificās corda. ¶ Secūdo requiri
tur eorundē attentio/ꝛ eleuatio mentis in deū p deuotum
affectū/quo desiderent oblationē hui⁹ hostie salutaris sibi
pficere ad salutem: ꝛ hoc innuit cum dicit. Et nota deuo
tio. supple ad hoc sacramentū/qua tibi vniunt virtute cha
ritatis p affectū: sicut fide vniunt vitate p intellectū: sicqꝫ
veritate ꝛ virtute vniant p intellectū ꝛ affectū. Que fides
ꝛ deuotio etsi homines latet: tn̄ tibi deo cognita est ꝛ nota.
Cognita p approbationē: ꝛ nota p acceptationē. Tibi q̄ ps
picaris fidelib⁹ ꝛ deuotis/sm Inno. q̄ solus vides in con
sciētijs/qui recte credūt ꝛ deuote diligūt: qui scrutator: es
renū ꝛ cordiū: deus scientiarū ꝛ dñs ꝛ occultoꝝ oim pscru
tator: in cuius cōspectu nulla creatura est inuisibilis. Tibi
etiā cui om̄e cor patet quoad fidem ꝛ adhesionē: ꝛ ois vo
luntas loquit p desideriū ꝛ deuotionē: ꝛ quē nullū latet se
cretū p occultationē: qm̄ oia nuda ꝛ apta sunt oculis tuis.
His aūt duob⁹ existentib⁹ in audiētib⁹ missam: fide scꝫ ꝛ de
uotione/fructū diuine gratie hui⁹ sacramēti p̄cipiūt: ꝛ nō
nunq̄ abūdantius ꝙ sacerdos offerens. ¶ E Un subdit
Pro quib⁹ tibi offerim⁹. Quib⁹ scꝫ famulis ꝛ famulabus
tuis: ꝛ oib⁹ circūstantib⁹ fidelib⁹ ꝛ deuotis/offerim⁹. qꝺ di
citur in plurali ad denotandū ꝙ sacerdos loquit: vt supra
tactū est: in psona totius ecclesie q̄ est offerens principale.
Uel sm dñm Alber. dicit offerim⁹/ad denotandū vnitatez
corpis mystici/scꝫ ecclesie: q̄ in totius multitudinis fideliū
ꝛ cleri seruitute offert hostiā salutarē: ꝛ est idem in snia cū
priori. ¶ Subditur. Uel qui tibi offerunt. id est vel eorum
circūstantiū fideliū qui tibi mediate ꝛ spiritualiter offerūt
Offerunt enim circumstantes mediate: sacerdos celebrās
immediate: offerunt ꝛ spiritualiter. Sic etiam spirituali
ter dicuntur hoc sacramentum manducare pro quanto de
uote se humiliant in conspectu corporis christi ⁊ fide credē
tes altissima huius sacramenti mysteria/omnem intelle
ctum suum in obsequium christi captiuantes: vt loquitur
aplus. ij. Corinth. x. ac desiderantes fieri participes huius
hostie salutaris. De quibus beatus Augustin⁹ ait. Ut qd
paras dentem ꝛ ventrem: crede ꝛ manducasti. Cui concor
dat Innocen. Non solum offerunt sacerdotes: sed ꝛ ceteri
fideles. Nam quod specialiter adimpletur ministerio sacer
dotum: hoc vniuersaliter agunt vota fidelium. Hinc dicit
dominus Alber. ꝙ hec particula: qui tibi offerunt/referri
debet ad illud quod premissum est: scilicet quorum tibi no
ta est deuotio: qꝛ sicut sacerdos offert sacramentū ministe
rio: ita illi offerūt voto. Speciali eñ voto offerūt illi q̄ se ꝛ
sua deferunt ad altare: ꝛ io etiā spāliter in altaris oblatiōe
cōtinent ꝛ illoꝝ specialis est recordatio. Et addit. Fit ergo
hec oratio spāliter p offerentib⁹; ꝛ cōsequenter pro aliꝭs; ꝛ

eius cui deprecatio dirigit. Unde Guil. paris. in de rheto
rica diuina ca. ij. ponens differentiā inter oratorē sp̄ualem
et secularem dicit: Orator secularis intendit orōne sua mo
uere iudicem et inclinare in partem suā: vt scilꝫ ꝓ parte sua
iudicet et sententiet. Orator vo sp̄ualis ꝑ orōnem suā quaꝫ
coram altissimo fundit: nō intendit ipm mouere quem scit
indubitanter in vltimitate stabilitatis imobilissimū: sꝫ po
tius semetipm vel a malo in quo est in bonū: vel a bono in
melius: qꝺ est dicere. Quia intendit semetipm facere ido
neum ꝑ orōnem: vt ei cōcedat qꝺ impetrare intendit: vt si
petimus liberationē a malo: quatenus intuitu istius petitio
nis malū a nobis deus auferat. Si petimus donationem ali
cuius boni: vt imitu orōnis efficiamur hoc accipere digni
et idonei. Nō vt ꝑ illā orationeꝫ flectamus deū: vt hoc nobis
cōferat quasi nunꝗ cōferre voluerit: et tunc primo velle cō
ferre incipiat: sed ab eterno hoc conferre disposuit: ad peti
tionem tn̄ nostram factā vel faciendā tꝑe certo. ¶ B Se
cus est de hoie q̄ petitionibus vincit: vt hoc vel illud faciat
qꝺ nunꝗ facere disposuit: et ita de nouo incipiat velle face
re. Et qꝛ varie se habent iudices: secularis scꝫ et diuinus: va
rieqꝫ se habent oratores: hinc nō incōgrue sm̄ eūdem contrario modo causa nostra versanda est corā deo et corā ho
mine. vnde dicit. Cōfessio reatus in secularibus iudicijs reis
obesse cōsueuit ad penā. Ante tribunal vo dei miseratoris
oim̄ no solum nō obest ad penā: imo etiā ꝓdest ad veniaꝫ.
Eo ipso coram deo causam nostrā facimus melioreꝫ quo pu
rius et sincerius nosipos cōdēnamus nullā excusationē pre
tendentes: ita sane liberationē a morte sp̄uali cuius rei fuera
mus: deo facto ꝓpitio consequimur. Ista est lex: hoc est sta

Prouer.
xxviij.

tutum in curia dei: quā ꝓmulgauit ꝑ os sapientis dicens.
Qui abscōdit scelera sua nō diriget. Qui cōfessus fuerit:
et reliquerit ea: misericordiā cōsequet. Per hanc legeꝫ ob
tinuit in cōsistorio dei rex dauid misericordiā: immo quod

Ps. xxxi

plus est: per solū ꝓpositū cōfessionis sicut ipsemet testatur
dicens. Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiā meā dn̄o: et
tu remisisti impietatē pcti mei. Et sequit. Amplius illa lex

j. Cor. xj

ore apostolico ꝓmulgata est. Si nosmetipos diiudicaremus
nō vtiqꝫ a dn̄o iudicaremur. ¶ Cōtraria horum obseruari
cernimus in curia forensi iudicis humani: vbi cōfessio et accu
satio suspitius de crimine dānationeꝫ et iudiciū infert: etiā
cum exterminatione vite corporalis. ¶ C Oramus igitur
ad deum vt premissum est: nō vt mutet ꝓpositū ad nostraꝫ
orationem: sed vt orōne nosipsos disponamus: et efficiamur
idonei ipetrare qꝺ petimus. Volens itaqꝫ deū tibi fore piuꝫ
et misericordē: esto tu ip̄i pius et misericors. Est em̄ durus
duris. pius: pijs. bonus: bonis. seuerus malis. Taleꝫ itaqꝫ
illum inuenies: qualis et tu fueris in tuis desiderijs: nō qui
dem per mutabilitatē eius: sꝫ per tuā. Volens insuꝑ in cu
ria sue iusticie absolutionem cōsequi: teipsuꝫ accusabis: iu
dicabis: cōdemnabis: et sic remissionem ipetrabis: nō per
mutabilitatem sui: sed ꝑ mutationem tui. Cū em̄ pctōr inci
pit detestari peccatū: mutat: qꝛ habet in se detestationem
quam prius nō habuit: si petit ipsoruꝫ deletionem iterum
mutatur: qꝛ habet in se petitionem quā prius non habuit.
Deus aūt delendo vel remittendo peccatū nō mutatur: qꝛ
nihil in se recipit quod in ipso prius nō fuit. Si nāqꝫ deus
vult peccata orantis nō imputare ad penā: nec punire ad
eius detestationē et petitionē: nō incipit hoc de nouo velle
sed ab eterno hoc voluit nō imputari: cū pro illo precaret
et detestaret. Sicut si ego statuerē in meipso inimico meo
velle remittere offensam ad suā supplicationem: quā futu
ram pro certo tꝑe ex reuelatione vel qualitercūqꝫ preuide
rem: remittendo ad suā supplicationem nō mutarer ꝓ tūc
qꝛ nullum actū nouū in me haberem quem prius non ha
bui: sed ipse in se mutaret de nō petente in petentem. Suo
modo ab eterno deus vidit petitionem hois futurā: siue ꝓ
remissione peccatorum: siue pro impetratione alicuius alterius
boni. et ad talem petitioneꝫ fiendā in tꝑe determinato de
terminauit se ab eterno remissurū peccatū: vel collaturum
illud bonuꝫ qꝺ petetur: et hoc sine omni sua mutabilitate:
quia hoc nō fit sine mutabilitate eius qui petit. ¶ Secun
da ꝓpositio: Per preces ad sanctos vt ipi pro nobis inter
pellent fusas nō intendimus deū per eos quasi nescientē qꝺ
nobis expediat informare. Peꝫ: qm̄ nō nescius est miseriarū
nostrarū: cuius oculis oia aperta sunt atqꝫ nuda. ad Heb.
iiij. Unde metrista quidā. Est nihil occultū qꝺ nesciat alta
maiestas: Qui videt e celo q̄cq̄d in orbe latet. ¶ D Cur
aūt sanctos oramus tanꝗ mediatores satis lectione precedē
ti dictum est: quibus tres sequentes addi possunt rationes.
Prima ꝓpter nostrā inopiam in merendo: qꝛ em̄ adhuc in
corpore mortali sumus constituti qꝺ aggrauat aiam: et ad
terram deprimit: nō possumus attenta mente opera bona et
merita feruentia exercere: vt igit cum misericordia dn̄s iu
sticiam seruaret: voluit vt quibus merita ꝓpria nō sufficiunt
ad boni alicuius impetrationeꝫ: patrocinarentur et succur
rerent aliena. Secūda causa est sanctorum gloria: Nam vt
ista cognoscatur ꝑ ipsos decreuit facere mirabilia in corpo
ribus: et per eos operari salutem in aiabus: vt ex hoc in
ipsorum laudes assurgere: et ad vitā eorūdem imitatione alli
ceremur: qua ad eandē gloriā ꝑuenire: et cum ipsis gaudio
perfrui mereremur. Tertia causa ꝓpter dei reuerentiaꝫ: vt
scilꝫ pctōr qui deum offendit: quasi nō audiens in persona
propria ꝓpter peccati scoriā coram maiestate altissima pa
riter et tremenda apparere recurreret ad scōs purissimos
et deo gratos: qui pctōris preces altissimo presentarēt: easqꝫ
suis adiunctis meritis et precibus magis redderent exaudi
biles placidas atqꝫ gratas. ¶ E Tertia questio: Solu
tio tertie questionis que querit moduꝫ quo sancti in celis
audiant nostras preces fusas in terris: ex eo pendet: quibus
modis beati qui a corpore separati sunt. siue etiā in corpori
bus gloriosis deo assistunt: cognoscant preces nostras.

Cogni
tio ange
li est du
plex.

¶ Pro cuius intellectu notandū ꝙ Aug. suꝑ Gen. ad lit
teram: distinguit duplicem cognitionem angelorum beatorum:
scꝫ matutinā et vespertinā. Unde exponēs illud Gen. j. Di
uisit lucem a tenebris: appellauitqꝫ luceꝫ diem et tenebras
noctem. Factūqꝫ est vespere et mane dies vnus. Cognitio
nem angeli cōparat diei siue luci eiusdem: et ignorantiam
nocti vel tenebris. Vult ergo ꝙ cognitio angeli dicat dies
Et qꝛ diei due sunt partes. Pricipiū qꝺ dicit mane: et finis
qꝺ dicit vespera. His cōparat dupliceꝫ angeli cognitioneꝫ
Cognoscit em̄ angelus res vel in creatore siue in vbo: aut
in creatura: siue cognoscat in seip̄o angelo per species con
creatas: siue in ꝓprijs generibus ꝑ species a rebus receptas.
Prima cognitio est supnaturalis et btifica et in lumine glo
rie. Secūda est naturalis in lumine nature. Prima cogni
tio est qua in vbo et lumine glorie cognoscit beatifice cla
re et nude diuinā essentiā et creaturas in ipso tanꝗ in limpi
dissimo speculo et exēplari imenso sibi relucētes: et hec est
perfectissima. sicut cognitio conclusionis cognitis princi
pijs: siue hec cognitio infundatur angelis beatis imedia
te a verbo: siue eliciatur ab intellectu angelico lumine glo
rie eleuato. ¶ F Secūda cognitio est qua angelus in lu
mine nature id est naturali intellectus sui virtute et viuaci
tate cognoscit res creatas: siue in seip̄o angelo: siue in ipis
rebus cognitis ad intellectum statim supra expressum. Et

ex rebus sic cognitis/creatis/ꝛ factis ascendit ad cognitio
nem creatoris: ſm illud apl'i ad Roma .j. Inuisibilia dei a
creatura mūdi p ea que facta sunt intellecta cōspiciuntur.
Quod licet a btō Bern. ser. v. sup Cant. exponat de hoie.
facit eñ vim in verbo quo dicit: a creatura mūdi/nō celi.
Verum tñ est ꝛ de creatura angelica: vt innuit glo. interli.
di. ab homie nō solum ab angelo. Et dicit naturalis: q2 ad
ipsam sufficit natura cognoscitiui sine adminiculo alicu⁹
doni supnaturalis: stante tamen adminiculo cōmunis in
fluētie dei. Vtrãq3 cognitionū inest obiectiue tum creato
ris ꝙ creature. Naz prima cognitio/ sc3 rerū in verbo/vna
est ꝛ indistincta qua cognoscit verbū ꝛ relucētia in verbo.
Hac eñ nude ꝛ beatifice diuinā essentiā cognoscit: ꝛ oia re
lucentia sibi in verbo: nec relucentia sine verbo. Et dico si
bi: q2 licet oia cognoscibilia relucēāt in verbo: non tñ opor
tet oia cognoscibilia cognoscere cognito verbo: alr tollerē
tur actus hierarchici: qui sunt: illuminare/purgare/pfice
re. Est eñ verbū quasi speculū voluntariū/ ostendens vi
denti se quantū voluerit: nō quantū relucet. Que ergo nō
ostendit se vidēti: nō relucent illi. ❡ Et ꝙuis cognitio ver
bi ꝛ rerū in vno verbo sit vna: ipse tñ angelus distincte co
gnoscit verbū/ꝛ quodlibet relucentiū sibi in verbo. Faciē
te hoc deo noticiā illā creante in angelo ꝛ pfectione ipecu
li .s. essentie representantis oia distincte. Nam ꝛ de⁹ ipse vni
ca cognitione ꝛ cognoscendi ratione: q̄ est diuina essentia:
pfectissime ꝛ distinctissime oia nouit. Longe ergo pfecti⁹
cognoscit angelus res in verbo ꝙ in seipso: vel in gn̄e rerū
ꝓprio. ❡ G Scd'a v° cognitio multiplicat ſm multipli
citatez obiectoꝝ cognitoꝝ: qm̄ res in se vel in ꝓprio genere
quas distincte cognoscit: cognoscit distinctis cognitioīb⁹.
Sic alia cognitiōe distīcte cognoscit se ꝛ creaturas: ꝛ crea
torem ex creaturis confuse vel indistincte. Prima cognitio
in verbo vocat matutina. Scd'a dicit vespertina. Matu
tina: q2 est in v̄bo qđ est principiū reruz. Oia per ipm̄ facta
sunt. Ioh. j. Vespertina dicit scd'a: q2 est cognitio rerum in
creatura q̄ inquantū est creatura: est in declinatione ꝛ casu
Vnde nō dicit illa cognitio angeli matutina: ista vesperti
na ꝓpter admixtionez tenebrarū ignorātie. sicut lux matu
tina similiter ꝛ vespertina admixta est tenebris: cū in ange
loꝝ cognitione nihil ignorātie sit admixtum: sed ex causa
dicta. ❡ Sed di. cū cognitio rerū naturalis angeli sit du
plex: sc3 rerū in seipo p spēs cōcreatas: ꝛ in gn̄e ꝓprio p spe
cies a rebus cognitis receptas: cur nō ponit triplex cogni
tio: vespertina/matutina/ꝛ meridiana. sicut sunt he tres par
tes diei/cui cōparat cognitio āgelica. ❡ Solutio ſm Ale
xan. de ales par. ij. q. xxiij. ar. j. ꝙ q2 nō pōt angelus cogno
scere res nisi in creatore aut creaturis: ideo btūs Aug. disti
xit tantū duplicem cognitionē angeloꝝ. Et primā dixit co
gnitionē matutinā q̄ est in verbo. Secūdā que est in creatu
ra: siue sit in ipso angelo: siue in ꝓprio rerū genere/appel
lauit cognitionem vespertinā: Licet illa secūda sit duplex:
quarū vna cognoscit rem p species concreatas etiā absen
tem ꝛ nō existentem/sed futurā. Alia tantū rem presentem
per species a rebus acceptas. Vnde ad orosium ait Aug.
Ipsa creature cognitio in semetipsa vespertina/ q̄ dei co
gnitione erat mane. Et idem in eodem: Scientia angeloꝝ
in seipsis/in cōparatione ad scientiā que est in verbo dicit
vespertina. ❡ H Harum triū hec est distinctio. Quo
niā illa q̄ est in verbo: nullo modo dependet a re creata: sed
illa que est in angelo admin⁹ dependet a forma seu specie
cōcreata ipsi angelo: q2 intellectiua est plena formis: sed il
la que est rerum in propriis generibus: a rebus creatis sim
pliciter dependet. Ex quo infert Alex. ꝙ ille tres rationes
cognoscendi ſm nobilitatem earū differunt. Nobilior eñ
est forma increata/ꝙ concreata ipsi angelo: et concreata
ꝙ forma a rebus accepta. Ratio eñ cognoscendi in verbo
est ipsa diuina essentia: ꝛ nō aliqua spēs media inter essen
tiam ꝛ cognitionez. Sicut in secunda ꝛ tertia/est aliquod
representans mediū inter cognitum ꝛ cognitionem. Con
grue ergo sola prima/scil3 in verbo dicitur matutina: q2 in
principio. Alie due vespertine: quia in creatura. Verum ꝙ
Aug. matutinā quandoq3 nominat diurnā. vnde. xj. de ciui
ta. dei ca. xxix. Illi inquit angeli sancti nō per verba sonan
tia deum discunt: sed per ipsam presentiā immutabilis ve
ritatis. hoc est verbū eius vnigenitū. Et ipsum verbū ꝛ pa
trem ꝛ eorum spiritūsanctum: eãq3 esse inseparabilem trini
tatem: singulasq3 in ea personas esse vnam substantiā: ꝛ ta
men oēs nō tres deos esse: sed vnū deum ita nouerunt: vt
eis magis ista ꝙ nosipsi nobis cogniti sum⁹. Ipsam quoq3
creaturam melius ibi/hoc est in sapientia dei/tanꝙ in arte
qua facta est: ꝙ in ea ipsa sciunt: ac per hoc ꝛ seipsos ibi me
lius: ꝙ in seipsis: veruntamen ꝛ in seipsis sciunt. Facti sunt
eñ ꝛ aliud sunt ꝙ ille qui fecit. Ibi ergo tanꝙ in diurna co
gnitione: in seipsis aūt tanꝙ in vespertina. Multū eñ dif
fert vtrum in ea ratione cognoscat aliquid ſm quā factum
est: an in seipo. Et sequit. Omnia eñ aliter in verbo dei co
gnoscunt ab angelis vbi habent causas rationesq3 suas .s.
ſm quas facta sunt incōmutabiliter permanentes: aliter in
seipsis. Illic clariore: hic obscuriori cognitione velut artis
atq3 operum. Que tamen opera cū ad ipsius creatoris lau
dem venerationēq3 referunt: tanꝙ mane lucescit in omni
bus oculis cōtemplantiū. Item li. iiij. super Gen. ad litte
ram: Cognitio q̄ est in verbo ad diem pertinet: que est in
seipsis/ad vesperā ptinet. ❡ I Posset etiā nō improba
biliter dici/ꝙ sicut lux solis meridiana omniuz clarissima
est: nec potest irreuerberatis oculis intueri: ita vocabuluz
hoc cognitio meridiana/soli diuine cognitiōi qua deus in
se omnia cognouit/lucidissime referuat. Ad cognitionem
nãq3 sui ꝛ omniū cōprehensiuā/nullus creature oculus ac
cedere potest: dicente aplo. j. ad Tim. vj. Lucem habitat
inaccessibilem. Illa ergo lucidissima cognitio diuina/sola
meridiana merito nominat. ❡ Et que dicta sunt de ange
lis: suo modo intelligunt ꝛ de beatis animab⁹. Vñ magr
in. iiij. dist. xlv. ex cognitione angeloꝝ/similia argumenta
tur de beatis. ❡ K Cognitione itaq3 rerum in ꝓprio ge
nere possunt sancti cognoscere orationes nostras vocales:
dum ad ipsas habent debitam approximationem ꝛ presen
tiam. Non enim intellectus creatus intelligit naturali co
gnitione saltem intuitiue quodcunq3 intelligibile/quan
tumcunq3 distans. Nam cum ad intuitiuam sui cognitio
nem obiectum coagat (ſm beatum Augustinum. ix. de tri
nitate capit. xij. Omnis res quamcunq3 cognoscimus: cō
generat in nobis noticiam sui. Ab vtroq3 enim noticia pa
riter a cognoscente ꝛ cognito) nō videtur ꝙ creatura age
re possit ad suam cognitionem per infinitam distantiam.
❡ Quid autem de mentali oratione: an beatus vel etiam
angelus sufficienter presens videre possit cogitationes
mentis et affectiones alterius: sunt opiniones apud do
ctores. Sunt enim qui dicunt ꝙ mentis cogitationes ꝛ af
fectiones homo habet occultas et clausas cuilibet creatu
re: quam occultare potest ita vt illam videre nemo possit:
nisi cui voluerit reuelare: vel saltem ille qui intimior est
cuilibet creature ꝙ creatura sibi ipsi: qualis est solus de⁹.
Vnde consequenter dicunt ꝙ solus deus est scrutator cor
dium. cui consonat illud. ij. Paralipomenon. vj. Tu solus
nosti corda filiorum hominuz. Et in ecclesiasticis dogma
tibus capitulo. xlix. Internas anime cogitationes diabo
lum non videre certi sumus. Et ne hoc concessum putetur
angelis bonis/ additur. Secreta autem cordium ille so
lus nouit: ad quem dicitur. Tu solus nosti corda filio
rum hominum. et. j. Corinthiorum. ij. Nemo scit hominuz
quid est in homine: nisi spiritus hominis qui est in homi
ne. Et huiusmodi multa adducunt: quibus nituntur pro
bare ꝙ solus deus scrutatur corda et renes/id est affe
ctiones. ❡ L Sed istis non obstantibus/ sunt qui pro
babiliter oppositum tenent: videlicet Scotus in report.
libro. ij. distinctione. ix. et doctor anglicus Guilhelmus
ocham in. ij. q. xiij. scil3 ꝙ quilibet angelus: et eadem ratio
ne quilibet beatus naturaliter potest distincte ꝛ intuitiue
cognoscere cogitationes aliorum. Nec in hoc dependet a

voluntate cogitantis. Unde posita cogitatione vel affectione/non est in ptāte angeli cogitantis vel volentis/occultare eam alteri angelo vel beato q̄n ille possit ea distincte cognoscere ex suis naturalib⁹: dūmodo ad ipm̄ habeat debitā p̄sentiā ꝛ non impediaꝛ. Et ita ex suis naturalib⁹ cognoscere pōt angelus/ꝛ beatus orationes mētales orātis viatoris/stante debita p̄sentia ꝛ sublato impedimēto. Nā cū intellectus viatoris suos act⁹ cognoscat: cur nō intellect⁹ beati qui est pfectior. Nā q̄cquid cognoscit potētia minus perfecta: cognoscit etiam pfectior. ¶ Itē ois potentia cognitiua disposita non impedita ꝛ pfecta cognoscere pōt naturaliter q̄cquid sub eius obiecto cōtineꝛ. Sed cogitationes ꝛ affectiones ꝯtinenꝛ sub obiecto intellectus quod est ens inquantū ens: ergo pōt intelligi a quolibet intellectu sufficienter p̄sente ꝛ non impedito. ¶ Itē cause naturales nō subsunt imperio voluntatis create: quin positis eis eo modo quo naturaliter agere sufficiunt/agāt: sed cogitationes ꝛ volitiones cū intellectu presente naturaliter causant sui cognitionē. Nec videtur quomodo āgelus vel beatus cognoscat essentiā aie orantis q̄ est sibi intimior: q̄ȝ accidentia inherentia/cogitationes scȝ ꝛ affectiones: ꝛ nō cognoscat inherētia accidētia/scȝ cogitationes et affectiōes. ¶ Itē beati cognoscūt oēs motus et opationes corporales orantis: ergo multo magis opationes pure spūales/quales sunt cogitationes: qꝛ tales sunt purū intelligibile et immateriale. Sicut intellectus beati qui nō dependet in cognoscēdo a sensibus: sicut intellectus noster in via: sed ex sua naturali pfectione ꝓpria cognoscit intelligibilia p̄ncipia sine medio sensuū. Huic snie concordare videnꝛ vba btī Aug. in carmine de gloria padisi loquētis de ciuib⁹ paradisi celestis: dicit eīn. Nā ꝛ pectoris arcana penetrant: alterutrū vnū volūt: vnū nolūt: vnitas est mentiū. ¶ Dictū est aūt/dūmodo ad ipm̄ habeāt debitā p̄sentiā: qm̄ (vt dictū est) nō pōt intellect⁹ finitus p quācūq; distantiā videre intelligibile. Additū est etiā dūmodo nō impediaꝛ: quia impediri potest per deum suā influentiā subtrahentē/ne cōcurrat coagendo cum intellectu beati ad cognitionē secretorum cordis viatoris. Sicut creditur s̄m sanctorū doctrinam [illegible] prohibere malignos spiritus eis nō coagendo: ne videāt ea q̄ in cordibus hoim versanꝛ: q̄ nisi ꝓhiberentur: ex naturali sua pfectione possent sicut cetera sensibilia/ꝛ intelligibilia intueri. Prohibet aūt deus misericorditer: ne totius salutis inimicus suis dolosis artibus/ꝛ tentatione feriore salutis ꝓposita in mente hominis impediret: qui maligni temtationes moderaꝛ: nec permittit hominē tentari vltra q̄ȝ potest sustinere. j. Cor. x. ¶ M aūt deus dr̄ scrutator cordiū: ꝛ solus noscere corda hominū ꝛ similia: intelligendū est vniuersaliter ꝛ necessario ac inimpedibiliter: ita q̄ȝ simpliciter impossibile sit ne videat cor cuiuslibet seipō: et sine cuiuslibet alterius amminiculo: ꝛ hoc ꝓpriū est soli deo. Beatus vō etsi videt cor vnius: nō tamē ea que sunt in cordib⁹ oim: qꝛ nō habet ad omnia corda debitā p̄sentiam: nec videt necessario: quia impediri pōt: nec seipso: qꝛ nō sine cooperatione obiecti/et generali influētia dei. Cū aūt ex autoritatibus illis ꝓbareꝛ q̄ȝ nunq̄ȝ quis posset cognoscere cogitationes alterius: nec quisq̄ȝ suas n̄ sol⁹ deus cognosceret corda: ꝛ ita nec deus posset illis beatis reuelare: nec angelus angelo mētaliter loqui: que oia erronea sunt ꝛ falsa. ¶ M Nec valent q̄ Grego. de arymino in suo. ij. dist. ix. obijcit: p̄mo dicens: q̄ȝ nullū genus entiuȝ p̄uatur vniuersaliter: vel vt in pluribus s̄m indiuidua et tp̄a operatione sibi naturaliter cōpetente seu nata cōpetere. Gen⁹ autē angelorū ꝓ semp/vel in plurib⁹ s̄m indiuidua ꝛ tempora p̄uaꝛ cognitiōe distincta cogitationū hominū: ꝛ per cōsequens patet q̄ȝ ipsi non sunt naturaliter apti ad talem cognitionē. Prima pars antecedētis patet per illud Aug. vij. de ciui. dei. c. xxx. Sic deus administrat cūcta q̄ creauit. vt ea proprios exercere ꝛ agere motus sinat. Et confirmat. Nā eīn inquit posset dici q̄ȝ albedo posset naturaliter albedinem producere sicut calor calorem. Sed q̄ȝ non producit ex eo est/q̄ȝ deus suspendit ea a tali actione non coagendo sibi: quod tamē nullus dicit. ¶ Secūdo respōdēdo motiuis ponit q̄ȝ beati non habent debitam p̄sentiā ad cogitationes alterius: et ideo eas videre non possunt. Est autem debita presentia: presentia subiectiua: ita q̄ȝ necesse est intellectum cognoscentem cogitationē esse subiectū illarū cogitationum. Unde nisi cogitationes inhereāt intellectui: intellectus non est sufficienter presens/presentia que sufficit ad cognoscendum. Cuius signum addit: qꝛ si per potentiā dei/duo homines essent simul in eodē loco primo: tunc intellectus eorum essent sibi presentes/quia indistantes: et tamen vnus non intelligeret cogitationes alterius: q̄uis essent eque dispositi: et cognitiones vtrorumq; eiusdē rationis. Cuius nulla alia causa assignari potest: nisi q̄ȝ requiritur presentia subiectiua siue inhesionis. ¶ N Sed ista non cogunt. Nō primū: quia tam prima pars sui antecedētes/q̄ȝ secunda deficiunt. Nam prime parti datur instantia de genere demonum: qui multis actib⁹ et cognitionibus: ad quos habent naturalē potentiā: perpetuo p̄uanꝛ. Similiter ꝛ beati tristicia (que naturaliter sequitur de rebus nolitis et tamē accidentibus) perpetuo p̄uantur/eo q̄ȝ ois tristicia repugnat beatitudini. Item s̄m multos/potentia vegetatiua in homine/si non p̄ueniretur creatione anime: ꝓduceret formā: imperfectiorem tn̄ anima sicut in ceteris viuentibus: a qua tamē actione s̄m totam speciem perpetuo suspenditur. Autoritas vō beati Aug. non habet hoc ad quod inducitur: nam btūs Aug. c. precedēti ostendit q̄ȝ deus summus omnia operatur: et nature vim operandi ipse tribuit: que per multa declarat: que gentiles quidā suis dijs falsis attribuere. Et in ca. xxx. subdit q̄ȝ deus idem vbiq; totus nullis inclusus locis: nullis vinculis alligatus: in nullas partes sectilis: ex nulla parte mutabilis: implēs celum et terram: presente potentia non indigente natura: sic itaq; administrat omnia que creauit: vt etiam ipsa proprios exercere et agere motus sinat. Ex quo nihil aliud vult nisi q̄ȝ deus qui est omnium vnicus creator et creatorū gubernator: ita gubernat omnia que fecit: q̄ȝ etiam secum in quibusdam actionibus coagere permittit. Nec ex illo inferri potest/q̄ȝ omnes operationes naturales agere permittat: aut q̄ȝ non quasdam a suis naturalibus actionibus in quas possent ad tempus vel perpetuo suspendat: s̄m q̄ȝ placuerit sue ordinatissime voluntati. Nec ad aliud inducunt hec verba Aug. nisi ad hoc q̄ȝ deus omnia operatur: quedam mediante creatura: quedam immediate seipso. vnde subdit. Agit multa per angelos: sed non nisi ex seipso beatificat angelos. ¶ Quod vero in confirmatione addit/q̄ȝ posset dici de ipsa albedine ꝛc̄. Sic vtiq; posset dici: sed sine ratione. cum ad id dicendum nulla ratio/vel leuis apparentia inueniri potest. Ad dicendum vero q̄ȝ intellectus possit omnia cognoscere: que sub eius obiecto primo comprehenduntur: et ita actus alterius intellectus sicut alium intellectum videre que sibi sunt eque presentia: sunt rationes probabiles: et vix (sicut patet) solubiles. ¶ O Secunda etiam pars antecedentis/scilicet q̄ȝ genus angelorum pro semper vel in pluribus priuatur cognitione distincta cogitationum hominum: non est probata. Unde credi potest q̄ȝ vt plurimum angeli et beati videant mutuas cogitationes/et etiam hominum quibus sunt presentes: saltem illas quas beati non volunt alijs celare: quia probabile est q̄ȝ quantum ad illas non concurrat deus. Nihil enim inconueniens sequi videtur q̄ȝ angelus hominis custos secreta cordis eius videat: presertim cum hoc fructum custodie non impediat: sed promoueat. Item quomodo alr̄ orationes viatorum angeli custodes ad nos missi domino offerrent: sicut raphael dixit tobie. Qū orabas cū lachrymis ꝛc̄. ego obtuli orationē tuā dn̄o: si non eas in nobis viderent. eiusdem. xij. Sunt enim efficaciores mētales orationes q̄ȝ vocales: et lachryme cordis q̄ȝ oculorum. Et per hunc modum facile intelligiꝛ quēadmodū angeli sibi loquuntur. Celant suas cogitationes:

dū illas nolunt sciri ab alijs: ⁊ tūc dñs cuius volūtati sunt indeclinabiliter addicti: nō concurrit ad causandum cognitionē secretorū in alijs angelis. Loquunt/dū in se cognitiones eliciūt ⁊ actus interiores/vt ceteri cognoscūt: ⁊ tūc his formatis ceteri p̄sentes naturali virtute cognoscūt: nec impediuntur per subtractionē diuine influentie. Sic etiam soluatur quomodo angelus vel beatus multis eque p̄sentibus vni vel aliquib⁹ loquitur/et nō oibus: volendo vnuз cogitationem suā scire/ et nō alium: ⁊ hoc deo concurrēte respectu vnius: et suspēdente suam coactionē respectu alterius. ¶ Quod vo doctor ille secundo dicit/ꝙ debita p̄sentia ad videndum cognitionē est p̄sentia subiectiua: videt oino voluntarium et nulla ratione subnixū. Cū em̄ ita act⁹ intellectus et voluntatis eque continent sub obiecto p̄mo intellectus/sicut cetera intelligibilia: ⁊ omniū sub obiecto primo alicuius potētie eque cōtentorū: non dissimilis req̄ritur presentia ad cognitionis formationē: sed q̄cūq̧ p̄sentia sufficit vni cōtentorum: sufficit et alteri: sicut est videre in visibilibus. Nā obiectum primū visus est color: ideo q̄cūq̧ presentia vnius coloris sufficit vt videatur: similis presentia alterius sufficit: ⁊ sic de alijs. ¶ Cum ergo in nullo alioꝝ intelligibilium requirit talis p̄sentia: quare potius hic. Et ita eadē facilitate contemnit: qua probat. Et miruз videt quomodo angelus q̄ distincte videt intellectum alterius angeli: nō videt oē intelligibile in illo intellectu visō existēs/stante generali influētia dei. ¶ Itē ex illo sequeret ꝙ solus angelus posset cognoscere suas cognitiōes: q3 soli sibi inherēt: et ita nunq̄ alius posset ea videre: ⁊ per cōsequens nullus alteri loqui: et sua secreta aperire: quod est cōtra oēs: q3 nullus alius pōt esse presens p̄sentia subiectiua illis: cum idem accidēs non poss. e in diuersis subiectari. ¶ P Et ad signū quo intētum probare nitit dicit/ꝙ si illi homines essent viatores: neuter cognosceret intuitiue cogitationes alterius. sicut nec intellectū vel essentiā anime alterius: quia intellectus corpori immersus ita alligat⁹ est viribus sensitiuis/ꝙ nullius extra se habere potest noticiā sine phantasmatibus: vt patet. iij. de anima. Et ideo nulli⁹ rei extra se noticiā intuitiuā habere potest: qō sensus intuitiue nō cognouit. Propter qō substāntiā rei intuitiue nō possumus distincte cognoscere ꝓ statu illo: sed nec actus proprios cognoscere posset: nisi illos elicuisset p̄uijs phantasmatibus ad eum mouētibus. Cum ergo nullū phantasma mouens mediate vel immediate ad cognitionis formationē alterius hominis in potētia cognitiua illius p̄cessit: nō mirū si ille cognitionē alterius intuitiue nō videt: q̄uis sit sibi presens. Secus de intellectu corpori non immerso: qui intelligibilia immediate sine ministerio sensuū apprehendit: non minus q̄ sensus sensibilia: qm̄ potētia superior et in cognoscēdo est perfectior. ¶ Q Redeundo nunc ad ꝓpositā questionē dicendū/ꝙ sancti in patria qui de facto in celis sunt: naturali cognitione puta vespertina: q̄ est cognitio rerū in proprio genere: nullas orationes nostruз in terra consistentiū: neq̧ mentales: neq̧ vocales cognoscūt/ ꝓpter immoderatam distātiam inter nos et ipsos. Hec em̄ q3 improportionata/habet naturalē cognitionē intuitiuā: que est de rerū existentia impedire. Et de hoc pōt accipi illud Aug. Esa. lxiij. in glo. interli. Abraā nesciuit nos. Mortui em̄ sancti nesciūt quid agant viui. etiā ipsorū filij. Accipitur hec glo. de verbis Augustini in libro de cura ꝓ mortuis agēda: vbi dicit. Si tanti patriarche: quid erga populū ab eis procreatū/ageretur ignorauerūt: quomodo mortui viuorū rebus atq̧ actibus cognoscēdis adiuuandisq̧ miscētur. ¶ De cognitione autem matutina: an illa videāt orationes nr̄as: nūc videndū. Et dico p̄mo. Nō est de ratione beatitudinis essentialis: vt nostras orationes: aut alia facta nr̄a matutina cognitione videāt in verbo. Probat: q3 illud qō nihil est obiecti beatifici: non est necesse in beatitudine intueri. Sed orationes nostre et quelibet creatura nō sunt aliquid obiecti beatifici: igitur. Minor patet: q3 obiectū beatificū est diuina essentia: q̄ ex sua infinita perfectione sufficiēter btificat quēcūq̧ intellectū creatū: immo ⁊ increatū diuinū nullo alio secū ad btificandū cōcurrēte: qō beatus Aug. innuit cū ait: Btūs est dñe q̄ te videt: etiam si alia nesciat: ⁊ si alia tecum videat nō propter hoc beatior. ¶ Utrum autē videre nr̄as orationes p̄tineat ad eorū beatitudinē accidētalē: nō ꝑ oia certū est. Un̄ venerabilis Hugo de sctō victore de sacra. li. ij. pte. xvj. ca. xj. ita dicit. Multi in q̄stionē adducūt/si sancti p̄ces supplicantiū audiūt: si vota postulantiū ad ipsorū vsq̧ cognitionē p̄ueniūt. Difficile est iudicare de hmōi. Quō em̄ scientia nostra certa esse potest de ipsis: qui eā quā de nobis habēt scientiā: nec capere possumus: nec inuestigare. Hoc vnum certū est. Aias sanctoꝝ in secreto diuine contemplationis cōstitutas/eorū que foris agunt: tantū scire: quātū illis vel ad gaudiū: vel nobis ad auxiliū ꝓdesse cōstat. Nos intercessores querim⁹ apud deū. Quid ampli⁹ vis. Times ne forte nō orēt q̄ semper orāt. Quō nō orabūt pro te qn̄ tu oras: qui et qn̄ tu nō oras: orare tn̄ nō cessant. Si non audiunt inquis: et ego in ventū fundo vba nō audientib⁹ ⁊ nō intelligētib⁹ loquēs. Ecce dicamus. Nō audiunt sancti verba postulantiū: neq̧ ad beatitudinē illoꝝ attinet ista nosse que foris agunt. Ecce dicamus: nō audiūt. Nunquid de⁹ nō audit. Quid ergo laboras inuestigare quid audiunt ⁊ quantū audiunt sancti quos oras: cū ipse de⁹ audiat propter quē oras. Ipse videt humilitatē tuā qui remuneraturus est deuotionē tuā. Tn̄ si audiunt ⁊ quantū audiūt: quid est audire nisi scire. Unum est lumē in quo audiūt ad percipiendū: ⁊ vident ad cognoscendum: in quo si quid forte foris agit: quod mō interim non audiūt aut nō vident: mysteriū est dispensationis: non detrimentū felicitatis. Inueniūtur tn̄ quidā sanctoꝝ patrū quedā ita diffiniuisse quasi nihil sit in creaturis quod nō videant qui videntē omnia vident. Ego ampli⁹ iudicare nō presumo: nisi hoc solū: qm̄ tantū vident: quantū illi placitū est: quē vident: ⁊ in quo vident. Hec hugo. ¶ R Ex illa autoritate tria eliciūtur. Primū ꝙ videre creaturas in verbo: ⁊ ea que foris agunt: nō ꝑtinet ad beatitudinē essentialē. Quia dicit ꝙ illa nō videre/nō est detrimentū felicitatis. ¶ Scdm̄/ꝙ vident in verbo ⁊ sciūt quicq̄d ad beatitudinē eorū accidentalē pertinet. Dicit em̄ ꝙ sciunt tantū … tū illis ad gaudiū: nobis ad auxiliū prodesse cōstat. … autē ꝑtinet ad beatitudinē accidentalē. ¶ Tertium ꝙ tantum audiunt in verbo et vident: quantum placet verbo illis ostendere in quo vident. Et sm hoc intelligere oportet illud Aug. in meditationibus suis cap. xxv. Qui scientem cuncta sciunt: quid nescire nequeunt. Nota (quid) non capitur questiue: sed infinite pro aliquid. Quod de his dictum intelligitur que ad beatitudinem eorum pertinent siue essentialem: siue accidentalem: siue de his que deo quē vidēt: eis complacet reuelare. Ideo Grego. ij. mora. §. iiij. moderatius loquitur. Quid de his (inquit) que scienda sunt nesciunt: qui scientem oia sciunt. Unde probabiliter dicitur ꝙ licet non necessario sequitur ad sanctorū beatitudinem vt orationes nostras audiant de congruo: tamē de⁹ eis reuelat omnia q̄ ipsis ab hominib⁹ offeruntur: siue ipsos magnificando ⁊ laudando: siue eos orando et auxilia implorādo. Coadiutores quidē sunt dei in p̄curando salutē electoꝝ: q̄ cū nōnunq̄ cōfert propter sanctorū merita et intercessiones tanq̄ ꝑ media ad hoc ab eterno ordinata: reuelant eis orationes viatorū ꝓ quib⁹ intercedūt. Hoc etiā ad gaudiū eorū accidentale ꝑtinet. Letant em̄ ampli⁹/ dū intelligūt hoies in terris degentes eoꝝ suffragiū postulare: quatenus cōciues fiant in illa celesti curia. sicut et plerī ꝙ ex ipsis salutē alioꝝ sunt orationib⁹ cōsecuti. Huic cōsonat magister dis. xlv. li. iiij. Non est inquit incredibile aias sanctorū: que in abscondito faciei dei veri luminis illustratiōe letant: in ipsi⁹ cōtēplatione ea q̄ foris agūtur: intelligere/quantū illis ad gaudiū: vel nobis ad auxiliū ꝑtinet. Sicut em̄ angelis: ita ⁊ sctis q̄ deo assistunt petitiones nostre innotescūt in verbo dei quod cōtēplant. Et satis cōcordat btūs Thomas in. iiij. scripto eadē dist. q. viij. dicēs. Unus

quilibet beatus tantū de alijs reb⁹ necessarium est vt in essen
tia diuina videat: quantū pfectio beatitudinis requirit: vt
homo habeat quicquid velit ⁊ nihil inordinate velit: hoc
autē recta voluntate quilibet vult: vt ea que ad ipm ptinēt:
agnoscat. Unde cum nulla rectitudo sanctis desit: volunt
agnoscere ea que ad ipsos ptinent: ⁊ ideo oportet ꝙ illa in
verbo cognoscant. Hoc etiam ad eorū gloriā ptinet/ꝙ aux
ilium indigentibus pbeant ad salutē. Sic em̄ dei coope/
ratores efficiunt: quo nihil est diuinius/sm beatū Diony.
c.iij. ecclesia. hierar. Manifestū ergo est ꝙ cognoscūt vo/
ta/orationes ⁊/deuotiones hominū: q̄ ad eorū auxiliū cō/
fugiunt. Hec Tho. In quo dicto verbū (necessariū) nō de
bet dicere necessitatē simpliciter: cui⁹ oppositū includit cō
tradictionē: sed cōgruitatis certitudinē. ¶ G Ex quibus
oībus satis patet questionis tertie solutio: scilicet ꝙ sci co/
gnoscūt orationes nostras cognitione matutina in verbo:
quā cognitionē nulla cognitorū distantia impedit. Nō au/
tē cognitione vespertina ⁊ naturali in proprio genere pro/
pter eorū distantiam immoderatā. Cū ergo potentes fecit
deus sanctos apud se: vt nobis qd optamus valeāt impe/
trare: merito ipsorū memoriā agimus in cōsecratione huius
sacrosancti sacrificij. Nō vt aliqd ad ipsi⁹ pfectionē operen
tur: q: ad hoc nō acceperūt potestatē: sed vt eorum meritis
adiuuemur ⁊ sanctificemur: quatenus digni ⁊ salubriter ip
sum pficiamus: ⁊ ampliorē effectū gratie eorū intercessio/
ne cōsequamur. ¶ Et potest hec esse vna ratio quare ante
christi corporis cōsecrationē/ecclesia sanctorū memoriā sta/
tuit peragendā. Edocta fuit ad hoc ve. testa. figuris: qm̄ le
galis sacerdos ⁊ pontifex dū in sanctasanctorum introiuit:
noia duodecim tribuū in rationali descripta intulit. Sic sa
cerdos euāgelicus/ad sanctasanctorū ingressus/pcedentiū
patrū infert memoriā dicēs: Cōicantes et memoriā venerā
tes. Dicit venerantes/nō solēnizantes: q: memoria in plus
est ꝙ solēnitas. Ecclesia enim de aliquib⁹ sanctis facit me/
moriā: de quibus non facit solennitatem ac festiuitatem.

Exod. xxix.

¶ Lectio. xxxij. A

IN primis gloriose

semp ꝙ virginis marie genitricis dei ⁊ do
mini nostri iesu christi. ¶ Hec est secunda
pars partis pme/partis pncipalis scde/to
tius canonis: in qua fit memoria primo et
principaliter beatissime marie virginis gloriose/virginis
theotice. Recte in pmis: nō tantū quia sanctorum sanctissi
ma pcellens gra ⁊ gloria: nedū sanctos: sꝫ etiam angelicos
spūs vniuersos. Nec modo in pmis: quia tutissimū nostre
calamitatis est asilū: ⁊ misericordie sin⁹ generalis. Sꝫ ideo
pncipaliter in pmis eius memoriā in hoc sacrificio venera
mur: q: singularis huius sacrificij ministra fuit: ⁊ liberalis
sima dispēsatrix. De primo Hiero. ad paulā: Ceteris p par/
tes pstat: marie vo simul se totā infudit gratie plenitudo.
Per quā ascēdit sup oē humanū gen⁹: ascendit vsqꝫ ad an/
gelos: sed ⁊ ipsos quoqꝫ trāscendit: ⁊ celestē oēm supgredi
tur creaturā. De quo btūs Bern. in ser. cui⁹ pncipium est:
Fecunde virginis. ita ait: Intueor quēadmodū vsqꝫ ad an
gelos plenitudine gratie supra angelos spūscrō superueni en
te puenit. Est in āgelis charitas: est puritas: est humilitas:
qd horū nō enituit in maria. Et sequit: Cui angelorū aliqñ
dictū est. Spūssanctus superueniet in te: et virtus altissimi
obumbrabit tibi. Ideoqꝫ et qd nascet ex te sanctū: vocabi/
tur filius dei. Deniqꝫ veritas de terra orta est: non de ange/
lica creatura. Nec angelos: sꝫ semē abrae apprehēdit. Ma/
gnū est angelo vt minister sit dñi: sed maria sublimi⁹ quod
dā meruit vt sit ⁊ mater. Fecunditas itaqꝫ virginis super/
eminēs gloria est: tātoqꝫ excellētior angelis facta munere
singulari: quanto differentius pre ministris nomē matris
accepit. Hanc inuenit gratiam plena iam gratia: vt charita
te feruida: virginitate integra: humilitate deuota/fieret ni
hilominus sine viri cognitione grauida: sine dolore puer/
pera. Hec Bern. De secundo idem in alio sermone cuius
principium est: Signū magnū. Omibus oia facta est: sapien
tibus et insipientibus copiosissima charitate debitricē se
fecit. Omnib⁹ misericordie sinum aperuit: vt de plenitudi
ne eius capiant vniuersi. Captiuus redēptionem: eger cu/
rationē: tristis cōsolationē: peccator veniam: iustus grām:
angelus leticiā: deniqꝫ tota trinitas gloriam: filij psona hu
mane carnis substantiā: vt nō sit qui se abscondat a calore
eius. Ecce misericordie sinū. ¶ B Audiamus ⁊ miseros
rū asilum. De hoc idē in alio sermone sic loquit: Volūtas
dei totū nos habere voluit p mariā. Hec inquā voluntas
ei⁹ est: sed p nobis. In oibus siquidē ⁊ per oia prouidens
miserie temptationem nostrā solatur: fidem excitat: spem ro
borat: diffidentiā abigit: erigit pusillanimitatē. Ad patrem
verebaris accedere: solo auditu territ⁹ ad folia fugiebas:
Iesum tibi dedit mediatorem. Quid nō apud talē patrem
filius talis obtineat. Exaudietur vtiqꝫ pro sua reuerentia.
Pater enim diligit filium: an vo trepidas ⁊ ad ipm. Fra/
ter tuus est ⁊ caro tua/temptatus per oia vt misericors fie/
ret. Hunc tibi fratrem maria dedit. Sed forte ⁊ in ipso ma
iestatē vereare diuinam: ꝙ licet factus sit homo: mansit ta/
mē deus. Aduocatū habere vis: ad ipsum: et ad mariā re/
curre. Pura siquidem humanitas in maria: nō modo pura
ab omni contaminatione: sed ⁊ pura singularitate nature.
Nec dubius dixerim/exaudietur ⁊ ipsa pro reuerentia sua.
Exaudiet vtiqꝫ matrē filius: ⁊ exaudiet filiū pater. Filioli
inquit bern. Hec est petorū scala: hec mea maxima fiducia
est: hec est tota ratio spei mee. Quid enim. Potest ne fili⁹
aut repellere aut sustinere repulsam. Nō audire: aut nō au
diri filius potest. Neutrum plane. ¶ De tertio ꝙ ipsi⁹ me/
rito in primis sumus memoriam venerantes: quia specia/
lis huius sacrificij ministra: et dispēsatrix est liberalissima.
Ipsa nāqꝫ est mulier illa euangelica que tria farine sata cō
mixta fermentauit. Lu. xiij. Satum vnum/verbum quod
erat in principio apud deū: et deus erat verbū. Alterū: ani
ma q̄ de nihilo creata est et ante non erat. Tertium: caro de
massa corruptionis sine corruptione aliqua diuino segre/
gata artificio. In quibus tribus triplex genus potētie: qd
non erat creatum: quod perierat recreatū: quod super oia
erat paulo minus ab angelis minoratū. Hec vinculo indis/
solubili in persone coeunt vnitatem. Hec euangelica fari/
ne sata pariter fermentantur: vt sit panis angelorum quem
manducet homo: cor eius confirmans in hoc sacramento.
Unde felix mulier benedicta in mulierib⁹: in cuius castis
visceribus superueniente igne spiritussancti/panis ille est
coctus. Felix inquā mulier que in hec tria sata immisit fi/
dei sue fermentum. Siquidem fide concepit: fide et pepe/
rit: dicente elizabeth: Beata que credidisti: quoniam per/
ficientur in te que dicta sunt tibi a domino. Hec Bern. ser/
mo. ij. de natiuitate xpi. ¶ C Ecce quēadmodū fuit hui⁹
panis ⁊ sacrificij ministra. Panis qdē vt dictū est: sacrificij
aūt cruci qua velut in ara sacrificiū oblatū est assistēs: et si
mul participato dolore patri offerēs. Et per hoc liberalissi
ma eius dispensatrix: q: panē hunc: sicut cetera bona oia: p
manus eius mūdissimas accepimus. Unde Bern. ser. de
vigi. natiuitatis xpi. Cōtulse sunt ⁊ cōmixte due spēs: diui/
nitas scꝫ ⁊ humanitas in vtero virginis: spiritusancto illa
suauiter cōmiscente. Sed q: tu dignus nō eras cui donare
tur: datum est marie: vt per illā acciperes quicqd haberes.
Que p hoc ꝙ mater est: genuit tibi deū. Per hoc ꝙ virgo
est: exaudita est p reuerentia sua/in causa tua/et totius ge
neris humani. In primo est remediū: in scdo adiutoriū: q:
nihil nos de⁹ habere voluit qd per manus marie nō transi
ret. Hec ille. ¶ Et pter hoc sm dñm Alber. recte p propi
ciatoriū designat: in qua dñs corpaliter apparuit vt propi
ciaret. In qd angeli oēs versis vultib⁹ respiciūt: vt etiā ab
ipsa recipiāt splēdoris illuminationē. Propter idē quoqꝫ re
cte figurata dī p arcā testamēti: q̄ virgā aarō/tabulas moy
si ⁊ māna qd de celo datū est: cōtinebat. Sic virgo beatissi
ma intra se cōtinuit xpm̄ benedictū ventris sui fructum: in
quo fuere/Deitas dulcissima per manna designata; Ani/

ma sapientissima/ꝑ tabulas lege dei digito scriptas figura
ta: Caro mūdissima q̄ morte non eruit: qm̄ tertia die resur
rexit/ꝑ virgā aaron que fronduerat: designata. ¶ D Tā
guntur autē in p̄missis verbis sex laudū preconia virginis
gloriose: scilicet impreccessibilis dignitas: inexcessibilis feli
citas: inamissibilis virginitas: noīs sublimitas: mirabilis
fecunditas: fructus ipsius immēsitas. ¶ Impcessibilis di
gnitas tangitur in verbo initiali: In primis. Ipsa nāq̄ est
quā vt Bern̄. ait home. ij. sup Missus est. deus in celesti
bus singulari donaturus gloria: singulari in terris preueni
re curauit ⁊ gratia: qua ineffabiliter ⁊ intacta cōciperet: et
pareret incorrupta. Ipsa virgo singularis que (vt Dama
sce. ait) a nullo illustriū vincit. De quo sedulius in carmine
paschali li. ij. metro eleganti ita cecinit. Salue sancta parēs
enixa puerpera regem: Qui celuȝ terrāq̄ tenet per secula:
cuius Nomen ⁊ eterno cōplectens oia gyro: Imperium: si
ne fine manet: que ventre beato Gaudia matris h̄ns cum
virginitatis honore: Nec p̄mā similē visa est: nec habere se
quētē. Sola sine exēplo placuisti femina xp̄o. Singularis
in ortu. singularis i toti⁹ vite p̄cessu. De p̄mo btūs Hiero.
ad paulā. Hec est inq̄t q̄ diuinis angelicisq̄ laudata est pre
conijs atq̄ p̄dicata: a patriarchis siquidē figuris ⁊ enigma
tib⁹ presignata: a ꝓphetis prenunciata: ab euangelistis ex
hibita ⁊ monstrata: ab angelo venerabiliter et officiosissi
me salutata. Et beatus Bern̄. vbi supra. Quod moysi mō
stratum est in rubo ⁊ igne: aaron in virga ⁊ flore: gedeoni
in vellere ⁊ rore: hoc aperte salomon p̄uidit in forti mulie
re et eius precio. Apertius hieremias p̄cinuit de femina et
viro: Aptissime elaias declarauit de vgine ⁊ deo: Gabriel
tandē exhibuit ip̄am salutando. ¶ De scd̄o/scilicet ꝓgres
su dicit Ambro. li. de virginitate. Sit vobis tanq̄ in ima
gine marie vita descripta: de qua velut ex speculo refulget
species castitatis et forma virtutis. Hinc sumatis exempla
viuendi: vbi tanq̄ in exemplari magisteria sunt ꝓbitatis
expressa: que quid corrigere: quid aufugere: quid tenere de
beatis ostendūt. Et beatus Hierony. Ipsa in vigilijs inue
niebat prior: in sapientia legis eruditior: in humilitate hu
millior: in carminib⁹ dei prestantior: in charitate gratiosior:
in puritate purior: in omni virtute perfectior. ¶ Inexcessi
bilis eius felicitas innuit in verbo/ Gloriose. Ipsa siquidē
s̄m deductionē bea. Aug. in ser. de ei⁹ assumptione/est ma
gnifice assumpta ad eternā beatitudinis sublimitatē in cor
pore ⁊ anima gloriosa. Meruit em̄ exaltari sup choros an
gelorū: ⁊ peruenire vltra q̄ nostre humanitatis est natura.
vbi nō natura tollit: sed magnitudo glorie demōstrat. Ad
thronū siquidē celestē intemerata virgo et mater processit:
atq̄ in regni solio post christū gloriosior residet sublimata:
vt dicit Hiero. epistola statim allegata. et Bern̄. ser. j. de ei⁹
assumptione. Quantū gratie adepta est pre ceteris: tantum
⁊ in celis obtinet glorie singularis. Nec i terris loc⁹ dignior
vteri vginalis tēplo: in quo dei filiū maria suscepit. Nec in
celo regali solio: in quo mariā filius sublimauit. ¶ E Vir
ginitas inamissibilis designat cū addit: Sēperq̄ vginis:
quia virgo erat carne: virgo mēte: virgo ꝓfessione: virgo
ante partū: virgo in partu: virgo post partuȝ. Unde Aug.
sup iohannē. Sicut in sepulcro vbi repositū erat corp⁹ dn̄i:
nec antea: nec postea corp⁹ iacuit: sic vterus marie/nec an:
nec post quicq̄ mortale concepit. Itē sup illud Ezech. xliij.
Porta hec clausa erit: ⁊ nō aperiet: ⁊ vir nō trāsibit per eā:
qm̄ dn̄s de⁹ israel ingressus est per eā: eritq̄ clausa p̄ncipi.
Quid est/porta hec erit clausa: nisi q: maria semper fuit in
tacta. Quid est vir nō transibit per eā: nisi q: ioseph nō co
gnouit eā. Nec solū virgo: sed virgo singularis: virgo pu
rissima. De quo ser. iiij. be. Bern̄. de assumptione ait. Que
em̄ angelica puritas virginitati illi (haud dubiū quin ma
rie) audeat cōparari: que digna fuit spiritussancti sacrariū
fieri ⁊ habitaculū filij dei. Si rerū precia de raritate pensa
mus: que prima in terris angelicā proposuit ducere vitam
super omnes est. Sequitur: Immobile propositum virgi
nitatis quod nec angelo filium promittēte aliquatenus ti
tubauit. Quomodo inquit fiet istud. Neq̄ em̄ modo quo
fieri solet in ceteris virū penitus nō cognouit: sed nec filij
desiderio: nec spe prolis. Hec Bern̄. ¶ Nominis sublimi
tas exprimitur in verbo/marie. Maria maris stella inter
pretatur: et matri virgini cōuenientissime adaptatur. Apti
sime siquidē syderi ipsa comparatur: quia sicut sine corru
ptione sydus suū emittit radium: sic absq̄ sui lesione virgo
parturit filium. Nec syderi radius suā minuit claritatē: nec
virgini filius suam integritatē. Ipsa est igitur nobilis illa
stella ex iacob orta: cuius radius vniuersum mundū illumi
nat: cuius splendor et p̄fulget in supernis: ⁊ inferos pene
trans/terras etiā perlustrans ⁊ calefaciēs: magis mētes q̄
corpora: fouet virtutes: excoquit vitia. Ipsa inquā est pre
clara ⁊ eximia stella sup hoc mare magnū et spaciosum ne
cessario subleuata: micās meritis: illustrās exemplis: quā
sequēs nō deuias: ipsam rogās nō desperas: ip̄am cogitās
nō erras: ip̄a tenēte nō corruis: ipsa protegente nō metuis:
ipsa duce nō fatigaris: ipsa ꝓpitia aduenis: ⁊ sic in teipso
experiris/q̄ merito dictum sit nomen virginis maria. Hec
bern̄. home. ij. super Missus est. ¶ Mirabilis fecunditas
tangitur/cum additur: genitricis. Uere mirabilis virgi
nea fecunditas: quam admirans propheta ait Hiere. xxxj.
Nouum faciet dn̄s in terra. Mulier circūdabit virum: ma
ria christū. Uirum em̄ fuisse christū nō solum cū diceret vir
ꝓpheta potēs in ope ⁊ sermone credim⁹: sed etiā cum tene
ra adhuc infantis membra dei mater/ blando vel foueret
in gremio/ vel duraret in vtero. Uir enim erat iesus: nec
dum etiam natus: sed sapientia/non etate: animi vigore/
non corporis: maturitate sensuum/nō corpulētia mēbrorū.
Neq̄ enim minus habuit sapientie: vel potius non minus
fuit sapientia iesus conceptus/q̄ natus: paruus q̄ magn⁹.
Siue ergo latens in vtero: siue vagiens in presepio: siue iā
grādiusculus interrogans doctores in tēplo: siue iam per
fecte etatis docēs in populo: eque ꝑfecto plenus fuit sp̄ū
sctō. Itē alius propheta. Anteq̄ parturiret peperit. Anteq̄
veniret tempus partus: peperit masculum. Quis audiuit
vnq̄ tale. Quis vidit huic simile. Esa. vltī. Anteq̄ partu
riret: āteq̄ in partu laboraret: anteq̄ venit partus: anteq̄
venit dolor ex partu peperit masculuȝ: maria christū. Glo.
interli. ¶ F Fructus eius immēsitas subiung[illegible]
bo: Dei ⁊ domini nostri iesu christi: qui solus pelagus est in
finite substantie: vt dicit Damas. Et bonuȝ quo nihil meli⁹
cogitari pōt. Teste ans. Et sentētialiter Aug. j. de doctrina
christ. Huius vera genitrix est ⁊ mater virgo maria. Unde
Damas. in suo. iij. Dei genitricē vere sanctā predicam⁹. Si
cut em̄ deus vere ex ipsa genit⁹ est: ita ipsa vere dei genitrix
dicit. Deū em̄ aimus ex ipsa genitū: nō vt deitate hbi p̄nci
pium essendi accipiendi ex ipsa: sed dei verbo ex ipsa incar
nato ⁊ genito. Nō em̄ hominē nudum genuit sancta virgo
sed deū verū: non nudū sed incarnatū. Neq̄ negans ipsam
dici christothecon. i. christi matrē absolute eā negat genitri
cem christi: sed cōtra nestoriū qui sub illo vocabulo voluit
eam negare esse matrē dei/ponendo q̄ peperit purū homi
nem. Qui error damnat⁹ est in concilio ephesino: vt habet
xv. dist. Canones. §. Tertia synodus. Et xvj. dist. sexta syno
dus. §. tertia ephesina. Sed eam dicēdam esse theothocon
id est dei matrem asseruit. Non ergo negauit mariam ma
trem christi/qui vnam personam/ xp̄i et verbi confitetur:
sed noluit cōmunicare in sermone cum heretico: qui suum
perfidie venenum sub illo vocabulo occultabat. Marie
itaq̄ fecunditas que gaudium matris habet cum virgini
tatis honore: et si eius priuilegium est singulare: et conti
nuo indicibile inuenitur: vt sicut nemo assequi possit: sic
nec eloqui quidem. Sed si adijcias: cuius mater est: dei sci
licet et domini nostri iesu christi: que iam poterit lingua
etiam si angelica sit: dignis extollere laudibus virginem
matrem. Matrem autem non cuiuscūq̄ sed matrem dei.
Unde bern̄. in sermo. j. de assumptione virgi. Quis enim
(ait) etiam si linguis hominum angelorumq̄ loquat: ex
plicare queat quemadmodum superueniente sp̄ūsancto: obū

Utilitas imploratiōis vginis gloriose.

rum reperitur addita premisse particule/ scꝫ accipite ⁊ cō-
edite: sed eam mox sequit̄: Accipiens calicem gratias egit
⁊ dedit discipulis suis/dicens: Bibite ex hoc oēs: vt refert
Math. Credit̄ aūt ad hunc apposita locum per aplos in
principio nascentis ecclesie: a quib⁹ ad sanctos patres deri
uata/deuenit in vsum ecclesie vsq̄ꝫ in hodiernū diem. Apo
stoli vo eam credunt̄ a christo audiuisse in cena: dum cōse-
crato pane porrexit et dixit: Accipite ⁊ manducate ex hoc
oēs. Qd̄ aūt hec verba/christi verba sint: testat̄ Ambro. lib.
de sacra. ⁊ ponit̄ de cōse. dis. ij. panis in altari. ita dicēs: Di
dicisti q: accipis corp⁹ christi. Vis scire q: verbis celestib⁹
consecrat̄: accipe q̄ sunt verba que dicit sacerdos: Fac no-
bis inquit hanc hostiā sanctā/rōnabilem ⁊c̄. Inde oia illa
euāgeliste sunt. Accepit panem gratias egit/fregit ⁊c̄. vsq̄ꝫ
ad Accipite siue corpus siue sanguineꝫ: Inde verba christi
sunt. Accipite ⁊ bibite ex hoc oēs. Et post pauca: Deinde
audi dicentē: accipite ⁊ comedite ex hoc oēs. Nō est autem
verisimile a quoq̄ꝫ hec verba addita ad verba euangelista
rum/preterq̄ꝫ ab aplis qui cōsecrationi christi interfuerūt.
De hoc satis supra dictū est in principio hui⁹ lectionis: vbi
tactum est ꝙ nō solū ea que ab euangelistis accepimus de
christo certa fide tenem⁹: sed etiā ea que aplica traditiōe in
vsum venere ecclesie: vt habet̄ dist. xj. Ecclicarū. Sic enim
tanq̄ꝫ fidei articulū tenem⁹: ꝙ christus descēdit ad inferna
q: in symbolo aploꝝ ponit̄ qd̄ in nullo euāgelistarū reperi
tur. Nec solum ea obseruam⁹ que per aplos ad nos per scri
pta descēderūt: sed etiā ea q̄ ecclia ab ipsis accepit ⁊ in con
suetudinem duxit: vt dicit Aug. in ca. allegato a Dam. iiij.
li. sniarū suarū: cuiusmodi sunt multa que in dispensatione
sacramētoꝝ obseruam⁹: vt ꝙ ter imergim⁹ baptizādo ⁊ si-
milia. ¶ Q Et nota ꝙ ꝓnomen hoc/cū dicit christ⁹: acci-
pite ⁊ come. ex hoc oēs: nō demōstrat aliqd̄ fragmentoꝝ:
cum singulis singula fragmenta distribuit: nā per se fregit
panem in partes iuxta numerū discipuloꝝ: quib⁹ singulis
de manu ꝓpria singulas porrexit particulas. Et licet nō vi
deatur necessariū fuisse vt eos singulos premoneret quate
nus manducarent ex hoc oēs: sicut dum eis porrexit calicē
q: dūtaxat semel cōsecrauit calicem: ⁊ ideo nisi vnusquisq̄ꝫ
partem vini cōsecrati reseruasset sequenti discipulo: nō po
tuissent oēs ex eo bibisse: ideo premonitos eos esse oporte
bat: vt quilibet sequēti discipulo partem reseruaret: qd̄ fa-
ctum videtur per verbū christi dicētis: Diuidite inter vos
(vt Lucas refert) ⁊ bibite ex eo oēs: vt ceteri dicunt euan
geliste: tamen sub particularū specie/ corpus suū tradens
dixit: comedite ex hoc oēs: ipsos ad sacramenti hui⁹ cōmu-
nionem inuitando: qd̄ est sacramentū amoris/ex chari-
tate maxima institutū: a quo neminem quantū in se est: se-
cernere voluit: licet peccōres propter peccatum qd̄ a deo se
parat: accedere prohibeant̄. Neq̄ꝫ per hanc prepositionem
ex/cū dixit: ex hoc oēs. diuisioneꝫ innuit sui corporis ꝑ par-
tes discerpēdi. Longe id est ab intentione xp̄i. ¶ R Sed
hic notandū/ꝙ in scriptura sepe agi videt̄ de vno: cum tñ
agitur de diuersis: vt in ꝓpc̄sito/cū dicat̄: Accepit panem
benedixit/fregit/dedit discipulis suis. Hic de vno: scilꝫ de
pane videt̄ fieri locutio: cū tñ fiat de diuersis: bñdixit qui-
dem panē: sed fregit: nō panem: sed panis formā siue spēm
⁊ dedit naturale corpus suū. Nō omnino dissimiliter dixit
fm Inno. Manducate ex hoc oēs. Pronomen hoc/vt di-
ctum est: demōstrat integrū corpus christi: ⁊ ex prepositio
innuit formā diuersam: vt sit sensus: Comedite corpus in-
tegruꝫ sub diuersa tñ ⁊ distincta specie panis: ⁊ sic species
panis diuidit̄: ⁊ corpus integrū manducat̄. Et fm hoc di-
cit beat⁹ Aug. vnusquisq̄ꝫ accipit partem suā. Per partes
manducat̄ christus ⁊ manet integer totus (de cōse. dist. ij.
Qui māducāt.) vt referat̄ partialitas ⁊ diuisio ad sacramē
tum/hoc est ad spēs cōtinentes: totalitas vo ac integritas
ad contentum. Dixit igitur dñs: Comedite ex hoc omnes:
ex hoc scilicet corpore: de quo dixit: hoc est corpus meum.
Comedite nō faciendo partes ex corpore: sed q: feci vobis
partes de pane: sub quibus oībus corpus meū cōtinet̄ qd̄
offero vestrū cuilibet manducandū. Et ita (ex) qd̄ preponi
tur ꝓnomini (hoc) qd̄ corpus christi demōstrat: notat diui
sionem: nō in corpore: sed in corporis sacramento. Fuerūt
eīm hec verba prolata a christo postq̄ꝫ panem cōsecrauit: si-
cut ⁊ post cōsecrationem discipulis suis dedit. Nam ⁊ fre-
git postq̄ꝫ cōsecrauit fm opinionē magis cōem supra posi
tam: vt patuit ex premissis. Nec periculū fuit decidentium
particularū ex fractione: qm̄ ita solitus erat christus frāge
re manib⁹ sicut alius cultro scindere. Propter qd̄ nouerūt
eum discipuli in emaus post resurrectionem in fractiōe pa- Lu. vlt.
nis. ¶ Lectio. xxxvij. A

Irca hūc textū tria
mouentur dubia. Primū vtruꝫ iudas fuerit
vnus ex oībus christi corpus sacramētaliter
sumentib⁹. Secundū: quale corp⁹ dedit dñs
discipulis/ mortale an imortale. Tertiū an christus in ce-
na sumpserit corpus ⁊ sanguinem suū cū discipulis. ¶ Du
bium primū oritur ex textib⁹ euangelistarū. Videtur enim
ex quodā passu iudam iam exisse conuiuiū christi ⁊ discipu-
lorum: priusq̄ꝫ christus corpus suū sumendū discipulis tra-
didit ⁊ calicem ad potandū. Nam vt refert Math. christo
bibentib⁹ calicem/statim dixit. Dico aūt vobis/ꝙ nō bibā
amodo de hoc genimine vitis vsq̄ꝫ in diem illā/cū illud bi-
bam vobiscū nouū in regno patris mei. Vobiscū videtur
demōstrare assumendos ad regnū patris. Et q: hec verba
ad oēs tunc presentes loquebat̄: oēs tunc presentes assu-
mendi fuerant ad regnū patris/⁊ in eo cū christo bibituri.
Et ex hoc videt̄ sequi ꝙ iudas presens nō fuerit: qui ad re
gnum assumendus nō erat: ⁊ ita corpus christi nō accepit.
¶ Ex alio passu videt̄ interfuisse conuiuio: cū christus suis
discipulis tradidit suū corpus ad māducandū. Nā fm Lu
cam christus tradens calicem dixit. Hic calix noui testamē
ti est in meo sanguine qui pro vobis fundet̄. Verūtamen
ecce manus tradētis me: mecū est in mensa. Ex quo sequit̄
ꝙ iudas q̄ dñm tradidit fuit secū in mensa. Quotquot aūt
fuerunt in cōuiuio eucharistiā acceperūt teste Marco. bi-
berunt ex eo oēs: ergo ⁊ iudas bibit: ⁊ per cōsequēs prius
manducauit: q: post corporis sumptionem tradidit calicē.
¶ Preterea iudas cum accepit panis buccellā exiuit cōti-
nuo: ⁊ erat nox: vt dicit Jo. xiij. ca. Christus aūt post alios
cibos tradidit eucharistiā/postq̄ꝫ s. cenauit: vt dic̄ Lucas.
Accepit inquiens caliceꝫ postq̄ꝫ cenauit/dicens. Hic est ca-
lix ⁊c̄. Videt̄ ergo ꝙ prius exierit: q̄ꝫ christus traderet eu-
charistiam. ¶ Item christus tradēs calicem ⁊ dicens: Hic
est calix noui testamēti in meo sanguine/qui pro vobis fun
detur. nullum presentium excepit. Multos autem excepit
cum dixit apostolis. Beati eritis si hec scitis ⁊ feceritis ea
statim excipiendo adiecit. Nō de oīb⁹ dico. Ego scio quos
elegerim. Et iterū. Vos mundi estis: sed nō oēs. Ibidem. Jo. xiij.
Igitur videtur ꝙ ad omnes bibentes calicem/sanguinis
effusio habuerit efficaciam quoad vite eterne consecutio-
nem. Cum autem iudas beatitudinem consecutus non est
sequitur ꝙ non fuit vnus ex his quibus christus dixit ver
ba premissa: Hic est calix noui testa. ⁊c̄. ¶ Preterea christ⁹ Math.
docuit sanctum nō esse dandum canibus; ideo nō videtur vij.
ꝙ suum

regnū adueniat: necessariū est nobis in via sanctoꝝ suffragiū: vt meritis eoꝝ ⁊ p̄cibus diuine p̄cciōis muniamur auxilio. Sed vbi corp⁹ xp̄i fuerit ꝯsecratū/idest vbi regnū aduenerit: assequemur in patria ꝯsortiū sanctoꝝ: vt societatē ⁊ partē cū sc̄tis ap̄lis ⁊ martyrib⁹ habeamus q̄d in cōmemoratiōe sc̄tōꝝ infra postulat̄. ❡ N Et notā q̄ in hac sanctoꝝ inuocatiōe/nō tm̄ sc̄ti maiores: vt petrus et ceteri ap̄li in b̄titudine ⁊ gloria deo p̄ximiores: sed etiā inferiores ⁊ mediocres: vt lin⁹ ⁊ ceteri martyres ex noīe exprimunt̄. Etiā certi noīandi eligunt̄: vt p̄ h̄ instruamur q̄ licite nūc ad hūc: nūc ad illū maiorē vl' minorē orōnes fundere possum⁹: ⁊ ad sp̄āles recurrere/deuotiōe ⁊ fiducia sp̄āli. Quo illoꝝ error reprobat̄: q̄ nō ad varios sc̄tōs p̄ variis subleuādis defectib⁹ recurrendū dogmatizabāt. Unde nōnunq̄ fidelium turbatur deuotio: ⁊ reuerentia sanctoꝝ: q̄ rōnabili varietate discreta crescit: ꝯfusa vniformitate minuit̄ ⁊ tepescit. Ut aūt sanctorum inuocatio discrete a nobis fiat: ⁊ pulchra varietate amicta crescat: cōsideranda est varietas donoꝝ etiam in sanctis tam in via/q̄ in patria discretoꝝ. Uerū em̄ est et in sanctis illud vgilianū. Non oīa possum⁹ oēs: q̄m nec oīa: nec eadem oībus data sunt: sed diuersi diuersa receperūt dona: oīa tn̄ ad cōem ecclesie vtilitatem. Q̄d pulchro paradigmate deducit ap̄lus. j. Coꝛ. xij. Diuisiones (inquit) gratiarū sunt: idem aūt sp̄us. Et diuisiones ministrationū sunt: idem aūt dn̄s. Et diuisiones operationū sunt: idem vo deus q̄ operat̄ oīa in oībus. Unicuiq̄ aūt datur manifestatio sp̄us ad vtilitatē. Alij quidē per sp̄m datur sermo sapīe: alij aūt sermo scientie s̄m eūdem sp̄m. Alteri fides i eodē sp̄u: alij gr̄a sanitatū in vno sp̄u. Alij op̄atio virtutū: alij p̄phetia: alij discretio spirituū: alij gn̄a linguarū: alij interp̄tatio sermonū ⁊c. Et sequit̄. Nūquid oēs ap̄li: nūquid oēs p̄phete: nūquid omes doctores: nūquid oēs virtutes: nunq̄d oēs habēt gratiam curationū ⁊c. Sed vnusquisq̄ p̄priū habet donū: vnus quidē sic: alius vo sic. j. Coꝛ. vij. Q̄d verū est (ait gerson tractatu de orōne) nedū in viatorib⁹: sed etiā in beatis. Quo respectu canit eccl'ia. Nō est inuent⁹ similis illi qui ꝯseruaret legem excelsi. Cui ꝯsonat illud Johā. xiiij. In domo patris mei mansiones multe sunt. i. distincta meritoꝝ p̄mia ac distincta p̄uilegia: vnde etiā ꝯsequit̄ varius bīoꝝ hono: ⁊ gloria. Sic loquit̄ btūs Aug. in de sc̄tā virginitate: Quia vita eterna pariter erit oībus sc̄tis: equalis denarius oībus attributus est. Quia vo in ipsa vita/distincta fulgebūt lumina meritoꝝ: multe mā̄siones sunt apud patrē: ac p̄ hoc in denario q̄dē nō impari non viuit alius alio p̄lixius: in multis aūt mā̄sionib⁹ honorat̄ ali⁹ alio clarius. ❡ O Ex q̄bus ꝯcludit̄ sc̄tōs diuersos/diuersas gr̄as ⁊ p̄uilegia siue dona varia a dn̄o ꝯsecutos: ⁊ quātū ad seipsos/⁊ quātū ad necessitates vl' defectus viatoꝝ subleuādos/seu dona varia ⁊ beneficia imperrāda. Et hoc etiā quoad p̄sonas/tp̄a/loca poterit sūt estimari: vt q̄ q̄dā dati sunt patroni certe p̄uincie: q̄dā certe p̄sone: q̄dā certis p̄sonis: q̄dā certis bn̄ficijs imperrādis. Quidā etiā p̄pterea magis magisq̄ exorabiles inuocati certi loco ⁊ tp̄e/q̄ alio loco aut tp̄e alio. Que em̄ a deo sunt ordīata sūt. Ro. xiij. Un̄ eterna sua ieffabiliq̄ sapia nō solū p̄uidit ac p̄ordinauit ea q̄ facturus erat: sed etiā per quos ⁊ q̄bus medijs: elegitq̄ singulis loca ⁊ tp̄a determinata: alioq̄n quō r̄ndisset discipulis. Nō est vestrū nosse tp̄a vel momēta q̄ pater posuit in sua p̄tāte. Act. j. Sic ḡ nō oīm generū miracula p̄ singulos sanctos suos dn̄s operat⁹ est in terris: sed p̄ quosdā illa: p̄ quosdā alia Ita legim⁹ quosdā frequent⁹ sp̄us imundos expulisse: vt cyriacū diaconū: alios frequēti⁹ cecos illuminasse/vt laurentiū: alios marinos sedasse fluct⁹/vt martinū ⁊ nicolaū: alios celo astris ⁊ nubib⁹ iperasse: vt iosue/heliā alios etiā bestias curauisse vt hieronymū/blasium: ⁊ sic varios sanctos in terris varias curasse infirmitates. Nec mirū: q̄m lȝ singuli singulas amplexati sint aīe virtutes

Egloga viij.

tn̄ vnus in hac: in illa alius magis ⁊ magis claruisse putatur. Exēpli cā: vt s̄m Greg. j. moꝛa. §. xiiij. Abel de innocētia: enoch de actiōis mūdicia: noe de spei lōganimitate: abrahā de obediētia: isaac de cōiugali castitate: de laborū tolerātia iacob: de retribuēdis bonis p̄ malis ioseph de māsuetudie moyses: iob de patiētia ⁊c. Qui vo in certarū virtutū exercitijs ampli⁹ meruerūt: nihil p̄hibet credere a dn̄o p̄ singulari quadā remuneratione in btitudine obtinuisse: vt sibi tales virtutes iperrare valeāt eis q̄ se in terris iuocare deuotius studuerūt: quaten⁹ app̄ropriate in his sublimenᵗ in q̄bus meruerūt. Sic em̄ legim⁹ quosdā a carnis tentationib⁹ liberatos p̄ iuocatione btē agnetis/andree/hieronymi/nicolai. Per btm̄ petrū obedientie donū: p̄ paulū illuminatiōis: p̄ iohānē charitatis obtinuisse: ⁊ ita de alijs multis. Et idcirco sc̄tōs quosdā suos oratores trāsmisisse legim⁹ ad alios: etiaȝ celestes ad terrenos: maiores ad minores. Sicut de btō petro recitat Greg. iij. dial. c. xxv. q̄ puellā paralyticā sanādā sue ecclīe custodi noīe abūdio delegauit. ❡ P Uerū tn̄ sc̄ti sic ad certa bn̄ficia cōferenda vel iperranda p̄uilegiati: nō p̄pter hoc ipotentes sunt ad auxilia in alijs cōpiestāda. Sicut nec vni vtuti excellēter dediti/vtutes ceteras reliquere. Un̄ quo sc̄ti maioris fuerunt meriti: ⁊ mō amplioris glīe: eo efficaciores credunt̄ ad oīa nobis apud dn̄m gn̄aliter imperrāda. Sic ap'os legim⁹ infirmitates singulas curauisse: lȝ ex sp̄āli cā maiores sc̄ti ad minores aliq̄n sanādos remiserūt: vt minoꝝ nondū manifesta sc̄titas palam fieret: vel p̄pter aliud hmōi. ❡ Pariformiter credendū certis p̄sonis/aut patrie certos sc̄tōs sp̄āliter patrocinari. Si em̄ hec de angelis credim⁹: cur nō etiam de sc̄tis ad angeloꝝ societatem assumptis. Ibi videlicet sp̄āliter/vbi viuētes cōuersati sunt: vel pp̄li curam gesserūt: vel vbi corpora eoꝝ requiescūt ⁊ reliquie: seu vbi ecclesias sibi possidēt dedicatas. Nā in talibus frequētius miraculis claruere: ⁊ beneficia plurima suis cultoribus: ⁊ loca hmōi deuote visitantib⁹ p̄stiterūt. Sic de btō benedicto scribit btūs Gregorius/q̄ q̄dā mulier mēte capta dum errās casu ad specū bt̄i patris p̄uenit ac p̄noctauit: mane sana exiuit ac sana p̄mansit. ij lib. dialo. c. xliij. Sic btūs martin⁹ turonēsis vndecim mille virgines coloniēses ab hostiū insidijs ⁊ obsidione liberauit. Sic habetur iiij. Reg. xiij q̄ cū cadauer cuiusdā defuncti p̄iectū fuisset in sepulcrū helisei: cōtinuo reuixit. Et mater beate lucie: cui⁹ hodie festū agim⁹: ad tactuȝ sepulcri btē agathe est a p̄fluuio sanguinis liberata Et de sc̄tō hieremia scribit̄/q̄ multū orauit p̄ pp̄lo/⁊ sc̄tā ciuitate hierlm: in qua olim p̄phete officio fungebatur: vt est sup̄ra allegatum. ❡ Q Sic etiaȝ certis tēporibus exorabiliores se reddūt: vtputa in suis natalicijs ac ceteris eoꝝ festiuitatib⁹. Sic de sc̄tō martino legit̄/q̄ dū sarcophagū eius trāsferre conarent̄: frustra trib⁹ dieb⁹ et noctib⁹ in orōnib⁹/vigilijs ac ieiunijs laborauerūt: donec expectarēt diē natalicij ei⁹ pōtificat⁹. In quo apparēte quadā celesti virtute/cooperāte sc̄tō martino facillime vota cōpleuerūt. De his oībus btūs Augu. ad eccl'iam hipponen̄ ita scribit. Ubiq̄ deus est: nullo loco claudit̄/qui cōdidit oīa: ⁊ eū a veris adoratorib⁹ in sp̄u et veritate adorare op̄ȝ: vt in occulto exaudiēs: in occulto iustificet ⁊ coronet. Uerum ad illa q̄ hoīb⁹ nota sunt: q̄s pōt ei⁹ p̄scrutari consilium q̄re in alijs locis hec miracula fiāt ⁊ nō in alijs. Multis em̄ notissima est sc̄titas loci: vbi sc̄ti felicis nolensis corpus cōditū est: quo volui vt p̄gerēt: q̄ nobis facilius fideliusq̄ scribi pōt/q̄cq̄d in eoꝝ altero fuerit diuinit⁹ p̄palatū. Nā ⁊ nouim⁹ mediolani apud memorias sc̄tōꝝ: vbi mirabiliter ⁊ terribiliter demones ꝯfitent̄ furē quēdā q̄ ad eū locū venerat: vt falsum iurādo deciperet: cōpulsum fuisse furtū ꝯfiteri: ⁊ q̄d abstulerat: reddere. Nū q̄d aphrica martyrib⁹ plena est: ⁊ tn̄ nusq̄ sc̄im⁹ talia fieri. Sicut em̄ q̄d ap̄ls dicit: nō oēs sc̄ti habēt curationem: nec oēs habent dijudicationeȝ spirituū: ita nec in oībus

memorijs sanctoꝝ istavoluit fieri ille q̄ diuidit ꝓpriavni
cuiq̃ put vult. Hec augu. ¶ Huic suffragioꝝ distributio
ni: quā sctis inesse credimus in patria: fauēt distincta an
geloꝝ officia: ꝑ q̄ alij alijs ꝑsunt/tā ꝓuincijs q̄ regnis q̄
ꝑsonis: sicut in Danie. legim⁹. Propter quod potentiores
eos q̄s dubitat ad impetrandū bñficia eis q̄bus ꝑsunt/
q̄ alijs. Vn̄ ⁊ danieli reuelatū est ꝑncipē ꝑsarū restitisse
gabrieli. xxi. diebus: eo q̄ legatio gabrielis nocitura erat
persis. eiusdē ca. x. Quē ꝑsarū ꝑncipem btūs Greg. xvij
mora. angelū genti prepositū dicit. Et quomō restitit sa
tis declarat Nicolaus de lyra in postilla super danielem.
¶ R Sed nūc q̄lis varietas cultui sctōꝝ cōdecet: bre
uiter annectam⁹. Illud aūt supponēdū q̄ in sctōꝝ vene
ratiōe/nō tam sctōs: q̄ in sctis dn̄m veneramur. Duꝫ em̄
in sctis magnifica dona grām ⁊ opa laudam⁹: q̄d aliud
q̄ dn̄m: qui oīa operat̄ in oībus: in sanctis suis mirabilē
ꝑdicam⁹. Siquidē oē datum optimū: ⁊ oē donū ꝑfectum
desursum est descēdens a p̄re luminū. Jaco. j. Nō em̄ san
ctoꝝ cultus in sanctis finaliter terminari debet: sꝫ ꝑ san
ctos dirigi in deū tanq̄ in oīs boni originē atq̄ finē: alio
quin idolatriā saperet: dum creaturā ꝓpter se tm̄ sine re
latione actuali vel habituali in finē vltimū: q̄ deus est:
colerem⁹. In oī igitur sanctoꝝ cultu/si recte colimus: di
uinā potentiā/sapiam ⁊ bonitatē laudam⁹. Scōm q̄ diui
na attributa oīs sctōꝝ cultus triplicē cōplectit̄ modum.
Unus dū de donis grā/btitudine ⁊ gloria sanctoꝝ exul
tamus/grās referētes dn̄o q̄ tanta suis ꝯtulit. Gaude
mus quoq̄ de salutarib⁹ ꝑfectibus: q̄ nobis ex hoc ꝓue
niūt: totoq̄ mentis annisu ad eoꝝ cōsortiū ⁊ gloriā aspi
ramus. Hec facientes diuinā bonitatē attollim⁹: confite
murq̄ dn̄o: q̄m bon⁹: q̄m in seculuꝫ misericordia eius: q̄
tantis tamq̄ desiderabilib⁹ bonis suos electos largiter
cumulauit. Scdō sctōs colimus/dū eoꝝ fidē ⁊ doctrinā
quā spūsctō inspirati exēplo ⁊ verbo sparserūt: amplecti
mur: ⁊ quoad possum⁹ imitamur: diuinā in hoc ꝯfitētes
sapiam: cui⁹ magisterio ⁊ vnctiōe hoies mortales nobis
similes diuina nobis mysteria ac vite viam certissimā de
mōstrarūt. Tertio mō sctōs veneramur dū ad eoꝝ suffra
gia auxiliaq̄ nos infirmi/nos miseri/deuote recurrim⁹:
⁊ ꝯfidenter diuinā bn̄dicentes potētiā: q̄ talē dedit hoi
bus ptātem. Hos tres modos colēdi sctōs ecclīa tenet:
dū in sanctoꝝ festiuitatib⁹ virtutes eoꝝ cū gaudio ⁊ exul
tatiōe magnificat: doctrinas ⁊ exēpla a filijs suis imitan
da recitat: ⁊ eorum intercessiones et auxilia implorat.
¶ S His itaq̄ modis discreta varietate nobis colēdi
sunt sctī: ne stulte oberrando/dū illi diuine sapie: cui ni
hil inordinatū ⁊ irrōnabile placet: placere cupim⁹: pluri
mū displiceam⁹. Audiamus q̄ in opprobriū nostri illud
Mat. xv. Sine cā colūt me: sed in oībus s̄m traditionē
aplicam/rōnabile sit obsequiū vestrū. Ro. xij. ¶ Unde
talis discretio seruet̄ quatenus quoad primū modū/ma
iores ꝓpensioresq̄ grarūactiones dn̄o impēdam⁹: ac fe
stiuiorib⁹ cerimonijs laudum ꝑconia in illoꝝ sctōꝝ solē
nijs decantem⁹: q̄ a dn̄o maioreꝫ gratiā ac munera in via
ac glīam abundantiorem sunt in patria ꝯsecuti: quousq̄
magis diuino munere ecclīe dei ꝑfecisse credim⁹. Pro
pter qd̄ s̄m ecclīe ritū/gloriose virgini marie sup oēs pu
ras creaturas/deitati suppositaliter nō vnitas in grā pa
riter ⁊ in gloria sublimitate maiorē debem⁹ reuerentiā:
ac ꝑ ea q̄ oīm redēptorē peperit ⁊ salutem: maiores deo
reddere gratias obligamur. Sic ⁊ beatum iohānem ba
ptistā/quo veritatis testimonio/inter natos mulierum
maior nō surrexit: festiuitate solēnius veneramur. Simi
liter ⁊ ꝑmoꝝ patrū/beatissimoꝝ aplōꝝ fundamētoꝝ ec
clesie a dn̄o spāliter electoꝝ honoreꝫ ceteris sctis oībus
anteponim⁹. Deinde quattuor euāgelistarū/quattuorq̄
ecclesie doctoꝝ: q̄ plus ceteris ecclīe creduntur ꝓfuisse: so
lēnia sub duplici officio colimus: s̄m q̄ statutum est in. c.
Gloriosus deus. de reli. ⁊ ve. sctōꝝ li. vj. Alios vo mino
res/martyres/cōfessores/virgines ꝑatiori cultu venera

mur. Recte inquā hec in ecclīa varietas seruatur. Nā s̄m
aplm̄. j. Coꝝ. xv. Sicut stella differt a stella in claritate:
sic erit resurrectio mortuoꝝ. Jdō ecclesiastica hierarchia:
vt in suis actionib⁹ imitet̄ celestem illā sctōꝝ in gloria di
uersitatē: varietate officioꝝ rōnabili eāipsam repsentat.
¶ T Sic quoad scdm̄ modū. Quāuis oīm sanctoꝝ vi
ta ⁊ doctrina sit imitabilis: illoꝝ tn̄ exempla amplius at
tendenda sunt ⁊ imitanda: q̄ vel in his virtutib⁹ laudan
tur spāliter: vel q̄ magis statum cōcernūt cuiuslibet: aut
quoꝝ ꝯtraria vitia plus impugnāt. Ita regularis ꝓfes
si viri eos magis imitari habent: q̄ regule fuerūt institu
tores: vel institute ꝑcipui zelatores. Sic monachi nigri
bn̄dictū: albi norbertū. Cistercien̄. bernardum: regula
res augusti. anachorite iohā. baptistā: chordati frācīscū:
ꝑdicatores dn̄icum plus ceteris venerant̄. ¶ Sic etiam
si q̄s vitio quolibet acrius impugnat̄: eū venerādo attē
dat: q̄ ꝑ oppositā virtuteꝫ victor fuit. Sic tentat⁹ in fide
abraā ⁊ petrū diligētius honoret. Quoꝝ alter ꝯtra speꝫ
credidit in spem: vt p̄r fieret multarū gentiū: nec in pro
missionis dei hesitauit diffidentia: dū filiū vnigenitū im
molare iubet̄: in quo sibi seminis multiplicatio est ꝓmis
sa. ad Roma. iiij. ⁊ Heb. xj. Alter inter diuersas hoim de
xp̄o opiniones/filium dei viuū paterna reuelatiōe reco
gnoscēs publice ꝯfitetur. Mat. xvj. Si quē ꝑsecutoꝝ so
licitat vindicta: dauid consideret ⁊ stephanū. Quoꝝ ille
dū in capitalē inimicū ad mortē actu se quererēt vindictā
sumere potuit: noluit. j. Reg. xxiiij. Iste ꝑ suis occisorib⁹
dn̄m exorauit. Si torquet inuidia: samuelē inuoca ⁊ pau
lū. Quoꝝ ꝑmus ita deijcientem se dilexit ꝑplm̄: vt ꝑ eis
nō orare pctm̄ reputaret. j. Reg. xij. Secūdus vero ana
thema esse optat ꝓ fratrib⁹ a sua ꝑsecutione nō cessanti
bus. ad Rom. ix. Si carnis petulētia stimularis: ioseph
emulare/⁊ iohānē zebedei: quoꝝ hic castitateꝫ a sua dn̄a
impugnatā sub vite periculo custodiuit. Gen. xxix. Iste
iam nuptijs ascriptus/lene ꝯiugis respuēs pectus/dn̄m
virgo secut⁹ est: vt testat̄ Hiero. in ꝓlogo sup Job. ¶ Si
displicētes rerū euētus ad impatientie murmur te agitāt
Job venerare ⁊ alexiū: quoꝝ vn⁹ in oīm exterioꝝ amissio
ne possessionū/liberoꝝ/corporisq̄ sanitate nihil stultum
cōtra dn̄m loquit̄: sed ecōtra bn̄dicit. Alter pater[illegible]
in medijs diuitijs ⁊ familia despici elegit: ⁊ pauperē ac
seruorū cōtumelias incognit⁹ patiēter tulit. ¶ Si imo
derat⁹ gehenne timor/⁊ cōmissoꝝ nimietas pctōꝝ: ad de
sperationē te impellūt: manassem ꝑmo idolatrā/⁊ ꝓphe
tarū occisorē: postea in captiuitate cōuersum ad memo
riā reuocet: de quo. ij. Paral. xxxiij. Atq̄ famosam illam
peccatricē mariā magdalenā imitādo colat: q̄ plurima a
dn̄o ꝑuilegia cōuersa cōsecuta est/s̄m euāgelicā veritatē
¶ Si supbia te vexat: humillimā dei genitricē amplecte
re: q̄ cū summa sup angelicos spūs dignitate leuaretur:
deūq̄ sibi subditū materna autoritate haberet: ꝓfundis
simā humilitatē mente tenuit: verbis exhibuit: ⁊ in om̄i
ope suo teste euangelio/declarauit. Et sic in alijs posset
pariformiter demōstrari. Pro quo bn̄ ad ꝓpositū loquit̄
btūs Greg. home. xv. sup ezech. vsus fine. ¶ V Quā
tū ad tertiū modū/similit̄ multis respectib⁹ nūc ad vnū:
nūc ad aliū cōuertere nos possum⁹ auxilia petituri: de q̄
Gerson in tractatu de orōne ita scribit. Conuertere inq̄t
ad aliquē sctōꝝ vel sanctā/q̄ deo ꝓximio: est in glorifica
tiōe: sicut ⁊ meriti maioris fuit: aut ad aliquē sanctorū q̄
familiari quadā deuotione cognit⁹ est: vt patron⁹ ecclīe/
in q̄ baptismū suscepisti: vel in qua bn̄ficiū vel ordinem
sortit⁹ es: vel cui⁹ tēplū ingressus es: aut cui⁹ nomie insi
gnitus: seu cuius vitā imitari soles ⁊ colere ex lrīs tibi co
gnitā. Inter hos mira fiducia semper adeūdus est ange
lus ꝓprie custodie deputat⁹. Et pari rōne sctūs ille vel
sancta/quē vel quā sibi q̄libet elegit singulariter in pa
tronū. Sicut cōmendabilis multoꝝ mos hꝫ eligere vnū
ex aplīs: quē inter ceteros spāli veneratiōis deuotione
amplectunt̄. Vñ idē cancel. in de mēdicitate spūali com

Propri⁹ angelus adorād⁹

mendat. Nec frustra id fieri putandum est: qm̄ sancti illi quos spāliter veneramur etiā singularia nobis patroci- nia impēdunt. Sicut de quadā matrona recitat Grego. home. xxxij. Hec cū frequēter ecclesiam beatoꝝ martyrum processi/ et martiniani deuote visitaret: quadā die eosdem scōs martyres obuiā habuit/ dicētes sibi. Tu nos mō vi- sitas: nos te in die iudicij requirem⁹: et quicq̄d possum⁹ p̄stabimus tibi. Ecce quāta certitudine ꝓmiserūt sancti isti assistentiā matrone/ a qua spāliter visitabant̄. Roga- ri em̄ volūt scī: et (vt ita dixerim) ait Greg. querūt vt q̄- rantur. Et subdit. Hos ḡ adiutores vrīs orōnibus q̄rite: hos ꝓtectores vestri reat⁹ inuenite: q: ne pctōres puniri debeant: rogari vult et ipse q̄ iudicat. Rursus ait cancel. Ad aliquē scōꝝ cōuertere ꝓ necessitatib⁹ aliq̄bus suble- uādis: vel impetrāda quadā spāli grā: q̄ scīū vel sancta p̄uilegiatū donū recepisse memorat̄ vt opē ferat: q: diui- siones gratiarū sunt: vt superius est deductū. ❡ X Ex his pz quēadmodū ordinata veritate cōuerti possum⁹ ad scōs: vl̄ maiori apud deū glīa fulgētes: vel nob̄ mag̃ familiari deuotiōe notos: aut ad p̄standū q̄ poscim⁹ sin- gulari p̄uilegio dotatos: vel tandē nobis certa cōuersa- tione/ aut alijs causis antedictis magis notis. ❡ Hic em̄ ordinatus scōꝝ cultus multa fidelibus cōfert bona: vt dicit Hen. de has. sup Gen̄. Nā confirmat fidem: eleuat spem: auget charitatē: deuotionē accēdit: iustos letificat pctōres cōfundit. Fides em̄ viatoribus indubia reddit̄: cū audit̄ q̄ in ea persistētes sic sublimati sunt a deo: et ei tātū placuerūt. Eleuat spem celestē ꝯsequēdi gloriā/ qm̄ media ipsa cognoscim⁹: quibus similes nobis mortales ad ipsam ascenderūt: eosq̄ ad hanc ꝯsequēdum/ indubi- tatos patres et auxiliatores fidelissimos audim⁹. Auget charitatem: dū eos hanc ꝑfecte exercendo: tanta intelli- gimus premia meruisse. Deuotionē accendit: nam exem- pla sanctoꝝ audita et ꝯsiderata/ nōnunq̄ plus accendūt q̄ ratiocinatio aut simplex doctrina sm̄ Grego. homel. xiij. in ezech. in prologo sui dialogi. Iustos etiā letificat/ dum ꝓ terrenis celestia: ꝓ tpalibus eterna dn̄m audiūt suis dilectorib⁹ ipsis/ quos colūt mēsura plenissima tri- buisse. Pctōresq̄ ꝯfundit qm̄ sanctoꝝ cōparatiōe/ appa- ret inexcusabilis eoꝝ negligentia: q̄ cū sancti angelicam ducere vitā: ipsi bestias imitati/ summa bona ꝑdiderunt: q̄ et ipsi/ sicut illi: si volebāt: poterāt acquisisse. Cōfundun- tur nihilominus vtiliter ad supbiam ex q̄busdā bonis suis opib⁹ tentati: dū oīa opa sua bona in oculis suis vilescūt ex cōparatiōe eoꝝ ad magna illa merita btōꝝ. ❡ Y Et quēadmodū discretus sanctoꝝ cultus cōmendabilis est deo: et scīs acceptus: et cultoribus vtilis vite ꝑfect⁹: ita indiscretus deo sanctisq̄ displicet: et cultoribus tanq̄ su- perstitiosis culpā auget. Est aūt indiscret⁹ dū nulla ra- tionabili subsistente cā/ maiori solēnitate festiuloribusq̄ cerimonijs agūtur festa scōꝝ inferioris ordinis: q̄ scōꝝ ordinis superioris. Simil̄r si scīūs extollit̄ indiscrete per excessum in virtutib⁹ et donis vie vel patrie habitis. Aut dū aliqua dona/ virtutū opera/ vel miracula sancto attri- buūtur sicte: q̄ nulla eius scriptura cōmemorat habuisse. Aut quarto dū aliq̄s nō sanct⁹ aut ignot⁹ ꝓ sancto colit̄. ❡ Siquidē indiscretus est ille cultus: dū quidā ecclesie questū pietatem estimātes/ ꝓpter solas quotidianas di- stributiones/ aliquē simplicē martyrē/ ꝯfessorē/ vel virgi- nē/ solēnioribus cerimonijs agūt in pulsib⁹/ luminibus vestibus sacris/ cantu/ organis/ q̄ festa aploꝝ: imo qn̄q̄ q̄ festa beatissime virginis/ aut xp̄i. Nec hoc ideo culpā- dum: ne nimius scīs honor impēdat̄: nā nulli scō etiam minimo honor sue glorie cōdignus ab hoīe impēdi pōt/ hoīe scz mortali/ q̄ est puluis et cinis et vermiū esca: cū eo- rū p̄sentia āgelis sit venerāda: imo q: eoꝝ vnicuiq̄ laus est a deo: vt dicit aplīs. j. Coꝝ. iiij. Sed ꝓpter sanctoꝝ me- rita simul et glīam discernēdas/ decet talis moderatio: vt summis festis xp̄i potiora q̄ possumus exhibeamus: non q̄ illa sint cōdigna: sed q: nō valemus impendere maio- ra. Deinde ceteris moderatio: et cultu seruiendum est ma- gis et minus sm̄ differentiā et distinctionē eoꝝ quos festi- uamus. Inter quos indiscretos maxime excedūt q̄ scīs latriā que soli deo debet̄: exhibēt: siue actu mentis: siue exterioribus cerimonijs ipsam ex ꝓpria institutiōe vl̄ cō- suetudine significantib⁹. Et cū (exēpli cā) ecclīa in leta- nijs et deū et sanctos inuocat differentiā in verbis habet nā a p̄re misericordiā petit/ dicēs. Pater de celis misere- re nobis. A scīs intercessionē postulat/ dicēs. Scā ma- ria ora ꝓ nobis. Indiscrete quicq̄d deo reseruatur: sine differētia scīs attribuūt. Sic peccant q̄ sanctis sacrificāt qd̄ idolatrie est. Solus em̄ deus sacrificiorū oblatione adorandus est. Licet em̄ in honorē scōꝝ ecclīe et altaria cōsecrent̄: et ipsi missarū solēnijs honorent̄: tn̄ sacrificia soli deo offerūtur. Vn̄ nemo pontificum assistens altari sanctoꝝ petri et pauli dixit aliqn̄. Offerim⁹ tibi petre aut tibi paule. Sic nōnunq̄ stulti hoīes errant: q̄ feriando et ieiunando sanctos honorāt minores: fortasse ꝓpter ali- qd̄ tpale dānū cauendū vel remouendū aut bonū conse- quendū: et maiores scōs p̄tereūt: nec ieiunant: nec cele- brant: dū id ecclīa p̄cipit ꝓpter bona ꝑpetua ꝯsequēda: nō attendentes illud bti Bern̄. ser. xlix. sup Cant. Ingra- tum est spūiscō quicq̄d obtuleris/ omisso eo ad qd̄ tene- ris. ❡ Dictū est autē vigilāter sine rōnabili causa. Sunt em̄ cause plures ꝓpter quas inferioris ordinis scī festi- uius honorātur: ita tn̄ vt latrie cultus nō impēdat̄. Vna si fuerint ecclesie patroni: aut si corporaliter in eis req̄e- scunt: vel eoꝝ reliquie ibi ꝯseruant̄: aut q: ibi passi sunt: aut fidelib⁹ illius loci viui vel defuncti plura bn̄ficia cō- tulerūt: tales em̄ ecclesie magis tenētur eis ad gratiarū actiōes ꝓpensius rependēdas. Et possent addi cause su- pra tacte. Nō em̄ irrōnabile iudicat̄/ vt huic scō festiui⁹ seruiā: quē spāliter in virtutib⁹ habeo imitari: vel cuius suffragia ex ꝓpria necessitate magis cōgruit implorare. ❡ Z Est quoq̄ indiscretus et rep̄hensibilis ille cult⁹: vt dicit Henricus de has. sup Gen̄. dū in cōmendandis virtutib⁹ sanctoꝝ in via possessoꝝ/ siue in gloria cōsum- matorū/ oīa ꝑ excessū denūciant̄/ ꝑ suplatiuū q̄ soli deo ꝓprius est: vt nō remaneāt verba q̄bus deū in talib⁹ suā creaturā excedere enarremus: vnde cū de deo verissime canit ecclesia. Tu solus altissim⁹. nō videt̄ de quocunq̄ scō dici posse: tu scīssimus/ iustissimus/ beatissimus sm̄ sermonis ꝓprietatē. Siue em̄ affirmatiue siue negatiue exponat̄ suplatiu⁹: certū est ipm soli deo cōuenire: vn̄ ta- les locutiones dū de scīs inueniūtur/ sunt hyꝑbolice et improprie: in q̄bus suplatiu⁹ ꝑ valde/ exponendus est: vt beatissim⁹, i. valde vel multū btūs. Eapropter modus ille improprius extēdendus nō est: sed poti⁹ restringēdus Magis tn̄ abusus ille rep̄hensibilis est/ si p̄dicata q̄ sm̄ vsum ecclīe soli deo patri et mediatori xp̄o attribuūtur: vt omp̄s saluator et c. etiā scīs applicant̄: maxime si hoc ꝓpter questū fit. Indiscretior et ille cult⁹ est/ et blasphe- mie ꝓximus dū dona/ virtutes/ opa aut miracula nō ha- bita scīs attribuūtur: aut in eis q̄ facta nō fuerūt: laudā- tur falso aut in celis: sublimatio ascribit̄: quā nō sunt cō- secuti. Ad hos dici pōt verbū Iob. xiij. Nō indiget deus: sed neq̄ scī eius/ mendacijs vestris: vt ꝓ eo vel illis do- los loquamini. Laus illa plurimū displicet scīs: q̄ veri- tati stabiliter inixi/ mēdacijs delectari nō pn̄t. Cultores etiā hmōi qui mendacia in doctrina religionis cōmittūt grauiter peccant: vel si ita esse credūt: fatue leuitatis ar- guunt̄: que deo in seruis suis displicet: quos vt Augu. in de vita chri. ait: graues/ prudentes/ pios/ irrep̄hensibi- les esse cōuenit. ❡ & Sed et nimium oberrāt/ qui pro sancto colunt qui sanctus nō est: nec vite sue testimoniū habet legēdas: vel penitus apocryphas: vel aliqn̄ ab in- fidelibus/ aut falsis christianis ob questū: quo nō deus: sed idolū auaricie colit̄: confictas. In quo cultu profa- no diabolus plurimū delectat̄: et quātum valet coope- ratur: vt in errorē pertrahat cultorē veritatis. Ob quam

etiā causam pseudo prophetis ⁊ magis assistit apparētibus miraculis. Sic scribit seuerus sulpitius in vita beati martini/ꝙ latro quidā a multis peregrināribus colebatur: q̄ etiā error: tandē ꝑ beatū martinū sublatus est. Talismodi error: est cū ad loca nō ꝯsecrata peregrinationes fiūt: vel ad sctōs nouiter notos ⁊ incognitos omissis veteribus/quasi nō possent inuocātib⁹ se/aut condigne colentib⁹ ea impetrare q̄ a minus notis petūtur: vt dicit Henricus de has. vbi. s. ❡ Errant nihilominꝰ in postulandis auxilijs a sctīs: q̄ vel nō petenda petūt: aut principalius ⁊ p̄mo petunt: q̄ secūdario ⁊ minus p̄ncipaliter petenda fuerant. Aut q̄ cupita inordinatis modis a sctīs obtinere querūt. Uel q̄ ita a minoribus sctīs auxilia querūt: vt hec maiores sctōs: imo nec deū dare cōfidāt. Propter qḋ ⁊ maiori reuerentia se cōuertūt ad minores sanctos: ꝙ ad maiores/vel ad deū: sed hoꝝ ꝓsecutionem relinquo ꝓpter nimiā digressionis ꝓlixitatē. ❡ Solet aūt sacerdos dū dicit. Cōicantes ⁊c. ſm morē multarū ecclesiarū man⁹ altius versus celū tendere. Cuius cām digestam nō inuenio: sed puto ꝙ non incōuenienter hic mos inoleuit: vt gestus corporis sententie ꝯcordet sermonis. Nā cum hac clausula cōionis significaꝛ cōnexio/qua ecclesia militans triūphanti cōnectitur: manus in altū versus celū eleuans: hoc idem mēbrorum erectione representat quasi se erigendo/velit superne se coniungere ciuitati. ❡ Lectio. xxxiij. A

Hanc igiꝛ oblationē

❡ Hec est pars tertia canonis principalis: in qua postꝙ in parte scḋa p̄cedenti posita est sanctoꝝ inuocatio: quoꝝ meritis ⁊ p̄cib⁹ dona nobis a deo cōferūtur. In ista parte petiꝛ acceptatio oblationis ac sacrificij: qua electi a ꝑfidis: ac oblationes placide a displicentib⁹ discernūtur. Et diuiditur in tres particulas ſm tres petitiones quas ꝑ illas cōplectitur. In p̄ma petitur qḋ dictū est quātū ad oblationē generaliter. Scḋo petūtur sacrificantib⁹ cōmoda tꝑaliter ⁊ eternaliter. Tertio petiꝛ oblatiōis ꝑfectio quātū ad finem p̄ncipalem/q̄ est trāssubstantiatio spālīter. Secūda ibi. Diesq̄ nostros. Tertia ibi. Quā oblationē. ❡ In prima parte dicit. Hanc igiꝛ oblationē seruitutis nostre: sꝫ ⁊ cuncte familie tue/q̄sumus dn̄e vt placatus accipias. Dicit igitur/ad denotandū ꝙ hec ps est cōclusio hui⁹ qḋ p̄missum est. q. d. Igiꝛ q: nō est locus offerendi sacrificiū vnitatis extra vnitatē ecclie: sanctoꝝ memorie cōicantes ⁊ in eoꝝ cōione sacrificiū offerentes: q̄ ritū hui⁹ sacrificij nobis tradiderūt: ⁊ ip̄m offerendo gratiā ⁊ misericordiā ꝯsecuti sunt: rogam⁹ quaten⁹ eis intercedentib⁹ hāc oblationē. hec dona: hec munera: hec scā sacrificia illibata seruitutis nostre. quā scꝫ facimus in vero cultu soli deo debito. Sed ⁊ cuncte familie tue. sciꝫ sub crucis vexillo ac milicie xp̄iane militantis/quesum⁹ dn̄e/deus omp̄s ⁊ clemētissime pater: vt placatus meritis ⁊ p̄cibus beatissime virginis marie/sctōꝝ aploꝝ/martyꝝ/⁊ oīm electoꝝ tuoꝝ: accipias. i. grāter acceptes. ❡ B Qḋ dr̄: nostre seruitutis/dr̄ ꝑ clero ſm Alber. ⁊ qḋ sequiꝛ: ⁊ cūcte fa. tue/addiꝛ ꝓ laico pplo. Sicut em̄ seruit⁹ regis in cubicularijs ⁊ dapiferis/pincernis/marscalcis/ducibus/ ⁊ alijs regalis aule ministris: ita est seruitus dei in templo ad oblatiōis ꝯsecrationē ordinat⁹: scꝫ ianitoꝝ/ceroferarioꝝ/exorcistarū/acholytoꝝ/lectoꝝ/subdiaconoꝝ/diaconoꝝ/p̄sbyteroꝝ/ep̄oꝝ ⁊c. q̄ seruit⁹ theosebia ⁊ dei cultus dr̄. de quo lec. xviij. Et sicut victoria non est regis tm̄: sꝫ oīm q̄ in seruitute regis ad victoriā aliq̄d ꝯferunt. In exercitu em̄ regis vnus exercitui coq̄nat: alter arma parat: tertius sellat equos: quart⁹ parat milites: q̄ntus ordinat acies: pugnat sextus: refrenat p̄cedentes septim⁹: octau⁹ postremos ad adiutoriū p̄moꝝ recuruat. Et victoria est ꝑ modū diuersum oīm illoꝝ: ⁊ quicūq̄ illorū defuerit rex victoriā nō ꝯsequeꝛ. Ita in oblatiōe ianitoꝝ templū in quo fit oblatio mūdum custodit. Ceroferari⁹ tenebras visibiles ⁊ inuisibiles repellit. Exorcista vim demonis excludit: ne cōicantes a cōionis perceptiōe impedire possit. Acholytus virtutē fidei exponit. Subdiaconus materiā imolandarū hostiarum ad sacrm̄ suggerit. Diaconus oblatiōes ⁊ pallas corporalis in altari dispo nit. Sacerdos aūt vt ꝑfector: scītatis oblationē ꝑficit: ⁊ ideo oīm clericoꝝ est aliquo mō oblatio. Et hoc attēdēs btūs Grego. dicit. Hāc igiꝛ oblationē seruitutis nostre/hoc est ad cuius ꝑfectionēꝫ tota nostra ordinata est seruitus. Sed ⁊ cūcte familie tue. Hoc ꝓ laico pplo adiunctū est: q̄ (sicut dictū est) voto ꝯcurrit ad hāc oblationē/ꝓ quāto sacerdos ꝑsonā totius ecclie: cuius ipsi partes sunt ⁊ mēbra: gerit: de quo Cant. vj. Terribilis est ecclia vt castrorūꝫ acies ordinata. ⁊ Gen̄. xxxij. Castra dei sunt hec. Et ſm hoc exponit Alber. qḋ subdiꝛ. Quesum⁹ dn̄e vt placatus accipias/scꝫ seruitute cleri ⁊ voto toti⁹ ppl̄i: accipias/vt prius. i. acceptā habeas: ꝓ oībus scꝫ ꝓ quib⁹ tibi offerꝛ. Malach. iij. Placebit deo sacrificium iuda ⁊ hierusalē sicut dies seculi ⁊ sicut anni antiq̄. Iuda em̄ q̄ interp̄taꝛ cōfitens ⁊ glorificās: significat clerū ꝯfitentē ꝯfessione veritatis in p̄dicatione ⁊ glorificatiōe. In laude aūt hierusalē pplm̄ significat: cui⁹ sacrificiūꝫ placet ꝑ acceptationē deo: sicut dies seculi: hoc est sicut sacrificiū a diebus seculi a sanctis oblatū. Et placet sicut anni antiqui q̄ sunt anni eterni qui nō deficient. hoc est sicut acceptū est ab eterno in p̄ordinatione dei. Hec dn̄s Alber. ❡ Petitur aūt acceptari h̄ sacrificiū nostrū/nō quātum est ex pte sacrificij in se: q: illud deo displicere nō potest. Hic em̄ sacrificaꝛ filius: de quo paterna vox ait. Hic est filius me⁹ dilectus in quo mihi bn̄ cōplacui. Mat. xvij. Sed petiꝛ acceptari quātū est ex parte ministroꝝ ecclie: q: qn̄q̄ accepta nō est: q: indigne hoc sacrificiū tractant ⁊ offerūt. Unde de talib⁹ dr̄ Hiere. xj. Quid est ꝙ dilect⁹ meus in domo mea facit scelera multa. Nūquid carnes sancte auferēt a te malicias tuas in quibus gloriata es. ❡ C Diesq̄ nostros in tua pace disponas. Ista est ps secūda partis tertie p̄ncipalis: in qua sacrificantib⁹ commoda petūtur. Et p̄mo tꝑalia: scḋo eterna: q̄ sunt liberatio a dānatione/⁊ associatio electoꝝ glorie. Et has [illegible] petitiones btūs Greg. in canone dr̄ addidisse ſm Inno. vn̄ petiꝛ sacerdos. Diesq̄ nostros in tua pace disponas. O dn̄e ꝑ eū q̄ ꝓ nobis traditus est in man⁹ eoꝝ qui pacē oderunt. Atq̄ ab eterna dānatione nos eripi. scꝫ iubeas. Per eū q̄ ꝓ nobis tꝑali morte dānatus est. Et in electoꝝ tuoꝝ iubeas grege numerari. Per eū scꝫ q̄ ꝓ nobis deputatus est cū iniquis. In his trib⁹ ꝓfiteꝛ ecclia in deo esse vniuersale ⁊ supremū dominiū: quoad triplicē mūdi machinā/hoc est quoad oēs creaturas. Per p̄mū/sciꝫ dies nostros ⁊c. recognoscit ip̄m dn̄m in terris. Per secūdū. Atq̄ ab eterna: ꝓfiteꝛ ip̄m dn̄m in inferis. Per tertium. Et in electoꝝ ⁊c. ꝓfitetur ip̄m dn̄m in celis. Et petuntur in his trib⁹ duo ſm dn̄ꝫ Alber. Unū ꝑtinēs ad tp̄s: aliud pertinēs ad eternitatē. Ad tp̄s ꝑtinet illud qḋ dr̄. Diesq̄ nostros. scꝫ huic vite cōcessos in q̄bus multa turbantia oriūtur: ſm illud ad Ephe. v. Redimentes tp̄s: qm̄ dies mali sunt. In tua pace: q: illa sola secura est. Disponas: q: tue solius sapie est mala futura p̄uidere. ❡ Hinc Innocē. ⁊ Alex. quadruplicē pacē distinguūt: scꝫ pacē pctōrū fugiendā: pacē tp̄is q̄ indifferens est: de ꝑ se nō mala: ⁊ ideo acceptanda. Pax iustoꝝ: ⁊ hec duplex: scꝫ pax pectoris ⁊ pax eternitatis: ⁊ hec est desiderāda. Sꝫ de his infra latius circa particulā. Pax dn̄i sit semper vobiscū. ❡ Ad eternitatē ꝑtinent duo que sequūtur. Unū eterni mali deuitatio: aliud eterni boni adeptio. Quoad p̄mū dr̄: Ab eterna dānatione nos eripi. Quoad secūduꝫ. Et in electoꝝ tuoꝝ iubeas grege numerari. ❡ D Rationabiliter aūt petitur ab eterna dānatione liberatio/propter tormentoꝝ ⁊ penarū imanitatē: q̄ dānatis ꝑpetuo infligitur ſm corpus ⁊ aīam. Corpus quidē penis varijs.

quoad oēs sensus afficitur. Anima ſm omnes suas poten
tias cruciatur. Nam quoad visum est ibi luminis ꝑuatio:
qđ delectabile est oculis videre: ſm illud Eccle. xi. Dul-
ce lumē ⁊ delectabile est oculis videre solē. vnde Mat.
xxii. Ligatis manib⁹ ⁊ pedibus proijcite eū in tenebras
exteriores. ⁊ Sap. xvij. Ignis quidem nulla vis poterat
illis lumen ꝑbere. Nec syderū limpide flāme illuminare
poterant illā noctem horrendā. Est ⁊ aliud crucians vi-
sum/fumus scʒ execrabilis. Apoca. xiiij. Fumus tormen
toꝝ eoꝝ in secula seculoꝝ ascendet. Erit ⁊ ibi existentiuʒ
aspectus horribilis. Sap. xvij. Persone tristes illis appa
rentes pauorē illis ꝑstabant. ⁊ Esa. xiij. Unusquisq̄ ad
proximū suū stupebit: facies cōbuste vultus eoꝝ. Est ⁊ ibi
fletus oculoꝝ lesiuus. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentium.
¶ Quoad auditum. Est ibi sonus horribilis. Sap. xvij.
Sonit⁹ descēdens ꝑturbabat illos. Item gemit⁹ misera
bilis. Ibidem ca. v. Et videntes turbabūtur timore hor-
ribili/gementes pre angustia. Item blasphemia execra-
bilis. Apoca. xvi. Blasphemauerūt hoies deū ꝑpter pla
gam: qm magna facta est vehementer. ¶ Quoad olfa-
ctum/est ibi sulphur fetens. Apocal. xiiij. Cruciabuntur
igne ⁊ sulphure in ꝯspectu angeloꝝ. Et in ps. Ignis et
sulphur ps calicis eoꝝ. Item pic ardens. Esa. xxxiiij. Cō-
uertentur torrentes eius in picē: ⁊ hum⁹ eius in sulphur
⁊ erit terra eius in picem ardentē nocte ⁊ die: ⁊ nō extin
guetur in sempiternū. ¶ Quoad gustū. Absinthiū ama
rum cibus. Hiere. ix. Ecce ego cibabo ppl'm istum absin-
thio: et potum dabo eis aquā fellis. Item fel draconum
potus. Deu. xxxij. Uua eoꝝ vua fellis: ⁊ botrus amaris-
simus. Fel draconū vinū eoꝝ: ⁊ venenū aspidū insanabi
le. ¶ Quoad tactum est ibi ignis vrens. Matth. xxv.
Discedite a me maledicti in ignē eternū: q̄ parat⁹ est dia-
bolo ⁊ angelis eius. Item vermis corrodens. Esa. xiiij.
Detracta est ad inferos superbia tua. Subter te sternet̄
tinea: ⁊ operimentū tuū erunt vermes. Item bestia mor
dens. Deute. xxxij. Dentes bestiarū mittam in eos. Item
malleus percutiens. Prouerb. xix. Parata sunt derisori-
bus iudicia: ⁊ mallei ꝑcutientes stultoꝝ corporib⁹. Itē.
Estus insugabilis/⁊ frigiditas intolerabilis. Job. xxiiij.
Transibūt ab aquis niuiū ad calorem nimiū. ¶ Nec hec
solum corpus affligent: verū in ipsius penā: quoad oēs
suos sensus ſm Basiliū/oīs feditas ⁊ inmundicia/squa-
lor ⁊ impuritas electoꝝ post diē iudicij in inferno aggre
gabuntur. ¶ E Affligit̄ ⁊ aia in suis potentijs sensiti
uis ⁊ intellectiuis: vñ ſm Diony. Est ibi proteruа phan
tasia: demens ꝯcupiscentia: ⁊ furens tristicia. Torsiones
⁊ dolores tenebūt eos: scribit̄ Esa. xiij. quātum ad concu
piscibilem. Peccō videbit ⁊ irascetur: dicit ꝓpheta quan
tum ad irascibilem. Est in intellectu pena dāni: q̄ est carē
tia visionis diuine essentie: q̄ est in dānatis maxima pe-
narum: de quo Chrys. Si mille mihi gehēnas ꝑponas:
nō tantū reputo sicut ab illius gloriose societatis iocun-
ditate expelli. Et iterum. Excludi a bonis eternis: ⁊ alie
nū effici ab his que preparata sunt iustis: tantū generat
cruciatū ⁊ dolorē: vt etiā si nulla pena extrinsec⁹ torque
ret: hec sola sufficeret. Et intelligendū videt̄ hoc de pe-
na dāni: que cōsequitur pctm̄ actuale: q: illam concomi
tatur tristicia ⁊ pena vermis: pro quāto sic dānati odiūt
carentiā diuine visionis/ inquātum in eis est ꝑpter de-
merita propria. Ad odium tristicia sequit̄: q: tristicia est
(ſm august. xiiij de ciui. dei. c xv.) de his rebus q̄ nobis
nolentibus accidunt. Pena aūt dāni q̄ sequit̄ originale
in pueris sine baptismi susceptione decedentibus: est in
ipsis pena mitissima: ſm btm̄ Augu. in de baptismo par-
uuloꝝ: ⁊ hoc forte q: eam tristicia nō concomitat̄. ¶ Est
⁊ in intellectu pena alia/q̄ noiari pōt pena excecatiōis.
Determinatur eñ intellectus ab igne detinente obiecti-
ue ad intensam ⁊ perpetuā sui ꝯsiderationē: vt nō possit
exire ſm imperiū voluntatis: nūc in ꝯsiderationē huius
nunc alteri⁹. De quo accipi pōt illud Hiero. Tanta est in
inferno vis doloris: q̄ mens ad aliud dirigi nō pōt/ nisi
ad qđ doloris vis impellit. ¶ Est in voluntate remorsus
cōtinuus: ⁊ obstinatio in malo: de quo Augu. in de fi. ad
pe. In inferno etsi spūs erit penitudinis: nō tñ erit corre
ctio voluntatis. Sap. v. Penitentiā agentes ⁊ ꝑ angustia
spūs gemētes. ¶ Has penas in quadā summa numerat
Innocē. in de vilitate cōditionis humane in fine di. Ibi
erit fletus ⁊ stridor dentiū: gemitus: eiulatus ⁊ viulat⁹:
luctus ⁊ cruciatus: stridor ⁊ clamor: timor ⁊ tremor: do-
lor ⁊ labor: ardor ⁊ fetor: obscuritas ⁊ anxietas: acerbi-
tas ⁊ asperitas: calamitas ⁊ egestas: angustia ⁊ tristicia:
obliuio ⁊ cōfusio: torsiones ⁊ punitiōes: amaritudines
⁊ terrores: fames ⁊ sitis: frig⁹ ⁊ cauma: sulphur ⁊ ignis
ardebunt in secula seculoꝝ. Qui hec fideliter corde per-
tractat: dicere pōt cū ꝓpheta. Circūdederunt me gemit⁹
mortis: dolores inferni circūdederūt me. Quis eñ hec
meditans nō anxie terretur. Sed felix terror trāsitorius
qui timorē eternū excludit. Felices q̄ ſm ps. alibi. Uiuē
tes descendūt in infernū. per horꝝ diligentē consideratio
nē vt caueant: ne morientes descendant dum cauere nō
possunt: ⁊ ibi irremediabiliter permaneant in eternum.
¶ Merito igitur sacerdos: ne xp̄i sanguine a tantis pe-
nis sufficienter redēpti: ꝑ peccatoꝝ recidiuā iterū eisdem
deputent̄: petit patrē clementissimū in ꝑsona fideliuʒ/a
dānatione ꝑpetua liberari. ⁊ hoc in missa/qua vt frequē
ter dictum est: dñice passionis memoria agit̄: ꝑ quā solaʒ
a dānatione nos cōtingit perpetua liberari. ¶ F Se-
cūdo petit in ꝑsona eorūdem fidelium boni eterni ade-
ptionē in verbo. Et in elec. t. iu. grege numerari. Electo
rū/videlicet qui ꝑ gratiā finalis electionis a massa ꝑdi-
tionis peccatoꝝ sunt separati: quales sunt ab eterno pre
destinati vt in ipsoꝝ ꝯsortio perpetuo gaudeant ⁊ leten
tur. Huic gregi si ānumerati fuerimus: beatitudine non
priuabimur: quia stabilis certusq̄ est electoꝝ numerus
in ꝑdestinatiōe patris: a quo nullus vnq̄ excidit: quia il
le minui nō potest: sed nec augeri vt vno tempore maior
sit: alio minor. Neq̄ illi ascribitur quisq̄ de nouo. Oēs
electi ab eterno sunt ꝑdestinati: sicut ⁊ reprobi ab eter-
no ꝑsciti. Neq̄ ascriptus deletur ꝑpter dei imutabilita-
tem: que saluari nō posset ponendo nouitatem in ꝑdesti
natione ⁊ reprobatiōe finali. Requirit eñ successiua cō
tradictorioꝝ verificatio de eodem mutationē: aut in alte
ro extremo: aut motu vel tēporis lapsu. Sed ad eternita
tem nihil facit tempus vel motus: nec sufficit mutatio in
ꝑdestinato vel prescito: quia nihil in re extra deum po-
nitur causa ꝑdestinationis: de quo alibi. ¶ Sed si nume
ro electoꝝ nemo addit: quō petit sacerdos vt in electorū
tuoꝝ iubeas grege numerari. Solutio. Uno mō petit ve
cōnumeremur electis ſm ꝑsentem iusticiā: hoc est vt ha
beamus gratiā: quā habentes/electi dicimur ꝑ statu pre
sentis vite. ſm quē modū dicit btūs Aug. Si nō es ꝑde-
stinatus/fac vt ꝑdestineris. ⁊ Ambro. Si tu noueris mu
tare vitā: deus nouit mutare sententiā. Aliter d': q̄ nō pe
tit sacerdos vt de nouo cetui electoꝝ ascribamur: sed vt
cū electis numeremur in eterna btitudine intuitu oratio
nis sue/tanq̄ medio a deo ordinato ad eterne vite conse
cutionē ſm modū supra lec. xxxi. expositū. Merito ergo
petit sacerdos numerari inter dei electos: q: illis prepa
rata sunt gaudia: q̄ oculus nō vidit: auris nō audiuit: q̄
nec in cor hominis ascenderūt. Que lingua (ait Grego. in
homel. xxxvij.) dicere: aut quis intellectus capere pōt:
quāta sint gaudia angeloꝝ choris interesse: cum beatissi
mis spiritibus glorie cōditoris assistere: ꝑsentem dei vul
tū cernere incircūscriptū lumē videre. Magna est mul-
titudo dulcedinis tue ait ꝓpheta: quā preparasti diligē-
tibus te. Panē eñ ibi angeloꝝ ore pleno māducabit hō
⁊ de calice inebriabitur q̄ preclaro. Sed indicibilia cur
edicere laboramus. ¶ Cōcluditur orō. Per Iesum xp̄m
dñm nostrū. Ad quā nullus respondet/amen: dicit Alb.
nisi angeli qui in hoc ministerio esse dicūtur. Hanc ora-

Pene in ferni.

tionē legens sacerdos profunde se inclinat: ⁊ fm Alber. quasi capitis nutu dicēs: Hanc igit̄/oblationē ipsam demonstrat. ¶ Sequit̄. B Quā oblationē tu deus. Hec est ps tertia tertie partis pncipalis canonis: in qua post petitionē acceptatōis hostie gñaliter/⁊ cōmodoꝝ sacrificantiū tpaliter ⁊ eternaliter/petitur pfectio oblatiōis quātū ad finē pncipalē: q̇ est trāssubstantiatio spāliter: vt scʒ ex esca ⁊ potu materialibus fiat nobis corp⁹ ⁊ sanguis iesu xpi dñi nostri/verū ⁊ verus. ¶ Et diuiditur in duas partes. In pma petit̄ oblationis gratificatio. In secūda corporis ⁊ sanguinis xpi ɔsecratio ibi: Ut nobis fiat. Quoad primū ḋ. Quā oblationē/scʒ seruitutis nostre: ⁊ cuncte familie tue. i. terrenā materiā ad corp⁹ filij tui destinatā tu deus pater clementissime quesum⁹ facere digneris in oībus benedictā. ¶ In oībus/multipliciter exponitur: fm q̄ includere pōt multiplex distribuibile: ⁊ aliud ⁊ aliud determinare. Potest em̄ determinare s parte suppositi vocatiuū casum/scilʒ tu deus vt sit sensus: tu deus existens in oībus/scʒ creaturis ⁊ naturis sine tui diffinitione: in oī loco sine tui circūscriptione: in oī tpe sine vicissitudine ⁊ tui mutatiōe. Uel pōt determinare ipsum suppositū/scʒ nos q̄sumus: vt sit sensus: nobis in oībus nostris viribus: tota cogitatione: tota mēte toto intellectu q̄sumus: vt hāc oblationem facere digneris benedictam. Pōt etiam determinare appositū. ⁊ hoc quadruplr. Quia vel distribuit p modo. i. facere digneris hāc oblationē in oībus. i. oībus modis: vel oīmode ⁊ rōnabiliter benedictā: ⁊ sic pōt accipi aduerbialiter p oīmode. Uel distribuit p offerentib⁹. i. facere digneris eā benedictā in oībus scʒ offerentib⁹. Uel distribuit pro hostijs: vt sit sensus. Digneris eam facere benedictā in oībus hostijs. i. transferre in eā hostiā: que in idem sup oēs hostias est benedicta ⁊ ascripta ⁊c. scʒ in corp⁹ ⁊ sanguinē: vt infra sequit̄. Hec est expositio dñi Innocē. Uel pro his p q̄bus fit oblatio: vt sit sensus. In oībus. i. pro oībus gradibus cleri ⁊ populi/nullū ab orone excipientes. Et hec est alber. Nā pusillū ⁊ magnū ipse facit: ⁊ equaliter est illi cura de oībus. Sap. vi. ¶ D Petit autem sacerdos q̄nq in hac prima orōnis parte/fm q̄nq noia q̄ hic ponūtur: scʒ bñdictā/ascriptā/ratā/rōnabilē/acceptabilē. ¶ Exponūtur aūt hec q̄nq vocabula q̄ntupliciter: scilicet In ordine ad distinctionem effectuū sacramenti. In comparatione ad hostias veteris testamenti. In oppositiōe inanis iude sacrilegij. In ordine ad dona q̄ nobis optamus ɔcedi. In ordine ad rem sacrificij. ¶ Primo mō exponit btūs Aug. vt habet̄ de ɔse. dist. ij. Utrū sub figura. q̇ dicit sic. Hanc ḡ oblationē digneris facere benedictā p quā benedicimur. Ascriptam/p quā hoies in celo ascribūtur. Ratam/per quā in visceribus xpi censeamur. Rationabilē/p quā a bestiali sensu exuamur. Acceptabilēq/vt qui nobisipsis displicem⁹: p hāc acceptabiles eius filio vnico simus. Nihil aūt rōnabili⁹ q̄ vt nos q̇ iam similitudinē mortis eius in baptismo accepimus: similitudinem quoq carnis ⁊ sanguinis sumamus. ¶ Secūdo modo exponit Alber. Petit em̄ sacerdos vt ab hostia hac excludant̄ q̄nq/que fuerūt in oblationibus antiquis imperfectis. Antique enim oblationes fuerunt vacue a gratia: ⁊ ideo nulla ab ipsis pfluxit benedictio. Nec fuerunt ascripte ad eternā memoriam: sed potius ne idolis hoies illius temporis seruirēt: ordinate. Non etiā fuerūt rate ⁊ firme: sed figurales ⁊ mutāde atq finiende. Fuerunt etiā insufficientes: nec deo accepte quātum ad gratie ⁊ vite eterne collationē: vt hec multipliciter probāntur ex vtriusq testamēti testimonio. Ideoq hoꝝ contraria petit sacerdos in p̄senti oratione quātum ad oblationē nostrā: vt scʒ deus eam facere dignetur benedictam: vt p ipsam spiritualiū bonoꝝ multiplicatione benedicamur. Ascriptam: vt per ipsam societati angeloꝝ ascribamur. Ratam: vt ipsa vsq ad cōsummationē seculoꝝ in profectum salutis perfruamur. Rationabilem: vt per ipsam vti sufficientem in finem rationalis creature deducamur. Acceptabilem: vt per ipsam deo placidi efficiamur. ¶ I Tertio fm Innocentium exponūtur hec quinq vocabula in ordine ad quinq dona opposita innani sacrilegio iude traditoris. Naʒ iudas scarioth a diabolo supplantatus imane sacrilegium perpetrauit: dum quarta feria ante pascha filium dei triginta argenteis phariseis vendidit/in recompensationē dāni quod incurrerat ex effusione vnguenti super benedictum caput christi. Et post pauca subdit Innocen. Illa venditio fuit maledicta/proscripta/irrita/inīqua ⁊ detestabilis. Petim⁹ ergo o deus/vt tu facere digneris hanc nostrā oblationē benedictā/ascriptam/ratā/rationabilem/acceptabilem. Judas autem maledictionem dilexit et venit ei: benedictionem noluit/⁊ elongata est ab eo. Sed tu deus digneris hanc oblationem nostram facere benedictam: per quam nos in celestibus benedicas. Judas deletus est de libro viuentium: ⁊ non est cum iustis scriptus: sed tu deus digneris hanc oblationem facere ascriptam: per quam nos in celestibus ascribas. Judas se laqueo suspendit: et episcopatum eius alter accepit: sed tu deus hanc oblationem digneris facere ratam: per quā ratum sit nostre salutis promissum. Judas exijt condēnatus: ⁊ oratio eius facta est in peccatum: sed tu deus hanc oblationem facere digneris rationabilem: per quā rationabile fiat nostre seruitutis obsequiuʒ. Judas reddidit mala pro bonis: ⁊ odium pro dilectione retribuit: sed tu domine digneris hanc oblationem facere acceptabilem: per quā nos tibi reddas acceptos. ¶ Quarto exponūtur hec vocabula in ordine ad quinq dona nobis p hoc sacrm̄ ɔferēda. Primo mali remotionē: cū dicim⁹/bñdictā. Petim⁹ em̄ benedictionē p remotionē a nobis maloꝝ culpe ⁊ penalis miserie. Scdo impssionē bonoꝝ spūalium: per que efficimur socij beatorum: per hoc qd dicitur/ascriptam. Tertio collatorū bonorum stabilitionem: per hoc quod sequitur/ratam. Quarto discretionē credendorum ⁊ agendorum/cum dicimus/rationabilē. Quinto acceptationē operum nostroꝝ ad vitam beatā: cum dicit/acceptabilem. ¶ Quinto exponūtur hec eadem verba in ordine ad rem sacramēti: quod est corpus ⁊ sanguis christi fm Alexan. de ales ⁊ Innocē. sic. Quā oblationem tu deus facias transmutari in eam hostiam: que est omnino benedicta/ascripta/rata/rationabilis/acceptabilis. Bñdicta dicitur salutaris hostia. idest ab omni peccato maledictionis causa immunis: tam originali q̄ actuali: tam criminali q̄ veniali. Luce. j. Benedict⁹ fructus ventris tui. Ascripta dicitur: idest figuris et scripturis veteribus designata: tam in paschali agno. Exo. xij. tam in manna celico. Exodi. xvj. tam in isaac imolando. Gen̄. xxij. q̄ in abel immolato. Gen. iiij. Hic enim est agnus qui occisus est ab origine mundi. Apoca. xiij. Rata dicitur non quasi transitoria: sicut vetus oblatio: que cessit vbi noua successit: sed que permanet in eternū fm ordinem melchisedech. Rationabilis dicit̄: idest habēs effectū congruū: quasi nō penalis sicut legalis erat: que in sanguine hircoꝝ ⁊ tauroꝝ nō poterat a peccō mundare: sed que sanguine pprio ɔscientias emūdat ab operibus mortuis. ad Heb. ix. Acceptabilis ḋ: nō quasi illa de qua dicit pphēta. Sacrificium ⁊ oblationeʒ noluisti. Et iterum dicit dominus. Non accipiam de domo tua vitulos: neq de gregibus tuis hircos. Sed illa de qua Ecci. xxxv. Sacrificium iusti acceptum est: ⁊ memoriam eius nō obliuiscetur dominus. ⁊ Eiusdem. xlv. Ipsum elegit ab omni viuēte offerre sacrificiū deo incēsum/⁊ bonum odorem in memoriā placare pro populo suo. Loquit̄ de aaron sacerdote ad litteram. ¶ Hec autem expositio tangit conditiones ipsius vere hostie. Et primo vt considerate in se: secūdo in cōparatione ad prefigurationem legis. Tertio fm comparationem ad mutationem legis que habebat aliam succedentem/quantum ad oblato

nẽ hostiarum: qd nõ habet hostia ista. Quarto ſm cõparationẽ ad effectũ. Quinto ſm cõparationẽ ad illum cui offertur. ❡ L Uel ſic. Quã oblationẽ benedictã per cõſecrationẽ: aſcriptã per approbationẽ: ratã per confirmationẽ. i. quã oblationẽ/ cõſecratã/ approbatã ⁊ confirmatã a te digneris facere rationabilẽ hoſtiã ⁊ acceptabilẽ. Rationabilẽ inquã. i. talẽ que diuine rationi cõueniat ⁊ acceptabilẽ. i. que bñplacito diuino cõplaceat. Cui apte ſubiungit: Ut nobis corpus ⁊ ſanguis fiat ⁊c. Refert dicere rõnabile ⁊ rõnale ſm Alex. Quia rõnabile dr: qd ſm cõſonantiã rationis pcedit. Rationale qd vtitur ratione. Petimus ergo vt deus hãc hoſtiã bñdicẽdo cõſecret: vt cõfirmet quãtũ ad diuinã memoriã ibi aſcriptã. i. talem que de memoria ſua nulla poſſit obliuione deleri. Et petimus eã ratã fieri. i. talẽ que de pposito ſuo nulla poſſit mutatione cõuelli. Ut acceptet quantũ ad duo: ſcz quantũ ad iudiciũ rõnis/ ibi: Rationabilẽ. Et quantum ad beneplacitũ volũtatis/ ibi: Acceptabilẽ. Conſecratio refert quantũ ad ipm ſacramẽtũ: cõfirmatio ad premiũ: acceptatio ad meritũ/ qꝫ oblationis memoria dei nõ deleatur: vel a pposito dei nõ euellat: intelligit quantum ad premiũ oblatiõis. Premiũ inquã fideliuz: acceptatio ũt dei reſpicit meritũ fideliũ. ❡ L Sequit. Ut nobis corpus ⁊ ſanguis fiat dilectiſſimi filij tui dñi noſtri ieſu chriſti. ❡ Pars vltima tertie partis pncipalis: in qua petita hoſtie gratificatione/ petitur eius cõſecratio per cõuerſionẽ eius in verũ corpus ⁊ ſanguinẽ chriſti: vnde dicitur. Ut nobis corpus ⁊ ſanguis fiat. Nobis. i. ad noſtrã vtilitatẽ ⁊ ſalutẽ. Ex ſubſtãtijs tibi oblatis/ ſubſtãtijs ſcz panis ⁊ vini: fiat corpus ⁊ ſanguis p trãſſubſtãtiationẽ ſcz harũ in iſtos ſanguinẽ ⁊ corpus tua infinita vtute et potẽtia: qꝛ illa ſola efficiente id fieri põt. Corpus dico et ſanguis filij tui dñi noſtri ieſu chriſti dilectiſſimi tibi et nobis. Nobis/ qꝛ nos a morte cui addicti eramus ppter trãſgreſſionẽ primoꝝ parẽtũ liberãdis/ ſeipſum in mortẽ obtulit deo patri tanqꝫ preciũ noſtre redẽptiõis. Sedꝫ in cibũ ⁊ potũ nobis tribuit: vt nos ad vitã aleret ſempiternam: ſm illud Joh. vi. Caro mea vere eſt cibus: ⁊ ſanguis meus vere eſt potus. Propter qd merito a nobis ſumme diligi debet tanqꝫ noſter creator et reparator.

❡ Petimus autẽ vt nobis fiat corpus et ſanguis chriſti cõformiter ad verbũ matris glorioſe: que annũcianti angelo futurã chriſti corporalẽ conceptionẽ/ reſpõdit. Fiat mihi ſm verbũ tuũ. Ad cuius plationẽ/ formatum eſt in eius caſtis viſcerib⁹ illud corpus in quod cõuerti petim⁹ hoſtie noſtre ſubſtantiã. Additur idẽ verbũ fiat: quia eadem requiritur potẽtia nunc in cõuerſione: que requirebatur tũc in verbi incarnatione: immo que requirebat in prima cõditione creature: vñ Gen. j. dr. Fiat lux: et facta eſt lux. ❡ M Dicitur etiã fiat deprecatiue: vt deſignetur qꝫ ſacerdos ſua naturali actiua virtute nõ operatur ad preſentiã corporis ⁊ ſanguinis chriſti in altaris ſacramẽto: ſed eſt tm̃ miniſter ⁊ inſtrumentũ huius ineffabilis cõuerſionis. Uñ nõ in ppria perſona loquit facio: ſed fiat/ virtute ſcz omnipotẽtis: in cuius poteſtate eſt facere hunc tranſitũ ſubſtãtie in ſubſtantiã: ſicut eius potentie ſubſunt quantũ ad totũ eſſe ⁊ nõ eſſe. Dicit igitur vt nobis fiat. Quid. Certe corpus ⁊ ſanguis. Corp⁹ ſub ſpecieb⁹ panis. Panis ſubſtãtia in ipſuz tranſeũte: ⁊ ſanguis ſub ſpecieb⁹ vini/ ſubſtãtia vini in ſanguinẽ trãſeũte. Cuius. Dilectiſſimi filij tui. Cui eſſentiã tuam o pater qua deus es p generationẽ eternã tribuiſti: nõ per particule alicuius deciſionez: quõ carnalis pater per ſeminis deciſionẽ corporis materiã filio ſubminiſtrat: ſed totam tuã eſſentiã indiuiſibilez indiuiſibiliter cõicaſti: vt p oĩa tecũ ſit vnus de⁹ tibi per oia cõſubſtãtialis: ⁊ p cõſequẽs vere tibi dilectiſſimus: qꝛ ipſa diuina eſſentia obiectũ eſt infinite diligibile cuilibet potenti infinite diligere/ qualis eſt pater celeſtis deus infinitus. Eſt em̃ eſſentia diuina infinite ⁊ ſumme diligibilis/ nedũ in ſe; ſed etiam in quocũqꝫ eſt per identitatẽ qualiter eſt in filio/ cui eſt ratio eſſendi deũ. Dilectiſſimi igitur dr: filij tui. Tui/ nõ per adoptionẽ/ ſed per naturã: ſm illud Hila. Et poteſtate ⁊ virtute nature patris filius gignit. Dñi noſtri: qꝛ dediſti illi oẽm poteſtatẽ/ ⁊ q in celo eſt ⁊ q in terra: ⁊ oia ſubiciſti ſub pedib⁹ eius: vt in ipſius noĩe flectat omne genu in ſupremi dominij preſtationẽ/ ⁊ noſtre ſubiectionis recognitionez. Jeſu chriſti ſaluatoris ⁊ mediatoris noſtri: quẽ miſiſti vt ſaluũ faceret populũ tuũ a peccatis eorũ: vt eſſet ppitiatio pro peccatis: teqꝫ offenſuz placaret: ac nos tibi diſplicẽtes reconciliaret ⁊ reſtitueret in priſtine amicitie gratiã atqꝫ graduz. Cui⁹ dilectiſſimi filij tui dñi noſtri ieſu chriſti petimus dari nobis corpus ⁊ ſanguinẽ ppter multiplicẽ fructũ atqꝫ profectũ nobis ex eis ineffabiliter cõſequẽtẽ. Et tantũ de textus illius expoſitiõe.

❡ N Sed nũc breuiter aliqd de ritu/ qui in hoꝝ vboꝝ prolatiõe obſeruat: videamus. Uñ hic fit corpis erectio poſt inclinationẽ preuiã in orone: Dã igitur. Fit etiã manuũ eleuatio: ⁊ ad celuz tenſio. Fit tertio ſignoꝝ crucis quina formatio. Erigit ſe ſacerdos in corpore: vt ⁊ ad celum mentẽ erigat cũ fiducia obſecrãdo: quatenus mãna celeſte qd ſupra nos eſt: in altaris ſacramentũ deſcẽdat/ id patre clemẽtiſſimo efficiẽte. Sic ppheta oculos leuauerat in celũ vñ auxiliũ preſtolabat. Uñ ait ps. cxxij. Ad te leuaui oculos meos: q habitas in celis. Erigit qꝫ corpus in hac diuiniſſima orone: petẽs vt nobis caro ⁊ ſanguis chriſti donet: ad ſignificãdũ qꝫ ſicut ſe erigit corporaliter: ita ſurrexit ſpũaliter a pulueribus peccatoꝝ: que ad ima depreſſerũt mentẽ. Eleuat man⁹ vt in ſua petitione cit⁹ exaudiat: exẽplo moyſi cui dñs cũ ſurſum man⁹ tetẽdit: victoriã ꝯceſſit liberaliter quã petiuit: vt habet Exodi. xvij. Etiã in platione hoꝝ verboꝝ/ dilectiſſimi filij tui dñi noſtri ieſu chriſti/ manus alti⁹ leuat ⁊ deponit ad excitandũ (cõformiter ad vba dilectiõis) affectũ. Quaſi dilectiſſimũ filiũ amoroſe affectiõis brachijs ad ſe ſtringere deſideret deuotiſſime ⁊ amplecti. ❡ O Tertio format ſacerdos in hac orone quinqꝫ cruces: tres ꝯiunctim ſup oblatã ⁊ calicẽ in his vbis: Bñdictã/ aſcriptã/ ratã. Quartã diuiſim ſup oblatã ſolã in vbo corpus. Quintã ſup calicẽ ſolũ in vbo/ ⁊ ſanguis. Cui⁹ a varijs variẽ aſſignãtur rõnes: nã Alber. dicit qꝫ qꝛ bñdictio hoſtie aſcriptio ⁊ ratihabitio ſiue cõfirmatio eſt a patre primo pfectore ſanctitatis: ⁊ hãc in eã ſignificat pcedere ſacerdos per tres cruces quas facit. Quia autẽ rõnabilis ⁊ acceptabilis eſt hec oblatio ex ſeipſa: in iſtis vbis rõnabilẽ ⁊ acceptabilẽ nõ facit cruces. Siliter in vba corpus ⁊ ſanguis quib⁹ incorporatiõis virt⁹/ ⁊ virt⁹ viuificatiõis deſignatur/ que a deo pcedũt in ſacramẽtũ: ideo hec pferẽs duas cruces facit. Sed aliter Inno. ⁊ Alex. dicunt. Sed plurib⁹ dimiſſis correſpõdenter ad dicta ſupra lec. xxi. ppe finẽ põt dici/ qꝫ pter hoc qꝫ crucis ſignationẽ ſicut in ceteris ſacramẽtis/ materia pparat ⁊ ſanctificat/ vt idonea fiat ſacramẽtali cõuerſioni: ſm illud ſtephani pape de conſe. diſt. v. Nunqd. Nunqd nõ omnia chariſmata ſacerdotalis miniſterij crucis figura perficiunt. Nun quid baptiſmatis vnda niſi cruce ſanctificata pctã relaxat. Et vt cetera pteream⁹ ſine crucis ſignaculo qs ſacerdotij gradus aſcẽdit. ❡ P Preter hec habẽt ⁊ myſticas ſignificatiões. Naz ſicut p tres cruces in pncipio canonis in his verbis factas: Hec dona: hec munera: hec ſancta ſacrificia illibata/ ſignificatur triplex chriſti traditio: ita per cruces hic factas deſignatur chriſti venditio: in qua conſiderantur perſone quibus venditus eſt dominus: que ſunt ſacerdotes/ ſcribe et phariſei: ⁊ illi deſignantur per tres cruces ſuper oblatam et calicem factas. Cõſiderantur etiã perſone venditoris iude ⁊ venditi chriſti: que quia multũ fuerũt diſcrete/ ⁊ vita et ſanctitate diſtincte: ſignificat per duas cruces: quarũ vnã facit ſuper oblatam: aliã ſup calicẽ dicẽs: Corpus ⁊ ſanguis. ❡ Uel etiã per tres primas crucifignationes importatur vẽditionis

Differũt rõnabile ⁊ rationale.

preciū/ter decem.i.triginta argēteı: vt vult beatus Tho. parte.iij.q.lxxxiij.arti.v. ¶ Alie plures rōnes: quarū aliq̄ vident̃ satis pueriles ⁊ impertinētes: quas ⁊ albertus satis acerbe reprobat: allegant̃. Quia tñ hic ritus in eccl̃ia cōiter ab omnib⁹ obseruat̃: nemo hūc pretermittere aut cōtemnere p̄sumat/qualitcūq̧ ex motiuo hoc venerit in vsuȝ aut sit statutū: ne quis vt sapiēs in oculis suis ac singularis arguat̃: recedatq̧ a morib⁹ sancte matris ecclesie errare nō potētis/tanq̄ ferus singularis viā solitudinis ingrediēs/vbi deuijs multiplicib⁹ abduci pōt: ne finē optatum ac desiderabilem consequatur.

¶ Lectio.xxxiiij. A

Qui pridie q̄ patere-tur accepit panē ⁊c. ¶ Ista est pars quarta canonis p̄ncipalis: in qua p̄missis orationibus ad patrē clemētissimū pro appositorūȝ munerū bñdictione: sanctoꝝ cōmemoratione/pro bñdictionis impetratiōe: addita deprecatiōe/pro oblationis acceptatiōe: Procedit̃ nūc ad sacrificij perfectionē/sciȝ materie idonee ⁊ sanctificate cōsecrationē: qua panis vini q̧ substātie in verū corpus christi ⁊ sanguinē substantialiter cōuertūtur. ¶ Et diuidit̃ in duas p̄tes principales. In prima ponit̃ ɔsecratio panis/q̄ in corpus christi cōuertit̃. In sc̄da subdit̃ cōsecratio vini/qḋ in ei⁹ sanguinē trāssubstantiatur/ibi. Simili modo. ¶ Circa primū/primo modus institutiōis hui⁹ sacramēti a christo p̄mittitur. Sc̄do vboꝝ subdit̃ forma: qua cōsecratio ipsa perficitur/ibi. Hoc est eñ. Prima pars subdiuidit̃ in quattuor particulas. In prima tangit̃ huius gratiosissime institutionis tēpus ⁊ hora. Sc̄do ineffabilis trāssubstātiationis terminus a quo ⁊ materia/ibi. Accepit panē. Tertio ponitur huius sanctissime institutionis modus ⁊ circūstantia/ibi. Et eleuatis oculis. Quarto tangit̃ institutionis finis ⁊ ratio motiua/ibi. Dedit discipulis. ¶ Quoad primū dicit̃. Qui pridie q̄ pateret̃. Qui sc̄ꝫ dilectissimus filius tuus dñs noster iesus christus: pridie.i.precedenti die q̄ pateret̃. In quib⁹ verbis: vt dictū est: tangit̃ institutionis huius sacramēti tēpus. ¶ B Fuit autē

i.Cor.xi. de hoc tēpore altercatio inter grecos et latinos. In hoc quidē cōcordant/q̄ in vltima cena institutū est hoc diuinissimū sacramentū: sed quota die mensis cena celebrata sit discordia fuit. Vñ dixerūt greci cenā fuisse factā tredecima luna primi mensis: ⁊ cōsequēter dicūt christū cōfecisse in fermētato: ꝓpter quod et ipsi in fermētato celebrant hoc sacrificiū: ⁊ nos latinos q: in azymis celebramus: negant vere cōficere. Cōtra quos beatus Anš. scripsit elegantē epistolā siue libellum de fermēto ⁊ azyma intitulatū. Et quia illa depēdent ⁊ vnū ex alio firmamētū accepit/sc̄ꝫ tp̄s cene ⁊ confectio eucharistie ex azymo aut fermēto: ideo simul hic ptractanda sunt: licꝫ sc̄dm de azyma ⁊ fermēto magis sequentē particulā (accepit panē/vbi de materia hui⁹ sacri tractabit̃) respicere videat̃. Primo ergo vidēde sunt rōnes grecoꝝ ac eoꝝ error. Secūdo declarāda erit veritas. Tertio rōnes in ɔtrariū dissoluēde. ¶ C Quantū ad primū/arguūt greci ꝓbare nitentes q̄ dñs cenā nouissimā cū discipulis cenauerit tredecima die mēsis primi nysan: quē nos dicim⁹ martiū s̄m lunationē. Christ⁹ cenā celebrauit die imediate p̄cedēte diē passionis sue: ⁊ hec fuerat tredecima: igitur cenā fecit die mēsis.xiij. Cōsequētia tenet expositorie p reductionē: ⁊ maior patet ex decursu oīm euāgelistarū. Nam in ipsa nocte cena facta instructisq̧ discipulis/surgēs a cena ⁊ introiēs hortū in latere mōtis oliuarū/captus est: mane crucifixus. vñ ait Ioh.xviij.c. Hec cū dixisset iesus egressus est cū discipulis suis trans torrentē cedron: vbi erat hortus: in quē introiuit ipse ⁊ discipuli ei⁹. Et consequēter describit captionē ei⁹. Luce q̄.xxij.c. dñs in cena dixit petro. Dico tibi petre: nō cātabit hodie gallus: donec ter abneges nosse me. Hodie diē dicit naturalē includentē noctē illā ⁊ sequens mane Et sequit̃ ibidē. Adhuc qḋ scriptū est oportet impleri. Et cū iniq̄s deputat⁹ est. Adhuc dicit noctē eādē/qua hec vba christus ꝓtulerat. Marcus q̄ ⁊ Mat. dicūt dñm in cena dixisse discipulis Oēs vos scādalū patiemini in me in ista nocte. Paulus vo.i.Coꝝ.xi. aptissime ait. Dñs iesus in qua nocte tradebat̃ accepit panē. Ex quib⁹ manifeste patet cenā: in qua christ⁹ istituit h̄ sacrm̄: ea nocte fuisse celebratā qua dñs tradit⁹ est ⁊ mane crucifix⁹. Minorē sc̄ꝫ q̄ dies illa fuit xiij mēsis primi: sic ꝓbare nitunt̃. Cena p̄cessit diē immolationis veri agni paschalis: h̄ est passionē christi in cruce qua se patri obtulit: vt dicit aplš.i.Coꝝ.v. Pascha nostrū immolat⁹ est christ⁹. Haud dubiū q̄n a seipso: vt dicit idē ad Heb.ix. Sanguis christi q̄ p spm̄ sanctū semetipm̄ obtulit imaculatū deo: emūdauit ɔsciētiā nostrā ⁊c. Et h̄ fuit.xiiij.luna: ⁊ p ɔñs cena facta est.xiij.luna. ¶ Qḋ autē christus passus sit.xiiij.luna sic ꝓbant. Veritas debet correspondere vmbre: ⁊ figura rei: agnus aūt paschalis fuit vmbra/⁊ figura veri paschalis agni: ⁊ imolatio imolationi: igit̃ ea die christ⁹ verus agnus dei imolari debuit in cruce q̄ agnus typicus in lege. Agnus aūt typic⁹ immolari p̄cept⁹ est luna.xiiij. vt habet̃ Exoď.xij vbi de agno paschali ď. Seruabitis eū vsq̧.xiiij.diē mensis huius. Immolabitq̧ eū vniuersa multitudo filioꝝ israel ad vesperā. ¶ Preterea Ioh.xiij.ď. Ante diē festuȝ pasche sciēs iesus q: venit hora ei⁹. Et post. Cena facta cū discipulis cū diabol⁹ iā misisset in cor ⁊c. Ex quib⁹ vbis videt̃ q̄ cena fuit facta ante diē pasche: sꝫ dies pasche fuit.xiiij. luna: vt habet̃ Leui.xxiij. Decimaq̄rta die mensis ad vesperā celebrabitis pascha: igit̃ cena q̄ p̄cessit diē pasche facta fuit.xiij.luna. ¶ Itē Ioh.xviij.habet̃/q̄ iudei nō introierūt domū pilati vt nō cōtaminarent̃: sed māducarent pascha. Ex q̄ arguit̃: christ⁹ illa die passus est q̄ iudei māducarūt pascha. Hoc aūt factū est (sc̄ꝫ pasche manducatio) decimaq̄rta luna: ḡ cena p̄cedēs passiōis diē: facta est luna tertiadecima. Et hoc cōcordat ei qḋ p̄ncipes iudeoꝝ dixerūt: vt scribit̃ Matth.xxvi. Nō in die festo: ne forte tumultus fieret in pp̄lo: ideo nō crucifixerunt christū in prima die azymoꝝ luna q̄ntadecima/que fuit celeberrima: nō aūt crucifixerunt post: ḡ ante/sc̄ꝫ luna.xiiij. ¶ Itē de sctīs mulierib⁹ legit̃ Lu.xxiij. q̄ viso monumēto in q̄ posi:ū fuit corp⁹ dñi iesū: reuertētes parauerūt aromata ⁊ vnguēta. Hec aūt p̄paratio fuit die in q̄ licuit operari s̄m legē: aliter eñ mulieres sancte ɔ legis p̄ceptū non laborassent/p̄parādo vnguēta ⁊ emendo aromata: ⁊ ita nō erat dies q̄ntadecima lune: q: die q̄ntadecima fuit solēnitas ⁊ p̄ma dies azymoꝝ: sicut ď: Exo.xij. Septē diebus azyma comedetis. Et sequit̃. Dies p̄ma erit scīā atq̧ solennis: ⁊ dies septima eadē festiuitate venerabilis. Nihil opis facietis in eis/exceptis his q̄ ad vescēdū ptinēt. Dies ergo passionis christi quo ⁊ sepult⁹ est: fuit decima quarta luna quā precessit cena. Fuit igit̃ cena tertiadecima luna cū discipulis celebrata. ¶ Itē glo. sup illud Luce.xxij. Appropinquabat dies festus iudeoꝝ: dicit. Inter pascha ⁊ azyma hoc distat/q̄ pascha vocabat̃ sola dies in qua agnus comedebat̃ ad vesperā.i.quartadecima luna primi mēsis. Dies azymoꝝ erāt a quintadecima luna vsq̧ ad.xxi.diē eiusdē mēsis.xv.itaq̧ dies erat prima solēnitas ⁊ festū azymoꝝ: in quo dñs nō est crucifixus: sꝫ die precedēte: s̄m illud principū iudeoꝝ. Nō in die festo ne forte tumultus fiat in pp̄lo. Et h̄ cōsequenter inferūt/q̄ christus in pane fermētato cōfecit: q: cenauit tertiadecima luna: in qua nōdum fuerat azyma in domib⁹ iudeoꝝ. Consecrauit eñ in pane quo tunc vtebātur iudei: nō autē vtebant̃ azyma ante vesperā diei.xiiij.quo comedebāt pascha: vt habet̃ Exo.xij ¶ Preterea ad idem arguunt. Magis ɔuenit cōficere in fermētato q̄ in azyma: nā fermētatū expꝛssi⁹ significat christū q̄ azyma. Fermentū eñ significat charitatis feruorem: vt vult glo. Matth.xiij. super illud. Simile est regnū celoꝝ fermēto ⁊c. Sed per

azymū significat puritas christi a peccō. Malus aūt bo-
nū est feruor charitatis/ꝙ puritas a peccō: ergo fermētū
repsentat christū quātū ad mai⁹ bonū ꝙ azyma. ¶ Item
arguūt. Si dñs nolebat nos seruare ritū iudeoꝝ: videt
ꝙ nec ipse seruauerit: nō ergo cōfecit in azyma. ¶ Item
adueniēte veritate/cessare debuit figura: ergo adueniē-
te christo q̄ veritas est. Joh. xiiij. cessare debet vmbra. Ex
istente igitur vero pane/scʒ christo. Joh. vj. Ego sum pa
nis viuus ꝛc. cessare debuit panis figuratiu⁹/scʒ panis
azymus: nec de cetero sumi in vsum: alioqn̄ viderēt eo iu-
daizarē. ¶ Itē ꝯ latinos arguūt. Vos qd̄ precepit lex
quantū ad azyma obseruatis ad litterā. Littera autē occi
dit. j. Coꝛ. iij. Sic ergo facientes moꝛtē operamini: nō me-
remini ad vitā. ¶ Itē obijciūt/in euāgelio vbi fit mētio
huius sacramēti/in greco habet archon: sed archon pro
fermētato accipitur: ideo cōficiēdum est in fermentato.
¶ D His rōnibus greci permoti dicūt in solo fermē-
tato posse cōfici eucharistiam. Et in tantam insaniā pro-
ruperūt: ꝙ q: euāgeliste Math. Mar. ꝛ Lu. ponūt cō-
trariū vt patebit: ausi sunt dicere ꝙ falsū scripserūt: ꝛ ꝙ
Johānes eos correxit. Vn̄ vt dicit Inno. ipsi asserunt pa-
rasceuē luna decimaq̄rta extitisse: in qua verus agn⁹ est
immolat⁹: vt legis impleret figura: q̄ decimaq̄rta luna
primi mēsis paschalē agnū iusserat imolari. Dñs igitur
eadē die passurū se esse prenoscēs in pcedenti vespera ne
cessitate cōpulsus anticipauit comedere pascha: quo tūc
licite poterat comedi fermētū: ꝛ ita ipsi in fermētato cōfi
ciūt. Hoc de illo/scʒ recitatione erroris grecoꝝ cū suis ꝓ
bamētis. ¶ E Quantū ad scd̄m est veritas ostēdēda.
Vn̄ sine omni dubitatiōe credēdū est ꝙ christus agnū
paschalē māducauerit decimaq̄rta luna ſm legis dispo
sitionē: quā nō venit soluere: sʒ adimplere. Et qm̄ in ea-
dē cena post agnū typicū eucharistiā cōfecit: in q̄ seipm̄
agnū verum discipulis suis dedit sub specie panis. Nec
erat tūc panis fermentatus in iudeoꝝ domib⁹. Dedit er
go seipm̄ suis discipulis sub specie panis azymi māducā
dum: nā Exo. xij. dr̄. Edent carnes assas igne nocte illa ꝛ
azymos panes. Et sequit. Habebitis aūt hūc diē in mo-
numentū: ꝛ celebrabitis cū solennē dño in generationi-
bus vestris cultu sempiterno. Septē dieb⁹ azyma com-
edetis: in primo die nō erit fermētū in domibus vestris.
Quicūq; comederit fermentū peribit aīa illi⁹ de israel a
prima die vsq; ad septimū diē. Prima autē dies incepit a
vespera lune decimaq̄rta. Vn̄ sequit ibidē. Primo men-
se. xiiij. die mensis ad vesperā comedetis azyma/ vsq; ad
diem duodecimū eiusdē mensis ad vesperā. Septē dieb⁹
fermentū nō inuenietur in domib⁹ vestris. ¶ Ex quib⁹ ma
nifeste patet ꝙ ad vesperā diei. xiiij. primi mēsis quo cō-
edebat agnus paschalis vsq; ad duodecimū diē eiusdē
mensis/nō fuit fermentū in edib⁹. Christus igit eadem
die post agnū legalem eucharistiā cōficiens/nō in pane
fermētato: sed in azymo cōfecit. Qd̄ autē christ⁹ decima-
quarta luna agnū paschalē comedit ꝛ nō preueniēdo de
cimatertia die: patet: quia Mat. xxvj. dr̄. Prima autē die
azymoꝝ accesserūt discipuli ad iesū dicētes. Vbi vis pa
remus tibi comedere pascha. Et sequit. Et parauerunt
pascha. Vespere aūt facto discūbebat cū duodecim disci
pulis. Vn̄ glo. Prima die azymoꝝ. i. decimaq̄rta die pri-
mi mensis/qn̄ abiecto fermētato agnū immolabant ad
vesperā ¶ Itē Marci. xiiij. Primo die azymoꝝ/qn̄ pas-
cha imolabāt: dicūt ei discipuli. Quo vis eamus ꝛ copa
remus tibi vt māduces pascha. Et sequit. Et parauerūt
pascha. Vespere autē facto venit cū duodecim. ¶ Item
Luce. xxij. Venit aūt dies azymoꝝ in qua necesse erat oc
cidi pascha. Et misit Petrū ꝛ Johannē ꝛc. sequit. Et pa
rauerūt pascha. Et cū facta esset hora discubuit: ꝛ duode
cim apl̄i cū eo. Fecit ergo dñs pascha eo die quo necesse
erat occidi pascha: hec fuit decimaq̄rta luna mēsis p̄mi:
vt patet ex p̄dictis. ¶ F Ex quo sequit ꝙ nō in fermē
tato: sed azymo cōfecit. Itē ritus cōsecrādi in azymis ec-
clesie romane habet ex institutiōe aploꝝ cū quibus dñs
cenauit: quib⁹ presentibus eucharistiā cōfecit: eis dedit:
eosq; in dispēsatores eucharistie cōsecrauit: qd̄ est maxi-
mū argumētū ad ꝓpositū cōfirmandū. Vn̄ Inno. Id so
lū sufficit latinis ꝯ grecos/ꝙ cōstantinopolitanā eccle-
siā multarū heresum corruptio fermētauit: vt nō solū he
reticos: verū etiā heresiarchas ꝓduceret. Romanā aūt
ecclesiā super aplice fidei petrā stabili soliditate funda-
tam/nulla prorsus heretice prauitatis ꝓcella potuit con
quassare: sʒ illud semꝑ integra fide seruauit: qd̄ ab ipsis
aplis accepit: qui eā p̄sentialiter sacris doctrinis instru
xere: ꝛ ecclesiastici rit⁹ regulā docuerūt. Ab ipsis ergo bea
tis aplis petro ꝛ paulo: qs ꝛ viuos habuit: ꝛ defunctos
custodit: hui⁹ sacrificij ritū accepit: qd̄ hactenus inuiola
bili cultu seruauit. ¶ Verū licet cōsecrādū est in azymis
quō ꝛ christ⁹ cōsecrauit: ꝛ romane eccl̄ie ritus hʒ: nihilo-
minus tm̄ in fermentato pōt cōfici: q: nō differt fermēta-
tū ab azymo substātialiter ꝛ ſm speciē: sed accidēte solo.
Et sicut idifferēter ex vino albo ꝛ rubeo cōficit: licʒ chri
stus in altero tantū ꝯfecit: ita ſm btm̄ Ans. nō tm̄ ex azy
mo: sed etiā ex fermētato cōfici potest. Vn̄ beat⁹ Ans. in
epl̄a allegata ait. Propter h̄ solū videt se ꝛ carnē suam
panē vocasse: ꝛ de pane corpus suum fecisse: q: sicut ille
panis azymus vel fermētatus dat vitā trāsitoriā: ita cor
pus ei⁹ eternā: nō q: fermētat⁹ est vel azymus. Hec Ans.
Indifferēter ergo se hʒ quantū ad h̄ ꝙ ex vtroq; pōt cō-
fici verū corpus christi. Vn̄ ꝛ greci vere cōficiūt ceteris
parib⁹: nec ex h̄ tantū arguēdi sunt: quātū ex h̄ ꝙ dānāt
cōficiētes in azymo: dicētes ꝙ nō cōficiūt: vn̄ in h̄ errant
ꝛ heretici iuste iudicant. ¶ G Orta est aūt hec dissen
sio grecoꝝ a latinis: q: sicut dicit leo papa: qn̄ error vige
bat de legali obseruātia/q̄ fuit ebionitarū: qui dixerunt
necessariū esse christianos iudaizare: ꝛ ꝑ ꝯñs pascha suū
in azymo cōficere: decreuerūt ꝙ ecclesia nō cōficeret de
azymo: sed fermētato quousq; error ille cessaret. Vn̄ ec-
clesia primo cōficiebat de azymo. Scd̄o de fermentato.
Tertio cessante hac causa/redijt ecclesia romana ad ritū
primū: ꝛ cōfecit ex azymo. Greci vō tāq̄ suꝑbi noluerūt
ad ritū p̄mū redire: ꝛ ex h̄ coacti sunt suū errorē defende
re. Primo dicētes/se hūc ritū accepisse a patrib⁹. Scd̄o q:
hoc nō sufficiebat: addiderūt rōnem/ne iudaizarēt. Ter
tio q: nec hoc sufficiebat: si dñs cōfecisset in azymis: ausi
sunt dicere/ꝙ dñs cōficiebat de fermētato. Et q: euāge-
liste cōtrariū dicunt: ausi sunt blasphemare ꝙ euangeli-
ste falsum dixerūt. ¶ Quare aūt eccl̄ia romana nō indi-
stincte ex vtroq; pane/fermētato scʒ ꝛ azymo cōficit: si-
cut ex vino albo idifferēter ꝛ rubeo: r̄ndet Alex. de ales
parte. iiij. q. xxxij. mēbro. iij. Etsi i vtroq; pane cōfici pos-
set: nihilominus panis azymus magis cōgruit consecra
tioni. Et hoc ratione multiplici: Primo: ex debito cōfor-
mationis corporis qd̄ est ecclesia: ipsi capiti christo/qd̄
de huiusmodi pane cōfecit. ¶ Secūda: expressio purita-
tis singularis sacramēti cū re cōtenta. Panis enim azy-
mus ratione qua est sine fermēto: expressius representat
puritatē singularē humane nature in christo: que sicut
azyma de fermētato sumpta est: sic sumpta est de massa
corruptiōis sine omni corruptione peccati. ¶ Tertia ra
tio: Expressio simplicitatis singularis sacramēti cū re cō
tenta. Sicut em̄ in genere panis azymus est simplicissi-
mus: quia i minori substātia esse nō posset panis: sic chri-
stus in genere hominū simplicissimus: idest minime est
diuisus. In ipso em̄ sunt oēs virtutes ꝛ bona: ꝛ vniuer-
saliter omnia bona in medio indiuisibili: sicut loq̄mur
de medio virtutis: qd̄ virtus apprehēdens punctualiter
est ꝑfectissima: ꝛ ab excessu et defectu: que vitiū inducūt:
remotissima. ¶ Quarta ratio. Insinuatio diligētie ad-
hibende: vt mēbra corporis christi mystici cōforment se
in puritate cum corpore christi vero. Puritas enim azy-
mi diligēti obseruātia preparat: ne extra medium suum
deuiet. Sic sumentes azymā carnē christi se diligentissi-

me prepararẽt: vt in se custodiãt mediũ puritatis. vñ Ans. In lege/ vbi fere oia in figura fiebãt: pceptũ fuit in pascha azymũ panẽ comedere: vt ostẽderet ꝙ christus: quẽ expectabãt: purus ⁊ mũdus futurus esset. Et nos q̃ mãducaturi eramus corpus eius: similiter esse moneremur puri ab omni fermẽto malicie ⁊ nequicie. Et he rationes haberi possunt ex epistola beati Ansel. ſ. allegata dicentis. Apertissimuz est quia melius sacrificat de azymo/ q̃ de fermẽtato. Tum q: valde apertius/ purius ⁊ diligẽti⁹ fit: tuz q: dñs hoc fecit. Apertius dicit rõne expressionis singularis simplicitatis: qua cõuenit sacramẽtũ cum re. Purius rõne expssionis singularis puritatis/ qua cõuenit sacramentũ cũ re. Diligẽtius rõne insinuationis diligentie adhibẽde ex parte mẽbroꝝ/ vt se cõforment capiti ¶ Sic ergo colligẽdo summarie q̃ dicta sunt: dr/ ꝙ cõficere in azyma nõ est de necessitate sacramẽti. Differentia harũ necessitatũ patet. ſ. lec. j. Primũ ostensum est: quia in fermẽtato si attẽtat fit ꝯsecratio. Scd̃m patet: quia sic cõsecrãs peccat faciẽs ꝯtra ritũ ⁊ preceptũ eccl̃ie. Vñ ex de celeb. missa. c. lr̃as. punit qui in fermẽtato cõsecrauit. Et dicit Sco. in. iiij. di. xj. q. vj. in fine. Forte grauiter peccãt etiã greci: qui se nõ ꝯformãt ecclesie petri: maxime cũ hic habet fundamẽtũ solidũ: q: sic christus instituit h̃ sacramentũ celebrãdũ: ad minus si nõ necessario q̃n aliter fieri possit: tñ sic magis cõgrue celebrat. ¶ D Quantum ad tertiũ soluẽde sunt rõnes grecoꝝ. ¶ Ad primam qua arguit ꝙ dñs tertiadecima luna cũ discipulis cenauit: cõcedit ꝙ cena facta est die imediate p̃cedente diem passionis: sed negat ꝙ illa fuerit tertiadecima luna: sed vt visum est: fuerat facta decimaquarta luna. Ad pbationẽ negat ꝙ dñs passus sit decimaquarta luna: sz passus est decimaquinta luna. Et ad pbationẽ dr ꝙ veritas correspõdebit figure. ¶ Ad cui⁹ intellectũ notãdũ f̃m Alexan. ꝙ circa agnũ typicũ duo fiebãt/ scz imolatio ⁊ comestio. Quantũ ad comestionẽ/ vmbra r̃ndit veritati ⁊ figura rei: q: decimaq̃rta luna/ scz in cena cõedebat agn⁹ typicus ⁊ agnus verus. Nã facta cena de agno paschali dedit dñs discipulis agnũ verũ/ scz corpus suũ: sĩlr imolatio r̃ndit imolandi. Immolatio em̃ figuralis agni facta est luna decimaq̃rta: ⁊ imolatio veri agni sĩlr luna. xiiij. inchoata est: q: post cenaz nocte iouis. xiiij. luna incepit passio christi: q̃n factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrẽtis in terrã. Lu. xxij. Itẽ nocte illa fuerat captus/ ligatus/ cõsputus/ colaphis ⁊ alapis cesus. Marci. xiiij. Sic ergo nocte illa inchoata fuit imolatio: ⁊ die sequenti cõsummata: ⁊ sic figure veritas r̃ndebat. Vñ glo. sup illud Luce. xxij. Venit autẽ dies azymoꝝ: dicit. Licet sequẽti die. i. decimaq̃nta luna sit crucifix⁹: hac tñ nocte qua agnus imolabat: ⁊ carnis sanguinisq̧ suis discipulis sacra celebrãda tradidit: ⁊ a iudeis tentus ⁊ ligatus ipsius immolationis. i. passionis sue sacrauit exordiũ. ¶ Aliter põt dici f̃m veritatẽ legis qua dies currebat a vespera in vesperũ: vt dr Leui. xxiij. A vespera vsq̧ ad vesperã celebrabitis sabbata vestra. Et de festo pasche hoc plane determinatũ est: vñ Exod. xij. habet. Primo mẽse decimaq̃rta die mẽsis ad vesperã comedetis azyma vsq̧ ad. xxj. eiusdẽ mẽsis ad vesperã. Cũ ergo vesperũ. xiiij diei/ quo immolabat agnus: fuit pars sequentis diei: eodẽ die verus agnus imolat⁹ est quo agnus typicus. ¶ I Et si obijcit. Ante resurrectionẽ dñi dies p̃cessit noctẽ f̃m magistrũ in histo. In nocte aũt resurrectionis terminat⁹ ordo naturaliũ/ q̃ est vt dies p̃cederet noctem: deinde creator temporꝫ fecit vt nox precederet diẽ Rñdetur ꝙ ille ordo: quo dies noctẽ p̃cessit: fuit f̃m cursum cõem tẽporꝫ: nihilomin⁹ speciali rõne ordinatũ fuit in lege/ ꝙ in solẽnitatib⁹ nox p̃cederet diẽ: ⁊ currerẽt dies solẽnes a vespera in vesperã. Cui⁹ ratio fuit: q: ille solennitates fuerũt figure solennitatũ tẽporis grẽ: in quibus hmõi ordo seruat: ⁊ maxime solennitatũ patrie: que sequũtur ad noctẽ tribulatiõis vie. ¶ L Ad secũdũ similiter ⁊ ad tertiũ respõdetur per distinctionẽ hui⁹ nominis pascha. vñ f̃m Inno. ⁊ Alex. nomen pascha multipliciter accipit: ⁊ equiuocatione hui⁹ nois greci decepti sunt. Accipit em̃ q̃nq̧ pro hora imolationis agni typici: vñ Luce. xxij. Appropinquabat dies fest⁹ azymoꝝ qui dr pascha. glo. Pascha dr solus dies in quo agnus occidebat ad vesperũ. i. decimaq̃rta luna primi mẽsis. Q̃nq̧ accipit pro agno paschali typico: vñ Luce vbi. ſ. Venit aute dies azymoꝝ: in qua necesse erat occidi pascha. Q̃nq̧ accipit pro vero agno paschali q̃ est christus dñs. j. Cor. v. Etem̃ pascha nostrũ immolat⁹ est christ⁹. Q̃nq̧ p die festo azymoꝝ: q̃ fuit quintadecima post equinoxiũ vernale. Ioh. xiij. Ante diẽ festũ pasche sciẽs iesus. Q̃nq̧ accipit p cibis paschalib⁹/ panib⁹ scz azymis/ quib⁹ vescebantur tempore paschali. de quo Exod. xij. Primo mẽse. xiiij. die mẽsis ad vesperã comedetis azyma/ vsq̧ ad. xxj. eiusdẽ mensis ad vesperã. ⁊ sic accipit Ioh. xviij. Nõ introierũt pretoriũ: ne cõtaminarent: sed mãducarẽt pascha. ¶ Per hoc patet ad argumẽta ꝙ beatus iohannes cũ dixit. Ante diem festũ pasche. accepit pascha pro p̃ma die azymoꝝ que fuit. xv. luna mẽsis primi. Et hoc innuitur cũ dicitur: ante diẽ festuz. Differt em̃ dicere f̃m Alex. diẽ pasche/ ⁊ diem festuz pasche: nec sunt idẽ vt patet ex lege. Dies em̃ pasche est decimaquarta luna: dies festus pasche quintadecima luna: vñ Leuiti. xxiij. Mense decimo. xiiij. die ad vesperũ phase dñi est. i. pascha: ⁊ decimaquinta die mensis hui⁹ solẽnitas azymoꝝ dñi est. ⁊ ita ante diem solennẽ pasche que fuit luna. xv. facta fuit cena dñi. i. xiiij. luna ad vesperã: ⁊ ita nõ est pro grecis: sed magis cõtra eos. In illa aũt auto. Ioh. xviij. vbi dr. Vt manducarẽt pascha. accipit pascha pro azymis panib⁹: vt dictum est: quos comedebãt septẽ dieb⁹. ¶ Et p hoc ad illud q̃d addit. Nõ in die festo ⁊c. Dicit ꝙ causa hui⁹ dicti ⁊ dispositiõis iudeoꝝ addit: ne forte tumult⁹ fieret in populo. Nõ enim ppter festi reuerentiã/ disposuerãt crucifixionẽ differre: sed ne tumultus fieret in populo: qui in maxima copia ad festũ illud cõfluxerat. Et ita ne de manibus coꝝ raperetur. Ideo nacta opportunitate: ⁊ submota causa tumultus populi/ iuda se offerẽte ad tradendum illũ: sine tumultu fecerũt cõtrariũ/ mutãtes ppositum: ⁊ hoc diuina dispositione: vt veritas correspõderet figure: q: q̃ntadecima luna eduxerat pplm hebreorũ de egypto: ⁊ eodẽ die mors christi eduxit pplm suũ de tenebris pcti: vt Inno. Porro dispositio sacerdotũ ꝯ dispositionẽ dei p̃ualere nõ poterat: q̃ disposuerat vt ver⁹ agn⁹ in dieb⁹ paschalib⁹ imolaret. ¶ L Ad quartũ de sctis mulierib⁹ vnguẽta post dñi sepulturã preparãtib⁹: dr: ab aliquib⁹ ꝙ prima die azymoꝝ/ scz die passionis dñi q̃ solennis erat: interdicta fuere opera seruilia: vt Leui. xxiij. Prim⁹ dies erit vobis celeberrim⁹: omne opus seruile in eo nõ facietis. Hmõi aũt vnguẽti p̃paratio q̃ cõgruebat defunctis: q: fuit opus misericordie: nõ reputabat inter seruilia: ⁊ ita p h̃ q̃d dicebat Exo. xij. Nihil opis facietis in eis exceptis his q̃ ad vescẽdũ ptinẽt: nõ excludebatur q̃n opa spũalia fieri poterant: q̃le fuit opus mulierũ. Dicũt igit ꝙ mulieres sancte ab hora qua viderãt christum positũ in monumẽtũ: sicut dr Luce. xxiii. vsq̧ ad vesperũ eiusdẽ diei/ p̃parauerũt vnguẽta q̃ habebãt: ⁊ ad vesperũ a preparatiõe quieuerũt f̃m legẽ ppter sabbatũ: de q̃ preceptũ fuerat in lege/ ꝙ a vespera celebrarent vsq̧ ad vesperã sine aliquo opere: tũc em̃ nõ licebat preparare que ad cibũ erant necessaria. Illa etiã dies sabbati inter oia sabbata celeberrima erat: ⁊ ppter pascha/ ⁊ propter sabbatũ. Licuit ergo p̃parare vnguẽta luna. xv. q: h̃ fuit opus misericordie: ⁊ ideo nõ seruile. ¶ Sed cõtrariũ videtur Marci. xvj. Cum trãsisset sabbatũ: maria magdalena ⁊ maria iacobi ⁊ salome emerũt aromata/ vt venientes vngerent iesum: igitur die veneris dominice passionis nõ parauerũt aromata: quia nõdum fuerant empta. ¶ Solutio f̃m glo. Emerunt: idest empta parauerunt:

qđ enim residuū fuerat nō paratū: die veneris paraue-
runt dū transisset sabbatū. Uel aliter/iudei multos sum
ptus facere solebāt circa funera. Nā et nicodemus: q̄ ve-
nerat ad iesum nocte primū venit ferēs mixturā myrrhe
et aloes quasi libras centum. Joh.xix. Ecce sumptus ma
gnus. Mulieres igit̄ videntes nō sufficere vnguenta q̄
parauerāt die veneris: post sabbatū plura emerūt: et illa
parauerūt: vt dicit Marcus. ¶ Aliter posset dici q̄ mu-
lieres ille iam instructe in fide christi nō curabāt hmōi le
galia obseruare. vn̄ Inno. q̄ autē mulieres in die pasche
dicūtur vnguēta parasse nō obest: quia nō erāt sub lr̄a:
sed sub gratia. ¶ Uerū huic videt̄ cōtrariū qđ Lucas di
cit. Et sabbato quidē siluerunt ꝓpter mandatū: ex quo
patet q̄ legis mādata seruabant ¶ M Ideo adhuc
aliter dici pōt/q̄ ille mulieres cognoscētes christi mortē
futurā: ante mortē ei⁹ parauerūt necessaria ad cōdendū
corpus eius. vn̄ Inno. Mulieres reuertētes s̄m Luca/
portauerūt vnguētū et aromata: q̄ ante lōge parauerūt:
q: frequēter audierāt dn̄m moriturū. Nōne magdalena
iam parasse videt̄ per inspirationē preoccupasse ministe
riū inūctionis: teste veritate q̄ dicit. Mittēs hoc vnguē
tum hec in corpus meū: ad sepeliendū me fecit. Et iterū.
Sinite illā vt i die sepulture mee seruet illud. Sic vnguē
tum qđ prius inceperat: cōsummauit. ¶ Posset adhuc
dici q̄ reuertētes mulieres a monumēto et sepultura/pa
rauerūt aromata/nō statim protūc: q: nullū vel minimū
tēpus videt̄ fluxisse iter horā sepulture et vesperā sabba
ti qua incepit solēnitas sabbati. Nam sero depositus est
dn̄s de cruce: vt dicit Mat.xxvii. Et ꝓpter parasceuē iu-
deoꝝ in monumēto horti qđ ꝓpe erat posuerūt iesū: vt
dicit Joh.xix.c. et Luc.xxiii. Parasceue erat et sabbatum
illucescebat. i. vespera qua incepit solēnitas sabbati: s̄m
illud Leui.xxiii. A vespera in vesperā celebrabitis sabba
ta vestra. Sed trāsacto sabbato: quo siluerunt: et finē ha
buit in fine sequētis diei: tūc quidē emerūt aromata que
defuerūt: vt dicit Marcus. Dū trāsisset sabbatū et c. eme
runt aromata vt venientes vngerēt iesum. Uenientes nō
statim tūc ꝓpter noctē de primo imminentē: sed expecta
bāt mane sequētis diei: q̄ fuit prima sabbati. i. prima post
sabbatū: ideo sequit̄ in Marco. Et valde mane vna sab
batoꝝ/veniūt ad monumentū orto iam sole. ¶ N Ad
quintū de glo. Luce.xxii. q̄ dicit/q̄ sola dies māducatio-
nis agni dicat̄ pascha: et alii dies azymoꝝ. Dicendum q̄
glo. ponit differentiā inter illā dictionē pascha in vna si-
gnificatiōe tn̄: s̄m quā accipit̄ in illo textu quē ibi expo-
nit. Preter autē illā etiā et aliter accipit̄ vt dictū est. Nō
autē ex illo infert̄ q̄ christus in fermētato confecit: illud
nō sequit̄: etiā si verū esset qđ greci ꝓbare laborāt: scz q̄
christus tēpus māducandi agnū paschalē preuenisset: et
cū discipulis luna tertiadecima cenasset. Cū si ita pre-
uenisset diē legitimū comedere pascha: sciēs q̄ futurum
erat sup eū: vtiq; p̄uenisset comedere agnū s̄m cerimoni
as et dispositionē legis: q̄ precepit q̄ nō nisi cum azymis
comederet̄: et sicut p̄uenisset comedere agnū: ita et p̄ue-
nisset comedere azymū. Et discipuli q̄ preparauerūt pas
cha: p̄parassent et azyma: et ita ex h̄ greci intētū suū habe
re nō possent: scz q̄ christus in fermētato cōfecisset. Fal-
sum tn̄ est antecedēs/q̄ cena facta sit luna tertiadecima.
¶ Ad sextū quo arguit ex significatiōe fermentati/pro-
pter quā magis cōgruit sacro q̄ azyma: dr̄. Et si fermētū
exprimit s̄m glo. allegatā qđ meli⁹ est in christo/scz cha-
ritatē: nō tn̄ in ꝓpria et expssa silitudine christū exprimit:
q: nō solus christus charitatē habuit: licz solus summā/
quā summā appropriare nō significat fermentū. Azyma
aūt significat puritatē singularē christi soli⁹/scz naturaꝫ
nostrā sumptā sine omni corruptiōe i fectiōis: vn̄ Inno.
rñdens grecis dicētib⁹/q̄ fermētū significat tumorē vte
ri virginalis et vinculū vnionis: dicit. Nā etsi fermentū si
gnificat tumorē vteri virginalis: et vinculū vnionis: po-
to multo religiosius illud azyma insinuat/q̄ s̄m aplm/
christ⁹ de massa peccatrice corpus sine pctō suscepit tāq̄
de fermēto susceperit azymū. Et vt inter christū et pplm
malicie et nequicie nihil sit: sic inter frumētū et aquā in
azymo nil veteris masse vel aduene corruptiōis interue
nit: nā per frumētū christ⁹: per aquā ppls designat̄: s̄m
illud. Nisi granū frumēti cadēs in terrā mortuū fuerit:
ipm solū manet. Joh.xii. Et illud. Beati q̄ seminatis sup
oēs aquas. Esa.xxxii. glo. i. corda gentiū emollita. Aqua
sine fermēto mixta frumēto designat populū sine pecca
to christo cōiunctum: q̄ q̄ illud soleat designare q̄ sicut
azymus panis de pura massa sine fermēto conficitur: ita
corpus christi de illibata virgine sine crimine est conce-
ptū. Sunt et alie cōgruētie supra tacte. ¶ O Ad septi-
mū breuiter dr̄/q̄ dn̄s nolens nos iudaizare/nō hoc q̄si
ex lege retinuit: sz de nouo instituit: sicut et de baptismo
in aqua constituto. Iudei aqua lustrabant̄: et nos aqua
lustramur: nō autē ex legis ordinatione: sed ex christi dn̄i
nostri institutione. De h̄ statim infra. ¶ Ad octauū dr̄ q̄
adueniēte veritate cessare debet figura sub rōne figure.
Pōt tn̄ manere materia figure: nō vt figura veritatis vē
ture significatiua: et ita cessauit esus agni paschalis: ces-
sauit et panis azymus in ea significatione qua instituta
sunt in lege: qm̄ adhuc paschali tēpore agnellos mandu
camus: et nōnunq̄ panes azymos: nec tn̄ hec faciētes iu
daizamus. vn̄ beatus Ansel. Facere aliq̄d qđ fiebat s̄m
legē: nō est iudaizare: nisi fiat intētione adimplēdi legē:
vt q̄ ex infirmitate circūcidi se faceret: nō vt ritū legis ob
seruaret: nō iudaizaret. Qđ autē aiūt nos iudaizare ait
Ansel. nō est verū: q: nō sacrificam⁹ de azymo vt legē ve
terē seruemus: sed vt diligētius fiat: et vt dn̄m qui hoc nō
iudaizando fecit: imitemur. Cū enī facimus aliq̄d qđ vt
iudaismū seruarēt faciebāt: nō iudaizamus: q: nō ꝓpter
iudaismū: sed aliā causam h̄ facimus. Si enī in dieb⁹ pas-
che azymū panē aliq̄s comedit: siue q: nō h̄z alium: siue
quia magis illo delectat̄ q̄ fermētato: aut si quis ꝓpter
infirmitatē preputiū circūcidere cogit̄. Aut si boui suo
trituranti quis: ne esuriat: os non alligat: nullius nisi insi
piēs/hoc agentē iudaizare iudicabit. Cū ergo nos panē
azymū sacrificamus: nō vt p azymū tanq̄ p figurā dn̄m
iesū futurū esse significam⁹: sed vt ipm panē in corpus
ei⁹ diuina cooperāte v̄tute sanctificem⁹: nequaq̄ in h̄ le-
gis vetustatē obseruamus: sed euāgelii veritatē celebra
mus. Itē simili rōne nec ipsi deberēt cōficere in fermēta
to: q: p̄ceptū fuit in lege Leui.xxiii. q̄ offerrēt panes pri
mitiarū fermētatos. vn̄ Inno. Si propter hoc repudian
dum est azymū: quia lex illud admisit: pari rōne repudi
abitur fermentatū: quia lex ait. Offerēt panes fermēta-
tos cū hostia gratiarū: que imolat̄ p pacificis. Leui.vii.
¶ P Ad nonū de eo q̄ littera occidit. dr̄. Uerum est si
seruat̄ qđ vete. testa. lr̄a p̄cipit vi p̄cepti legis: et h̄ quan
tū ad sacrificia cerimonialia et figuralia. Secus si tanq̄
de nouo per legē grē statuta sint assumpta: vt. s̄. dictum
est. Uerū argumētū hoc beatus Ansel. retorquet in gre-
cos dicēs. Sic vos cōficitis de fermētato: q: d̄: a ꝓpheta
scz Amos. iiii. Offerte mane victimas vestras trib⁹ dieb⁹
decimas vestras: et sacrificate de fermētato laudē. Aut h̄
dicit ꝓpheta approbādo vel reprobādo. Si reprobādo:
igitur ex hoc nō debetis autoritatē assumere cōficiēdi in
fermētato. Si approbādo: et vos seruatis hoc ad litterā/
et littera occidit: ergo vos subiacetis illi damnationi qua
damnatis vos. ¶ Ad decimū quod obiiciunt de nomine
archon: respondet Alexā. q̄ nomen archon aliquādo ac
cipitur pro fermētato. Aliquando pro pane azymo: nam
Exod.xxix. dicit̄. Archos azymos. similiter Nume.vi. vbi
nos habemus canistrum panum azymoꝝ: ipsi habēt ar-
chos refertos oleo. Aliquando accipitur p fermētato et
azymo cōmuniter: vnde ratio illoꝝ nō valet. Patet itaq;
ex dictis veritas nostri textus / quantum ad tempus ce-
ne designatum: cum dicit. Qui pridie q̄ pateretur.

¶ Lectio.xxxv.

q̄ suū sacratissimū corpus dederit iude ꝓditori: maxime qȝ iudas accipiendo mortaliter peccasset: cuius vt videt christꝰ occasio fuisset porrigendo: cōtra illud btī Aug. q. xxi. li. lxxxiij. q. Deo autore nemo fit deterior. ¶ B Ad hoc dubiū respondet dn̄s Innocē. Tenendū forte est in illo casu sine alioꝝ ꝑiudicio/ qđ Iohā. insinuat/ q̄ iudas cum accepisset buccellam exiuit ꝯtinuo/ scȝ ad tradendū christū. erat em̄ nox: post alios aūt cibos/ tradidit eucharistiam: vt elicitur ex illo Luce. xxij. Similr̄ ꝛ accepit calicem postq̄ cenauit. Accipiēs aūt buccellam/ non accepit corpus xp̄i: vt dicit btūs Augu. ꝛ per ꝯsequēs prius exiuit iudas q̄ xp̄s traderet discipulis eucharistiā. Qđ vo lucas post calicē cōmemorat traditorē: pōt intelligi per recapitulationē: q̄ frequētius fit in sacra scriptura: vt scȝ factū ꝑus narretur posterius: sicut Matth. xxvi. cōmemorat in vnctione pedes dn̄i et caput vngentis post biduū ante suā passionē: cū tn̄ Iohā. dicat illud factū ante sex dies pasche. eiusdem. xij. Idem tenet hilarius/ q̄ xp̄s corpus suū iude nō tradidit ꝓpter textū Mat. supra allegatum. Non bibā amodo de genimine vitis ꝛc. Iudas aūt posterius nō bibit: ergo nec tūc. ¶ Sed autoritatibus illis nō obstātibꝰ/ oppositū eius qđ dictū est: cōius sustinet: ꝛ a sctis doctoribus approbat. vn̄ dicit Diony. in de ecclastica hierar. c. iij. In qua (haud dubiū qn nouissima cena) autor ipse signorꝝ/ scȝ xp̄s/ cū qui secū non pie: neq̧ concorditer ꝑceperat in cena: a cōtubernalium sorte iustissime separat. vbi dicit: nō pium neq̧ ꝯcordem/ videlicet iudā secū in cena percepisse. Et loquit ibi Diony. de sacro eucharistie. ¶ Item Chrys. sup Matth. dicit. Iudas particeps mysterioꝝ cōuersus non fuit. vn̄ fit scelus eius imanius: tum qȝ tali ꝓposito imbutus adijt mysteria: tum qui audiēs melior factꝰ nō fuit: nec metu: nec beneficio: nec honore. ¶ Ad idē btūs Bern. in quodam sermo. De vna mensa comedūt iudas ꝛ petrus: petrus ad salutē: iudas ad dānationē. Pro illo etiā facit qđ dicit btūs Aug. (ꝛ habet. j. q. j. christus.) Quid fecit nobis qui traditorē suū tanta patientia ꝑtulit: vt ei primam eucharistiā confectā/ manibus suis ꝛ ore suo cōmendatam sicut ceteris aplīs traderet. ¶ Item sup iohānē. Cū intinxisset panē iesus dedit iude simonis scharioris: sed nō (sicut putant quidā negligenter legentes) tūc iudas corpus xp̄i accepit. Intelligendum est em̄ q̄ iam oībus eis distribuerat sacrm̄ corporis ꝛ sanguinis sui: vbi ꝛ iudas ipse erat. Sicut sanctus lucas euidentissime narrat: ꝛ magister. iiij. sniarū dist. xj. ꝓpe finem. Eucharistia intincta nō debet dari populo ꝓ supplemento cōionis: qȝ nō legitur xp̄m alicui discipuloꝝ ꝓbuisse panē intinctum nisi iude: tunc vero nō accepit corpus xp̄i iudas: sed tm̄ panē. Corpus vo ꝛ sanguinē xp̄i ante/ cū alijs discipulis perceperat. Hec magr. ¶ Item Bern. in ser. de cena dn̄i. Sciēdū est inquit/ q̄ oībus iā scȝ qn̄ porrexit iude panē intinctū distribuerat sacrm̄ corporis ꝛ sanguinis sui: inter quos ꝛ iudas fuit. ¶ E Per hoc intelligitur ꝛ exponi pōt textus Iohā. supra inductus ad oppositū: qȝ xp̄s iā dedit discipulis scȝ ꝛ etiam iude corpus ꝛ sanguinē: quādo iude porrexit panē intinctū: qȝ dicit btūs Aug. postq̄ distribuit corpus suū ꝛ sanguinē: ventū est ad hoc vt ꝑm narrationē iohannis/ iude buccella panis porrigeret: ꝑ qđ suū expressit: licet tacite: ꝓditorem. Et qđ dicit lucas: postq̄ cenauit accepit calicē: referri debet ad esum agni paschalis: q̄ comestus fuit in cena ꝑncipali: inter quā ꝛ institutionē sacri xp̄s aliquod fluxit: quia illa cena agni paschalis facta: lauit pedes discipuloꝝ: ꝑusq̄ discipulis suis corpus suū dedit ad manducandum: ꝛ post pedū lotionē resedit: ꝛ cenā primā ꝑ pedū lotionē interruptam cōtinuauit. vn̄ dicit Mat. Cenātibus illis accepit iesus panē. ꝛ tūc ꝑmo instituit sacrm̄ ꝛ dedit oībus. Et deinde adhuc posterius dedit iude panē intinctū. vt dicit Iohā. In signū huiꝰ dicit lucas bis: ꝛ accepto calice: semel scȝ ante lotionē pedū post esū agni paschalis; ꝛ semel post institutionem sacramēti. Unde Augu. Lucas de duplici calice mentionē facit. Primo de calice vini post pascha iudeoꝝ. Scđo de calice sanguinis sui. His ꝯcordat btūs Hiero. in glo. super Marcum: exponens illud marci. Et biberunt ex illo oēs. Ebrietas felix: salutaris satietas: q̄ quāto copiosius sumitur: tanto sobrietatem mentibꝰ dignatur donare. Et sequit ad ꝓpositum. Et iudas bibit: sed nō saturatur: nec sitim extinguit eterni ignis: qui indigne sumit mysteria xp̄i. Hic macula lune ostendit que nunq̄ deletur. Luna ecclesie cōparat merito: q̄ a se non habet splendorē: sed a sole certis modis suscipit lumē. i. a christo q̄ ꝑmanet in eternū. Sunt em̄ quidā in ecclesia quos sacrificiū nullū emūdat: sed insipiens cogitatio ꝑducit ad culpas: q̄ se crudelitatis ceno miscuerunt. Sanguis em̄ noui testamēti: qui ꝓ multis effunditur: nō oēs emūdat. Hec hieronymus. ¶ D Per hoc ad primū argumentū sumptū ex verbis Mat. q̄ xp̄s dixit discipulis suis. Non bibam amodo ꝛc. Rn̄det btūs Tho. parte. iij. q. lxxxi. ar. ij. q̄ xp̄s loquit discipulis a quoꝝ collegio iudas se separauit: nō aūt christus eū exclusit. Et ideo xp̄s quātum est in se: etiam cū iuda vinū bibet in regno dei: sed hoc cōuiuiū ipse iudas repudiauit. Uel pōt dici q̄ dictio vobiscum/ referenda est ad discipulos nō oēs ibi presentes: sed ꝑdestinatos: de quoꝝ numero iudas non fuit. ¶ Ad secūdum dicit q̄ nō aliter accipiendum est dictum luce: qui ꝓ vobis effundet: q̄ dictū matthei ꝛ marci q̄ dicit. Qui pro multis effundet. Unde sanguis christi ꝓ oībus effusus est/ quātum ad sufficientiā: qȝ quātū fuit ex se sufficiens fuit ꝓ saluatione omniū hoim. Fuit enim effusio hec oblata a supposito diuino/ scȝ xp̄o filio dei qđ fuit suppositum infinitū/ quia deus. Ideoq̧ accepta fuit quasi meritum sufficiens a patre pro remissione etiam infinitoꝝ peccatoꝝ si essent. Est aūt effusus ꝓ multis/ quātum ad efficientiā: qȝ pro ꝑdestinatis in quibus solis operat collationē btitudinis. Et ꝑm illud accipi dȝ dictū luce: q̄ pro vobis effunderetur scȝ discipulis predestinatis: nō tn̄ cū exclusione alioꝝ predestinatoꝝ: de quoꝝ numero nō fuit iudas. ¶ Qđ additur q̄ iudas nō est exceptus sicut cum dn̄s ait. Uos mūdi estis/ sed non oēs. dicit q̄ quia verba xp̄i in vno sensu simplr̄ vera fuerunt: etiā de ipso iuda pro quo sanguis christi effusus est quātum ad sufficientiā: ideo excipi nō debuit: sed hec verba. Uos mūdi estis. nō cōueniebāt iude: qui tpe ꝓlationis eoꝝ immūdissimus fuit: ideo merito exceptus. ¶ Ad tertium dr̄: q̄ doctrina xp̄i intelligi debet/ vbi sanctū canibꝰ sine scādalo negari potest ibi dandū nō est: vbi aūt nō/ dandū est. Nunc aūt sine manifestatione criminis secreti/ nō fuisset denegatū christi corpus: qđ oblatum fuit ceteris oībus. Ne ḡ occultū crimen iude alijs reuelaretur: ipsum a cōione nō repulit: dans in hoc nobis doctrinā ꝛ exemplū/ ne tales occulti petōres a cōione repellant: ne hoc facientes magis ꝓditores/ q̄ correctores videamur: vt vult Inno. de offi. miss. Hinc statutū est in ca. Si sacerdos. de offic. iudic. ordi. Si sacerdos pro certo sciat aliquē esse reū alicuiꝰ criminis: vl̄ si ꝯfessus fuerit ꝛ emēdare noluerit: nisi iudiciario ordine quis ꝓbare possit: nō debet eum arguere noīatim: sed indeterminate: sicut xp̄s dixit. Unus vestrū me traditurus est. Sed si ille cui dānū illatum est: petierit iusticiā: pōt excōicare actorem dāni: licet etiam ei ꝯfessus sit. Sed tn̄ nō pōt eum nominatim remouere a cōione: licet sciat eū esse reū: qȝ non vt iudex scit sed vt deus: sed debet eū admonere ne se ingerat: qȝ nec xp̄s iudam a cōione amouit. Hec eugenius papa. Et in. c. nō ꝓhibeat. de cōse dist. ij. Nō ꝓhibeat dispēsator pingues terre. i. diuites in peccatis. glo. in mensa dn̄i manducare: sed exactorē moneat timere. Cōcordat glo. augustini super illud. j. ad Corinth. v. Nos a cōmunione quēq̄ ꝓhibere nō possumus: nisi aut sponte confessum: aut in aliquo iudicio ecclesiastico vel seculari nominatū vel conuictum. ¶ E Sed circa hanc canonis particu-

lam querit dñs Innocē. Cū minus malū sit reddi suspe/
ctum de crimine: ꝙ cōmittere crimē: ⁊ de duobus malis/
cū vrget necessitas: minus malū eligendū sit: cur discre/
tus sacerdos nō negat eucharistiā criminoso: quatenus
minus incurrat/vt maius malū euitet: idest potius red/
datur suspectus/ꝙ māducet indigne. Soluit dicēs. Sa/
ne cū nemo debet vnū mortale cōmittere ne ꝓxim⁹ aliud
malū cōmittat: eligendū est potius sacerdoti nō ꝓdere
pctōrem: ꝙ vt ille nō peccet: sed ille potius debet eligere
vt abstinēdo reddatur suspectus: ꝙ cōicando manducet
indign⁹. Unde Aug. in li. q̄stionū sup Gen. Periculosis
sime admittit͛ hec cōpensatio vt nos faciam⁹ aliquid ma
li/ne ali⁹ graui⁹ malū faciat. Peccauit igit͛ iudas sumēdo
corpus christi de manu domini: qꝛ se peccatorē agnouit.
Nec in hoc casu pōt quis famā suam celare: qꝛ mai⁹ pre/
ceptū restringit ad nō indigne cōmanducandū: ꝙ ad cō/
seruationē proprie fame. Debet ergo pl⁹ se abstrahere a
cōmunione peccator cū dispendio fame: ꝙ corp⁹ dñi per
cipere cū detrimento anime. Quod qꝛ iudas nō fecit cō/
municando: mortaliter peccauit. ¶ Querit consequēter
Innocē. verū xp̄s ad bonū vel ad malū tradidit iude eu
charistiā: arguit ad partes. Non videt͛ quidē dedisse ad
bonū: quia alr sua fuisset intētiōe defraudat⁹: ꝯtra illud
ꝓphete. Oia quecūq͛ voluit fecit. Iudas enī nō ad bo/
nū: sed ad malū accepit. Sed nec ad malū dedisse videt͛:
qꝛ xp̄s non est autor malorū: sed vltor. ¶ Soluit. Verissi
me dici pōt ꝙ si illa prepositio ad/denotat intentionē vl͛
effectū/cum dr̄: dedit ad malū. falsa est ꝓpositio. Si vo
ꝯsecutionē innuat vel effectū vera est: qꝛ scꝫ male accepit
bonū/ad malū accepit bonū: qꝛ malū sequebat͛ in eo ad
susceptionē boni. iiij. sententiarū dist. ix. Et ex hoc doce/
mur dicit apl̄s. Qui māducat ⁊ bibit calicē dñi indigne:
iudiciū sibi māducat ⁊ bibit: ꝙ sit cauendū accipere ma
le bonū. Ecce enī factū est malū dum male accipit͛ bonū
Sicut ecōtra apostolo malū factū est bonū: cū bene ac/
cipitur ab ipso malū: scꝫ dū stimulus sathane patienter
portatur. Ergo ⁊ mala ꝓsunt bonis: sicut angelus satha
ne paulo. Et sancta obsunt malis: bonis sunt ad salutem
mala: malis ad iudiciū bona: qꝛ mali male accipiunt qd̄
bonū est. Et ex hoc patet ꝙ iudas xp̄o autore non est fa
ctus deterior: qꝛ sibi nullum malū intulit/sed bonū: cor
pus scꝫ suū sanctissimū porrexit: qd̄ factū est sibi malum
qꝛ male sumpsit. Et sic verificat͛ illud qd̄ de xp̄o scribit͛. *(Luce. ij.)*
Posit⁹ est hic in ruinā ⁊ in resurrectionē multorū in isrl͛.
Unde paulus de se ⁊ aliis bonis xp̄ianis dicit/ꝙ aliis su *(ij. Cor. ij)*
mus odor mortis in mortē: aliis odor vite in vitā. Ita et
hodie bonus predicator in ecclesia: dum veritatem ꝓdi/
cat multos mittit ad gaudiū eternū. Hos scꝫ q̄ eius ꝓdi/
cationē reuerenter suscipiunt: firmiter adherendo his q̄
credenda ꝓponit/⁊ opere implendo: que agere mādat:
suadet ex scriptura/⁊ ꝑcipit. Multos etiā mittit ad ignē
sempiternū: q̄ spretis eius sermonib⁹ in scripture incom
mutabili veritate fundatis/se ꝑcedentiū malis moribus
⁊ depravatis abusionib⁹: quas cōsuetudines appellant:
tuentes: sermones hmōi rectos ⁊ salubres paruipendūt
⁊ postponūt: ⁊ in animarū suarū graue periculū ⁊ iactu
ram. Sic igit͛ quēadmoduꝫ sermo idem vtilis est multis
ad salutē: multis occasio ad maiorē dānationē. Sic ⁊ xp̄i
corpus bene dispositis ipm suscipientib⁹ medicinalis est
aīe refectio: male sumētibus iudiciū est ⁊ dānatio ex pra
ua sumentiū voluntate. ¶ F Ad secūdum dubiū quo
quesitū est/quale corpus xp̄s dedit discipulis: mortale
an imortale: passibile an inpassibile. Venerabilis hugo
lib. ij. de sacra. par. iij. c. iij. Ego inquit/in hmōi q̄stione si
cut in aliis ꝓfessus sum: oīa secreta magis veneranda ꝙ
discutienda censeo. Simplicitati fidei hoc sufficere pu/
to: si dicimus tale dedit quale voluit: ⁊ rursus quale de/
dit ipse nouit: ideoq͛ tale dedit quale voluit: qꝛ oīpotēs
erat ⁊ potuit oē qd̄ voluit. Ideo aūt ipse nouit quale de
dit: qꝛ sapiā erat: ⁊ nō potuit ignorare quod fecit. Pro/
pterea lectus se a questione absoluit: ⁊ fortasse tutius in
semetipso subsistit: q̄ nō dicit mortale dedit: ne videatur
dicere ꝯtra sacramēti dignitatē. Nec dicit imortale dedit
ne estimet͛ credere ꝯtra eam q̄ in xp̄o ante resurrectionē
fuit mortalis corporis veritatem. Propter hoc fortasse
melius est/vt neutrū diffinire ꝑsumam⁹: ꝙuis tn̄ credat͛
ꝙ alterum fuerit. ¶ Quāꝙ aūt hoc bene ⁊ catholice sit
dictū: non tn̄ quietat de ꝑsenti materia dubitatē: nēpe
licet xp̄s dedit tale quale voluit: ⁊ quale voluit ipse no/
uit: nescitur tn̄ quale dare voluit: ⁊ quale se dedisse agno
uit. Verūtamen qꝛ factū tale mere contingens erat: et a
solius dei beneplacito ⁊ volūtate dependebat: ipm cer/
te ⁊ veraciter sciri nō potest: nec plene inuestigari: sicut
nec diuina voluntas in quacūq͛ alia operatione/ circūs
scripta reuelatiōe: q̄ de ꝑsenti materia nunꝙ legit͛ facta.
Et ꝙuis ita sit: tn̄ doctores se circa illud occupantes/oī
semota temeritate: qd̄ verisimilius xp̄m fecisse credi po/
terit: doctrinaliter docuerūt: non tn̄ oīno in eadem snia
ꝯcordantes. Vn̄ ipsemet hugo declināns ad partē vnam
ait. Ego (si alterū dicendū est) absq͛ ꝑiudicio veritatis/
magis ad illud sensu accedo: vt corpus impassibile ⁊ im
mortale: quātum scꝫ ꝑtinet ad sanctificationē sacri tradi
disse dicatur. Et infra. Si enī h̄ potuit vt ipse seipm ma/
nibus gestaret: ⁊ discipulis sine corruptione sui se edens
dum distribueret: ⁊ tn̄ ipse q̄ dedit ⁊ q̄ dabat͛: qui portas
uit ⁊ q̄ portabat͛ idem esset: q̄d mirū est si dicit͛: ꝙ ipse in
eo ꝙ dabat mortalis fuit: ⁊ in eo ꝙ dabat͛ imortalis fuit
⁊ tn̄ ipse q̄ mortalis dabat: ⁊ qui imortalis dabat͛ nō duo
sed vnus fuit ipse. Quō enī imortalis nō dabat͛ q̄ inuisi
biliter sumebat͛: ⁊ incorruptibilr̄ māducabat͛. Inuisibi/
liter sumebat͛ quātum ad formā dico ꝓprij corporis sui:
nō quātum ad spēm sacramēti sui. Inuisibiliter enī sume
batur: qꝛ in eo qd̄ sumebat͛ qd̄ ipse erat nō videbat͛. Uisi/
bilis enī sumebatur ⁊ species panis ⁊ vini tantū videbā
tur: ideo dico inuisibiliter sumebat͛: ⁊ qd̄ erat nō videba
tur. Si ergo in eo quod dabat quod ipse erat videbatur:
⁊ in eo quod dabatur quod ipse erat: non videbatur. Et
si in eo qd̄ dabat tenebat͛ ⁊ crucifigebat͛: ⁊ in eo qd̄ da/
batur frangebat͛ ⁊ nō diuidebat͛: edebatur ⁊ nō corrū/
pebat͛. Quid miraris si in eo qd̄ dabat mortal'is dr̄: et in
eo qd̄ dabat͛ imortalis ⁊ ipassibilis ꝑdicatur. ¶ G Si
quis aūt obiicit ꝯtra hoc ꝙ ante resurrectionē dñs iesus
xp̄s corpus mortale portabat: ⁊ hoc discipulis tradidit:
qꝛ dixit. Hoc est corpus meū. ⁊ ꝑ ꝯsequēs dedit ipsis cor
pus mortalē. Rn̄det hugo. Hoc ipsi indubitanter profi/
temur: mortalē fuisse dñm iesum s̄m humanitateꝫ suscē/
ptam: qꝛ si mortalem fuisse nō crederemus: mortuuꝫ ne
garemus. Humana ḡ natura in xp̄o mortalis fuit: sed vo
luntate/nō necessitate: ex eo enī quo ꝑ grām ab oī pctō
mūda/verbo dei in vnitatē ꝑsone iuncta est: ab oī mortꝭ
necessitate ⁊ debito libera facta est: vt nihil mori debe/
ret pro eo ꝙ pctī nihil haberet. Sustinuit tn̄ spōte mor/
talitatem: qꝛ mortē sustinere volebat. Si ergo spōte mor
talitatem portauit/quousq͛ mortē gustaret: ⁊ ita morta/
litatem deponeret. Quia ḡ voluntate nō necessitate mor
talis fuit: ipsius mortalitatis ꝓprietatē/s̄m ꝙ ordo ⁊ ra
tio tēporis postulabat: prīusq͛ eā per mortē exueret totā
aliqn̄ ex parte qn̄ voluit deposuit: ⁊ rursum qn̄ voluit re
cepit: vt in hocipso ꝓbaret qꝛ inquātum eaꝫ sustinuit: ex
necessitate nō esset: qui sic ꝓ potestate inquātum voluit
eam nō habere sustinere oīno nō posset. Legit͛ in euāge
lio ꝙ dñs iesus xp̄s cum verbū vite ꝑdicaret: ⁊ ad vitam
mortales ⁊ morituros inuitaret/zelātes ⁊ inuidi hostes
quē rōne cōuincere nō poterant: furore extinguere vole
bant. Itaq͛ quasi in eū qui nihil amplius mortale habe
ret: manus iniecerūt: ⁊ duxerūt in supciliū montis vt eū
inde ꝑcipitarent. Ipse aūt vt ostenderet se quidē morta
lem esse: sustinuit vt teneretur: ⁊ vt iterū demonstraret
quia voluntate nō necessitate mortalitatem ⁊ passibilita
tem ferebat: non sustinuit vt ꝑcipitaretur. Cum enī esset

ducendus teneri se patienter tolerabat. Cum autez esset ꝓcipitandus/potenter ꝑ mediū illoꝝ trāsiens ibat. Qn̄ voluit tenebat̄: quādo voluit nō tenebatur. Quātuz voluit: ⁊ qn̄ voluit naturā mortalitatis admisit: quātū aūt eam sustinere noluit: ⁊ qn̄ noluit/eandē a se pꝛātem remouit. Transiens inquit ꝑ mediū illoꝝ ibat. Nūquid putas ꝙ xp̄us luctando se de manibus inimicoꝝ subtraxerit/cū ab eis teneretur: vt trāsiens liber ꝑ mediū illorū iret. Ergo fortitudo corporis sola in eo laudanda est: nō virtus deitatis. Non ita cōuenit: sed exhibuit se qualem voluit: admittens ad se ex eo qḋ sponte portabat quātū voluit. Si ergo xp̄s mortalitatis naturā ſm dispēsatiōis rōnem diuine ꝓus ꝙ̄ eā perenniter victurus exueret: ſm tēpus aliqn̄ ex parte deposuit: ⁊ iterū cum tp̄s postulabat assumpsit: quid miruz est/si dicit̄ aliqn̄ pro cā ⁊ rōne tp̄is ſm aliquid ⁊ totā deposuisse: in qua tn̄ adhuc cū tēpus postulabat passurus fuit. Si ergo hoc esse potuit/vt ipse seipm̄ manibus gestaret: et discipulis sine corruptione sui edendū distribueret: ⁊ tn̄ ipse q̄ dedit ⁊ qui dabatur: ⁊ qui portabat ⁊ q̄ portabatur idem esset: q̄d mirum est si dr̄ ꝙ ipse in eo qḋ dabat mortalis erat: ⁊ in eo qḋ dabat̄ imortalis fuit: ⁊ tn̄ ipse qui mortalis dabat: ⁊ q̄ imortalis dabatur nō duo sed vnus fuit ipse. Hec hugo.

In quibus hoc vult in summa/ꝙ sub sacramēto corpus suum xp̄s imortale ⁊ impassibile tradidit discipulis suis: quod tn̄ adhuc passurū erat in ꝓpria specie carnis. Pro illo dicto Hugonis facit glo. suꝑ illud Mat. xvij. Transfiguratus est ante eos: dicēs. Illud corpus qḋ habuit ꝑ naturā: dedit discipulis in cena: nō mortale: nō passibile. Et super illud Leui. ij. Si oblatio tua fuerit de sartagine ⁊c. dicit glo. Carnez suā ante passionē esui nō aptam/esui aptam fecit. Constat aūt ꝙ caro passibilis non erat apta esui: ergo fecit eam impassibilem. ¶ H Sed ꝯtra hanc opinionez arguūt aliq̄. Si sacr̄m per triduū mortis xp̄i reseruatū fuisset: aut beūs petrus in triduo cōsecrasset: sequeret̄ ꝙ vnū ⁊ idem corpus simul et semel fuisset viuū ⁊ mortuū/passibile ⁊ impassibile: passibile in cruce impassibile in sacr̄o: mortuū in sepulcro: viuū in sacr̄o: et ita idem corpus in cruce fuisset vulneratum: ⁊ simul tp̄e in hostia integrum ⁊ illesum. ¶ Propter hoc est opinio alioꝝ ꝯtraria tenentiū ꝙ xp̄s dedit discipulis suis corp⁹ passibile ⁊ mortale. Unde magister dist. xi. quarti prope finē. Discipulis corpus tale dedit: quale tūc habuit: idest mortale ⁊ passibile: nūc ṽo sumitur a nobis impassibile ⁊ imortale: nec tn̄ maiorē habet efficientiā. Item Inno. Quia incredibile iudicat̄ vt ſm eandē naturā simul fuerit xp̄s mortalis ⁊ imortalis: qḋ tn̄ ei cōgruebat ſm eandem ꝑsonā: pōt salua fide cōcedi ꝙ tale corpus xp̄s tūc dedit: quale tūc habuit/mortale scz ⁊ passibile. Nūc aūt sumitur a nobis imortale ⁊ impassibile: nec tn̄ maiorem habet efficaciam/sicut nec maiorem potentiā. Et quasi respondēs motiuis Hugo subdit/ꝙ ergo passibilis edebatur: ⁊ tn̄ nō ledebat̄: nō erat humane nature: sed diuine potentie: qua valebat quicq̄d volebat oīno. Idē sentit glo. j. Coꝛ. xi. dicens. Pōt queri quale corpus discipulis suis dedit dn̄s. Et r̄ndet ꝑ verba magistri statim allegata. Dedit tale q̄le habuit ⁊c. Hoc idem tenet be. Tho. san. Bonauen. Egidi⁹ de roma/⁊ doctores cōiter. De ſ tn̄ ꝙ improbatio p̄ne opinionis tangit: an scz possibile sit vnū ⁊ idem corpus ꝓ eodem tp̄e esse simul mortuū et viuū: animatū ⁊ inanimatū: pati ⁊ habere dotem impassibilitatis: ⁊ an illa sequātur ad positionē illam p̄mā: q: innititur alijs p̄ncipijs: posterius scz lec. xlvj. ꝑtractādis ideo vsq̄ ibi differat̄/vna cū solutionib⁹ rationū hincinde adductarū. ¶ I De tertio dubio/scz vtrū xp̄s sumpsit corpus ⁊ sanguinē suū in cena. Recitat Alex. de ales parte. iiij. q. xliiij. ⁊ post eum sctūs Tho. parte. iij. q. lxxxi. duas opiniones. Nam quidā dixerūt ꝙ xp̄s in cena corpus ⁊ sanguinē suum discipulis suis tradidit: nō tamen ipse sumpsit. Non eñ aiūt/de christi factis ⁊ dictis asseri debet qḋ autoritate sacre scripture nō traditur. In euangelijs aūt non habet̄ ꝙ xp̄s corpus suū manducauerit: aut sanguinē suū biberit: ergo nō est asserendū. ¶ Item nihil est a seipso diuisum neq̄ xp̄s: sed assumptū est diuisum a sumēte: ergo. Item frustra assumpsisset: q: anima xp̄i non indiget nutritione: sacr̄m aūt corporis christi nutritio est sp̄ualis aīe. Sed hec opinio non acceptatur: q: obuiat scripture canonice sane intellecte et autoritatibus sanctoꝝ. Unde respondet̄ ad dubiuz/ꝙ christus in cena accepit corpus suū manducando: ⁊ sanguinē suum potauit p̄mo: ⁊ dehinc suis discipulis tradidit. Un̄ sicut xp̄s suscepit circūcisionē ⁊ baptismū q̄ fuere maxima sacramenta quātum ad necessitatem in vete. ⁊ no. testa. nō tn̄ suscepit necessitate purgationis: sed dispensatione nostre informationis: vt esset alijs exempluz ⁊ informatio: vt que obseruanda ab alijs institueret: ꝓus ip̄e obseruaret: ſm illḋ Act. j. Cepit iesus facere ⁊ docere. Un̄ Chrys. super Mat. xxvj. dicit: Bibit ex eo vt audiētes hoc nō dicerent: quid sanguinē bibo ⁊ carnē manduco. Ut eñ nō turbarent̄ sicut turbati fuerūt/qn̄ multi abierunt retro: prius sanguinē suū bibit. Hoc etiā innuit textus euāgelicus vbi legit̄ in Mat. Marco ⁊ Luca/ꝙ christ⁹ accepit panē ⁊ calicē: quod nō est intelligendū ꝙ accepit solum manib⁹ ad distribuendū discipulis: sed eo modo accepit quo mō accipiendū alijs tradidit. ¶ Qḋ aūt sic intelligēdum est probant sanctorū autoritates: nā Ruth. iij. dicit glo. suꝑ illud: Cunq̄ comedisset ⁊ bibisset. Comedit xp̄s ⁊ bibit cum in cena corporis et sanguinis tradidit sacr̄m apostolis: Unde q: pueri cōmunicauerūt carni ⁊ sanguini ⁊ ipse participauit eisdē. Item Leuiti. viij. super illud: Cunq̄ de sanguine arietis ⁊c. glosa Esiti. Primo sacerdos: postea filij eius sanguine vngebant̄: q: christ⁹ in cena primo sanguinem accepit: deinde discipulis suis dedit. Item alia glo. ibidē. Cū bibit ⁊ alijs bibere dedit: intelligibilem sanguinē super altare. i. corpus suū fudit. Itē ad heldibiā Hiero. et habet̄ de cōse. dist. ij. nec moyses. Nec moyses dedit vobis panē verū: sed dn̄s noster iesus ip̄e cū apostolis cōuiua ⁊ cōuiuiū: ipse comedēs ⁊ qui comedit̄. Unde de hoc etiā quidaz metrice dixit: Rex sedet in cena turba cinct⁹ duodena: Se tenet in manib⁹: se cibat ipse cib⁹. ¶ Per hoc ad primū patet/quō hec veritas in euangelio continet̄/sane ſm sanctorū expositionē intellecto. ¶ L Ad secundū dicit̄ ꝙ aliquid a se esse diuisuz pōt intelligi dupliciter. Uno mō quantū ad intrinseca. i. substantialiter: vel ſm naturā qua diuisum nō retineret naturā ⁊ substantiā eius a quo diuidit̄. Alio mō quātum ad locū aut extrinseca: ⁊ sic pōt esse diuisum a seipso: pro quanto idē pōt eē in diuersis locis: ⁊ in vno loco habere aliquid quod in alio loco nō habet. sicut dicit̄ de anima que est in pede ⁊ in corde. ⁊ habet intellectionē ⁊ volitionem in corde nō in pede: saltē nō oportet. Primo modo idē a seipso diuidi non potest: sed bene scḋo mō: q: sic idē diuidi a se nō est aliud nisi idē esse in diuersis vbi: vel habere aliq̄d in se in vno loco ⁊ eo carere in alio loco. Qḋ quō est possibile postea patebit. Ad tertium patebit statim. ¶ L Sed hic queri posset an christ⁹ sumpsisset seipsum in cena sacramentaliter vel spiritualiter. Et videt̄ ꝙ nō spiritualiter: q: manducatio spiritualis gratiā auget: ⁊ vnit manducantē christo ⁊ incorporat: sed christus est sibiipsi summe vnus: ⁊ habet gratiā inaugmentabilē ab instanti sue cōceptionis: igit̄ nō spiritualiter. Nec sacramentaliter tm̄: q: hoc est tm̄ maloꝝ. Itē sic min⁹ dedisset se sibi/ꝙ̄ discipulis quib⁹ dedit ad manducandū sacramentaliter et spiritualiter. Respōdent quidā vt recitat Alex. de ales. q. xliiij. par. iiij. membro. ij. ꝙ christ⁹ sumpsit se: ⁊ nec sacramētaliter nec spiritualiter. Unde dicūt hāc diuisionem manducationis vel sumptionis in sacramētalē ⁊ spiritualē esse manducationis mēbroꝝ ⁊ nō capitis. Cui⁹ manducatio nō erat ꝓpter alicuius defect⁹ reparationē: aut propter effectū gratie in ipso assequendū: sed vt esset

exemplū nostre māducationis. Sed hoc non placet ale
xandro: ideo rñdet ꝙ sumpsit sacramētaliter tm̄: nā sicut
baptismū suscepit sacr̄aliter tm̄ ⁊ nō rem: sic ⁊ hoc sacr̄m
ꝯfuit em̄ in xp̄o cognitio huiꝰ sacr̄i quā ꝓsupponit sacra
mentalis sumptio. Non aūt fuit spūalis manducatio: q̄
nō spūalis refectio ꝑ incorporationē: q̄ sibi incorporari
nō potuit q̄ sibi idem fuit. Incorporatio aūt distinctionē
ponit incorporati/ ⁊ eius cui fit incorporatio. Neqꝫ chari
tatis augmentatio: q̄ licet xp̄s fuit viator: fuit tm̄ ꝑfectis
simus apprehensor: ⁊ ideo ꝓficere nō poterat: nec habi
tu charitatis: nec motu feruoris. Alius autē viator quāqꝫ
ꝑfectus: si digne ⁊ spūaliter recipit hoc sacr̄m: intendit
in eo charitas motu vl' habitu. Rōne em̄ gratie vnionis
qua maiorē nō pōt habere creatura: nō potuit in xp̄o au
geri grā. Ab instāti em̄ ꝯceptionis/ tanta abundauit grā
ꝙ nulla ei potuit fieri additio: sed nec meruit sibi: licet
meruit nobis. Non ergo spūaliter māducauit: sed sacr̄a
liter tm̄: nō spūaliter ꝓpter vltimitatē sue ꝑfectionis et
sanctitatis. ¶ M Per hoc ad rōnes in contrariū. Ad
illam q̄ arguit ꝙ manducatio sacramētalis est tm̄ malo
rū/ hoc negeť: qm̄ nō tm̄ malicia sumētis est cā sacramē
talis sumptionis: sed quāqꝫ ꝑfectio gratie ſm vltimitatē
ꝑfectionis. Vñ ratio sacramentalis sumptionis tm̄ est:
q̄ sumens non est capax spūalis effectus huiꝰ sacr̄i. Hoc
aūt pōt ꝯtingere duplici de causa: aut ꝓpter maliciā su
mentis: ⁊ hoc idignitatis est: vt in peccatoribus: aut ꝓpter
plenitudinē grē: ⁊ hoc ꝑfectionis est: ⁊ in solo xp̄o fuit.
¶ Ad aliud patet ꝙ nō minꝰ dedit sibi q̄ discipulis quā
tum ad veritatem pmi ꝯtenti in sacr̄o/ scꝫ corporis ⁊ san
guinis sui: nec quātum ad grām ⁊ charitatem: quā licet
tūc nō recepit: tm̄ eam ꝓus in summo habuit: ita ꝙ maio
rem ſm ordinatā dei potentiā hr̄e nō potuit. ¶ Addit tm̄
Alex. quēdam modū ſm quē saluari posset xp̄m sacramē
taliter māducasse/ di. Vel pōt dici ꝙ in spūali māducatio
ne sunt plura instar modificationis corporalis/ scꝫ deli
beratio/ delectatio/ assimilatio/ vnio seu incorporatio.
Quātum ad duo pma/ scꝫ deliberationē ⁊ delectationē
māducauit se: q̄ plene deliberauit ⁊ considerauit q̄d su
mebat ⁊ quātum erat ⁊ quale. Plenā etiā ibi habuit de
lectationē. Quāto em̄ magis cognoscebat totā virtutē
mysterij ⁊ melius dispositus erat: tāto magis delectabi
liter sumpsit. Quātum ad alia duo/ nō māducauit se: vt
patet ex premissis. ¶ Lectio. xxxviij. A

Hoc est enim corpus

meū. ¶ Premissa huiꝰ sacramēti institutio
ne quātum ad t̄ps ⁊ materiā/ modū/ finē
⁊ rōnē motiuā facta a xp̄o: subdit verbo
forma q̄bus ꝑficitur ipsa ꝯsecratio. Quāuis em̄ (vt. s̄. di
ctum est) xp̄s dñs dei patris naturalis filius eidē cōsub
stantialis natura/ equalis virtute ⁊ potentia/ sua diuina
ptāte panē in corpus suū cōuertere potuit absqꝫ verbo
quorūlibet ꝓlatione/ sola sua qua celū ⁊ terrā creauit ⁊
vniuersa de nihilo oīpotēti volūtate: vsus tm̄ est paucis
certisqꝫ verbis: q̄bus panē in corpus suū trāssubstantia
uit. Perfecturꝰ em̄ hoc sacr̄m ait ꝯcenantibus aplis. Ac
cipite ⁊ comedite: hoc est corpus meū. Nec solus ipse his
verbis vti voluit in sua ꝑsonali ꝯsecratione: verū ⁊ apo
stolos/ q̄bus se p̄inū dedit in cibū: nec tm̄ aplos: sed oēs
eo in sacerdotio legitimos successores rite ab ecc̄lia or
dinatos prout supra lec. ij. ⁊ vj. latius est ꝓbatum. His
ergo verbis cōtulit dñs vim cōsecratiuā eucharistie. De
quo paschasius in quodā trac. de sacr̄o sic ait. Nulli du
biū ꝙ sicut qñ in noīe patris ⁊ filij ⁊ spūssancti/ ter mer
gimur in fonte vtiqꝫ baptizamur: nō in virtute ⁊ ptāte il
lius qui hoc dicit: sed in virtute xp̄i q̄ hoc p̄cepit/ dicens.
Ite docete oēs gentes/ baptizantes eos in noīe ⁊c. Sic
⁊ hoc sacr̄m nō meritis/ nō verbis humanis: idest in ꝑso
na hoīs ꝓlatis: sed ꝓculdubio diuinis efficitur ⁊ ꝯsecra
tur mādatis. Idcirco estimandū nō est ꝙ alteris verbis:
ꝙ vllis meritis: ꝙ potestate alicuius ista fiant: sꝫ verbo
vtiqꝫ creatoris. Et post modicū. Propterea veniendum
est ad verba xp̄i: ⁊ credendū ꝙ in eisdem verbis id confi
ciatur. Reliqua oīa que sacerdos dicit: aut clerus canit/
nihil aliud q̄ laudes ⁊ gratiarū actiones sunt: aut certe
obsecrationes: fideliū postulationes ⁊ petitiones. Ver
ba aūt xp̄i sicut diuina sunt: ita ⁊ efficacia: vt hoc scꝫ pro
ueniat: q̄d iubet. Celum inquit xp̄s ⁊ terra trāsibūt: ver
ba autē mea nō transibūt: sed faciēt oīa ad q̄ missa sunt.
Cum igitur dixit xp̄s. Accipite ⁊ manducate ex hoc oēs:
hoc est corpus meū. ilico ibi cōparuit corpus suū. Et sub
dit paschasiꝰ. Sane forte putares ꝙ de illo solo vno pa
ne: ⁊ in illa hora hoc esse iusserit. Ad q̄d tollendum ad
iungit. Hoc facite in meā cōmemorationem. Unde faten
dum ꝙ quicquid illud fuit quod apli a christo percepe
runt: hoc totū est istud q̄d sacerdotes ⁊ fideles ꝑcipiūt.
Et si velis audire quid est. Hoc est inquit corpus meū:
q̄d pro vobis tradetur. In hoc ergo verbo creatur illud
corpus: quia diuinū verbum est ⁊ omni potentia plenū
est. Et v̄o dicit: hoc est corpus meū q̄d pro vobis tradeť:
crede o fili q̄ ita est: qm̄ ipse dixit ⁊ factū dubitare non
potes. Ipse mandauit ⁊ creatū est. Preceptum ergo po
suit: in meā cōmemorationē hoc facite: ⁊ ideo quotiens
cūqꝫ fit catholice: vere hoc fit q̄d dictū est: hoc est corpꝰ
meū. ¶ Ex quibꝰ verbis paschasij satis habetur/ ꝙ his
verbis christi: hoc est corpus meū: corpus xp̄i consecra
tur. Hoc ipsum expresse dicit Ambro. de cōsc. dist. ij. Pa
nis est in altari. Ubi inquit/ sacr̄m cōficitur: iam nō suis
sermonibus sacerdos: sed sermonibus vtitur christi: er
go sermone xp̄i conficit sacramentū. Accipe que sunt ver
ba christi. Accipite ⁊ manducate/ hoc est corpus meum.
Idem Innocen. in. c. Cum marthe. de cele. missa. Forma
ait/ verbo qua xp̄s vsus est/ cū panem ⁊ vinū in corpꝰ
et sanguinē transsubstantiauit: est que ponitur in cano
ne misse: qua vniuersalis vtitur ecclesia: quā apostoli ac
ceperunt a xp̄o: ⁊ ab ipsis eorum acceperūt successores.
¶ B Sed pro intellectu dicendo de forma huius sa
cramenti/ notandum ꝙ ꝓprie loquendo refert loqui de
forma huius sacramēti: ⁊ de forma cōsecrationis huiꝰ sa
cramenti: q̄d singulare est in hoc sacramēto. Siquidem
ſm sco. q. ſ. dist. viij. lib. iiij. oīa alia sacramēta cōsistunt so
lum in vsu quodā ⁊ in fieri: ita ꝙ idem ibi est sacramētū/
⁊ ꝑceptio sacramēti: sicut idem est baptismus/ ⁊ ꝑceptio
baptismi. Non em̄ baptismus est aqua: aut confirmatio
chrisma. Sed hic est lotio facta in aqua cum certa verbo
rum forma: ⁊ hec est vnctio hoīs in fronte facta a ponti
fice sub forma verbo debita. Nec in his ꝑmanet sacra
mentū transeūte vsu seu tali ꝑceptione aut actu. Sacra
mentū v̄o eucharistie est quoddā permanēs etiam ante
vsum eius: qui cōsistit in eius sumptione: ⁊ hoc cōgruū
erat: quia christus ꝑmanenter voluit esse nobiscū: ergo
in aliquo signo ꝑmanente/ cuiusmodi signū est sacramē
tum istud. Habet ergo sacramentū eucharistie esse ꝑma
nens ⁊ nō successiuū. Est em̄ sacramentū eucharistie spe
cies panis ⁊ vini/ corpus ⁊ sanguinē xp̄i cōtinentes: vel
etiam ip̄m corpus xp̄i ſm certā sacramēti acceptionē: et
tam species cōtinentes/ q̄ corpus xp̄i contentū res sunt
ꝑmanentes. Rei aūt ꝑmanentis forma esse nō potest q̄d
successiuū: cū res habens formā non possit esse sine for
ma: ꝑmanens aūt manet: successiuū v̄o nō: quia eius esse
cōsistit in quodā fieri. Et q̄ verba nō possunt esse nisi in
quadā successiōe ꝓlatiōis/ saltem vocalis/ de q̄bus nūc
est sermo: io manifestū est ꝙ nō possunt esse forma sacra
menti eucharistie: alioq̄n cessantibꝰ v̄bis/ nō esset sacra
mentū eucharistie. Q̄d dicere foret hereticū: imo cessan
tibus verbis cōsecrationis/ incipit esse sacramentum eu
charistie. Desinūt em̄ verba per primū nō esse: ⁊ primum
nō esse verbo/ est primū instans eucharistie. Unde patꝫ
ꝙ nō sunt simul verba cōsecrationis eucharistie ⁊ sacra
mentū eucharistie. Cōsecratio aūt huius sacramēti: que

Math. xxvj. Marci xiiij. Luc. xxij.

est quedā via ad sacramentū: est res successiua cōsistens in fieri: ⁊ ita requirit certā formā verboꝝ: q̄ dici possunt verba sacramētalia ꝺm Scotū lib.iiij.dis.viij.q.j. Verba vtiqꝫ sunt forma cōsecrationis sacri: nō forma sacramenti: q: pertinent nō ad esse sacramēti: sed ad fieri sacramēti ꝑtinent aūt ad esse ꝯsecrationis/ qꝺ consistit in fieri: vt dictū est. Alioꝝ aūt sacramentoꝝ forme sunt verba: quia alia sacra nō sunt nisi in fieri sicut ⁊ ipsa vba. ¶ E Si queris ergo q̄ est forma sacramenti eucharistie: pōt dici ꝺm doctorē supradictū/ ꝙ in sacramēto eucharistie non est aliquid tanq̄ materia: ⁊ aliud tanq̄ forma sicut in sacramētis ceteris. Cuius ratio est: q: istud sacrm̄ est ꝑmanens: ⁊ ideo (vt dictum est) nō possunt aliqua verba ad eius essentiam ꝑtinere. In quocūqꝫ em̄ sacramēto distinguūtur materia ⁊ forma. Signuz visibile ꝺ: esse materia verba vo forma. In isto aūt sacro sole spēs panis et vini sunt sacrm̄: que sunt forme quedā accidētales sine materia: vt infra dicetur: quarū nō est alia forma. ¶ Si dicis/ species ille nō sunt sacramentū nisi inquātum sunt signa rei sacramētalis: nō habent ergo esse sacrm̄ ex eo ꝙ spēs panis ⁊ vini sunt: sed ex repn̄tatione rei contente: igiẜ saltem significatio erit forma sacramenti: que dat esse sacramento. Rn̄deo breuiter ꝙ in sacro eucharistie. i. in eo ꝙ est sacramentū tm̄ ⁊ nō res: nō est aliqua realitas preter species illas sensibiles. Neqꝫ repn̄tatio aut significatio addit aliquā rem speciebus q̄ sit aliquid sacri. Sed q: sacramentū nō est terminꝰ absolutus sed cōnotatiuꝰ: ideo supponit pro speciebꝰ panis ⁊ vini: cōnotando institutionē/ qua institute sunt a xp̄o ad efficaciter significandā rem ꝯtentam: sed illa institutio vel est xp̄s instituens: vel spēs institute: aut vtrūqꝫ simul. Et nihil dicit distinctū a speciebus qꝺ sit aliq̄d sacramēti: nisi quis diceret ꝙ sacramentū diceret relationē vel respectū superadditum: quē nō opinor esse ponendū. Quotiēs ergo dicūtur verba esse forma sacri eucharistie: intelligendū est ꝙ verba certa sint forma ꝯsecrationis eucharistie: ⁊ ita consequēter loquēdum erit de forma. ¶ D Quia aūt inter cetera diuine pietatis beneficia humane saluti prestita: institutio huiꝰ sacramēti mirabilis excedensqꝫ humanaz intelligentiā predicatur: ꝺm illud ꝓphete. Memoriā fecit mirabiliū suoꝝ misericors ⁊ miserator dn̄s: escam dedit timentibus se. Sūt quoqꝫ in eo nōnulla cursui nature cōtraria/ ac intellectui difficillima: ideo ꝓsupposita fide certissima/ absqꝫ temeritate scrutandi diuinā tremendāqꝫ maiestatē cum oī humilitate ⁊ timore ex doctoribꝰ orthodoxis querēdum nobis est ⁊ laborandū/ si ad aliqualem creditoꝝ intelligentiā ꝑtingere valeamus: quatenus innotescat quid vere: quid pie: q̄d sobrie: de ħ mirifico ac mirabili sacramēto asseri: quidve negari: quid deniqꝫ veritatē fidei impugnātibus possit catholice responderi. Diuino ergo cōfisus auxilio: vt in dicendis vitetur cōfusio: hoc ordine statui ꝓcedendum. Ut in ꝯsecratione forme quattuor principaliter inquiranẜ. Primo de forme integritate. Scḋo de forme efficacia ⁊ virtute. Tertio de forme veritate. Quarto de cōuenienti dictoꝝ expressione. ¶ Circa primū inuestigabiẜ que ⁊ quot verba sint de forme consecrationis essentia. Scḋo an in illa forma ad cōsecrandū sufficiat si ꝑtermitterenẜ verba canonis p̄cedentia ⁊ sequentia. Tertio vtrum ꝓpter mutationē quorūdam verboꝝ forme impediaẜ cōsecrationis efficacia. ¶ Circa scḋm ꝑncipale tractabiẜ q̄s effectus sequitur ad ꝓlationē debitā forme. ¶ E Et qm̄ ꝺm oēs catholicos tractatores ibi incipit esse corpus xp̄i: qꝺ cōsiderari pōt ꝺm habitudinē oīm predicamentoꝝ: q: viris scholasticis loquor: placuit ꝺm ordinē eoꝝ inquirere mirabilia dei in hoc sacramēto. ¶ Quātum ad p̄dicamentum substātie: vtrū ibi sit verū ⁊ substātiale corpus xp̄i. Qua substātiali mutatione inceperit esse corpus xp̄i in sacramēto. Quid etiā in quid cōuertatur. Que substantia maneat: q̄ desinat. Et an desinens annihileẜ. ¶ Quātum ad predicamentū quantitatis: vtrum corpus christi sit quātum in sacro ꝺm ꝓprias dimensiones quas habet in celo. Utrū habeat positionē situs in loco. Utrū totus in toto sacramēto: ⁊ totus in qualibet parte/ cuz ceteris etiā p̄dicamentū situs concernentibus: pro eo ꝙ vtraqꝫ p̄dicamenta quātitatis ⁊ situs positionē respiciūt: illud in toto: istud in loco. ¶ Quātum ad p̄dicamentū relationis. Utrū accidentia panis ⁊ vini manentes afficiant corpus xp̄i. Utrum inhesiue sint in aliquo subiecto: aut stent ꝑ se sine subiecto. ¶ Quantū ad p̄dicamentū qualitatis. Utrū oēs ꝓprietates ⁊ qualitates naturaẜ corpori xp̄i inexistentes in celo/ insint sibi in sacro. ¶ Quātum ad p̄dicamentum actionis. Utrū oīs actio sibi cōueniens in loco in quo est circūscriptiue possit sibi cōuenire in sacro. ¶ Quātum ad p̄dicamentū passiōis. Utrum corpus xp̄i in sacramēto possit a causa naturali trāsmutari. ¶ Quātum ad p̄dicamentū habitus: quia de p̄dicamento situs vt supra/ videndum erit cum predicamento quantitatis. Utrū in sacramento corpus christi sit ornatū dotibus glorie. Item an sit ab oculo corporali vel intelligibili vt in sacro visibile. ¶ Quātum ad p̄dicamentum vbi. Utrū localiter descendat de celo vt esse incipiat in sacramento. Utrum sibi vt in sacramento possit inesse motus localis. Utrū sit in sacramento circūscriptiue vel diffinitiue. Utrū simul ⁊ semel esse possit in diuersis vbi. ¶ Quātum ad p̄dicamentū quādo: quando incipit esse in sacramento. Utrum corpus xp̄i ⁊ substantia panis ꝑ aliquo instanti sint simul. Quando desinat esse sub speciebus sacramēti. ¶ Ad finē secūdi ꝑncipalis. An respectu corporis xp̄i/ ⁊ eius p̄sentie in sacramento/ verba cōsecrationis formā integrantia/ habeant aliquā virtutem effectiuā naturalem vel supernaturalem. ¶ Circa tertium ꝑncipale tractabiẜ/ quō forma sit oratio in se vera. Quid demonstrat ꝓnomen hoc. Et de singulis dictionibus in ea positis/ est/ corpus/ meū: qua cōgruentia ibi dicātur. ¶ Circa quartū ꝑncipale quō loquēduz sit: vt cōuersio panis in corpus xp̄i/ ⁊ cetera apte exprimanẜ: an perverbum est vel fuit aut erit. Item an ꝑ prepositionē ex/ vel prepositionē de/ vel in/ aut aliam. Et qm̄ ex oīm p̄dictoꝝ inuestigatione patebit in sacro verū corpꝰ christi existere. Utrum vt ibi/ sit adorandū latria adoratione. ¶ De his omnibꝰ ⁊ alijs eis adherentibꝰ tenendū est inuestigare priusq̄ ad sequētia textus procedaẜ. Ad hoꝝ tm̄ executionem me noui inidoneū penitus ⁊ obtusum: ⁊ nisi diuina preueniat gratia: in executione deficientē. Idcirco p̄tes humanissimi/ dn̄i ac fratres deuoti orationuz vestrarum supplicia imploro suffragia: quatenꝰ diuine sapientie se nobis peccatoribꝰ in hoc sacramento benignissime offerentis ducatu fretus/ vera inueniā: inuēta quoqꝫ sermonibus cōgruis clare intelligibiliterqꝫ merear doctrinare amen. ¶ F Quātum ad primū intelligendū est/ ꝙ forme cōsecrationis eucharistie integritas poniẜ cōstitui ex his quattuor verbis xp̄i: scꝫ ꝓnoie hoc/ verbo est/ nomie corpus/ ⁊ ꝓnoie meū. Nam sicut in ceteris sacris forme illud significāt qꝺ efficiūt: vt exemplicā. Forma baptismi interiorē purgationē aie: forma pn̄ie/ absolutionem a pctis: per hec verba baptizo/ absoluo: ita ⁊ hec forma significat corpus xp̄i: qꝺ ad verboꝝ ꝓlationē p̄sentialiter exhibeẜ. Sacerdos em̄ ꝓferens hec verba/ debita cū intentione: ⁊ sup debitā materiā vere cōficit hoc diuinissimū sacrm̄. Et licet hec vera tm̄ sint de necessitate sacri: vt infra docebiẜ: sunt tm̄ cetera v̓ba canonis de necessitate ministri: vt rite ⁊ legitime cōsecrationē ꝑficiat. Quilibet em̄ sacerdos celebrans ordinationi scṫoꝝ patrum et eccl̄ie se teneẜ ꝯformare. Hec forme cōsecrationis cōiunctionē (em̄) inseruit rōnabili ex causa vt diceẜ: q̄ ceteris quattuor cōnumerata dici solent q̄nqꝫ esse cōsecrationis verba. Qꝺ nō vacat a mysterio: sic em̄ q̄nqꝫ verbis corpꝰ xp̄i ꝯsecratur in sacro: qꝺ totidem verbis concipiebatur in virginis vtero: ipsa nāqꝫ angelo salutanti/ cōsentiens

te ⁊ dicente. Fiat mihi ẜm verbū tuū. incarnatum est pa
Luce.j. tris verbū. Peccatoꝝ etiā (que huius sacramenti digna
perceptione delentur) publicanus veniam meruit q̄nq̄
verboꝝ oratione/cuꝫ pcutiens pectus suū orauit/dicēs.
Lu.xviij Deus ꝓpitius esto mihi pctōri. Simil̄r q̄nq̄ verbis cri
mina paralytico relaxauit/dicēs. Fili remittūtur tibi pec
Mat.ix cata tua. Paradisus quoq̄ ad quāz christi corpus tanq̄
viaticū ducit: q̄nq̄ verbis latroni promittitur: dicente in
Lu.xxiij cruce dn̄o. Hodie mecū eris i paradiso. ¶ Q̄ð ergo hec
verba/hoc est corpus meū/integrent formā consecratio
nis eius tanq̄ essentialia forme sic pōt ostendi. Hec ver
ba integrant formā cōsecrationis q̄bus xp̄s consecrauit
corpus suū ⁊ sanguinē: his aūt verbis christus ꝯsecrauit
ergo. Maior videt̄ manifesta: q: ad hoc solū verbis xp̄s
consecrauit: vt nobis formā id faciendi traderet: alioqn
sola voluntate panē ⁊ vinū in suū corpus et sanguinem
cōuertere potuisset. Minor declarata est lectione proxi
ma. Item forma debet esse cōueniens in significando sa
cramētali signo: sacrm̄ aūt eucharistie significat p̄sentiā
corporis xp̄i: nō in vsu: sed in esse ꝑmanēti. Hoc aūt signi
ficant hec verba: hoc est corpus meū: ⁊ nulla alia a xp̄o
in ministratione huiꝰ sacri dicta: aut in canone misse scri
pta: igitur ipsa sunt ꝯsecrationis forma. ¶ G In hoc
etiā differt hec forma a formis alioꝝ sacroꝝ: nā q: cetera
sacramēta ꝯsistunt in vsu quodā: forme ceteroꝝ sacroꝝ
importent vsum materie: puta actū baptizandi vel confi
gnandi chrismate vel abluendi: ⁊ ideo ꝓferūtur in ꝑsona
ministri exercentis hm̄oi actus. sicut dr̄. Ego te baptizo.
Ego te cōfirmo. Vel ministri imperantis: vt in sacro or
dinis. Accipe ptātem. Vel ministri deprecantis: sicut in
sacro extreme vnctionis. Per istā vnctionē ⁊ suam piissi
mā misericordiā indulgeat tibi ⁊c. Hoc autē sacrm̄ tanq̄
res permanens nō cōsistit in vsu: licet ordinetur ad vsuꝫ
ideo eius forma nō debet exp̄mere aliquē actū: sed existē
tiam rei ꝑmanētis. Nec debet ꝓferri in ꝑsona ministri: sꝫ
ex ꝑsona ipsius xp̄i loquētis: vt detur itelligi q̄ minister
in ꝑfectiōe huius sacri nihil agit/nisi q̄ ꝓfert verba xp̄i.
Ostendit̄ hanc etiā esse formā/hoc est corpus meū: san
ctoꝝ patrum autoritatibus. Nam eusebius emissenus: vt
habet̄ de ꝯse. dist. ij. Quia corpus. ait. Inuisibilis sacer
dos visibiles creaturas in substantiā corporis ⁊ sangui
nis sui verbo suo secreta potestate cōuertit: ita dicēs. Ac
cipite ⁊ comedite: hoc est corpus meū. Et sanctificatiōe
repetita. Accipite ⁊ bibite ait: hic est sanguis meꝰ. ¶ Itē
ambro. libro de sacra. vt hr̄. de ꝯse. dist. ij. Panis est in al
tari. inquit. Cōsecratio aūt q̄bus verbis: ⁊ cuius sermo
nibus est dn̄i iesu. Et sequit̄. Vbi aūt sacrificiū conficit̄:
iam nō suis sermonibus sacerdos: sed vtitur sermonibꝰ
christi: q̄ sermonibus xp̄i cōficitur hoc sacrm̄. Et sequitur
Accipe que sunt verba xp̄i. Dicit sacerdos. Qui pridie q̄
pateretur. Accepit inquit in sanctis manibus panē. An
teq̄ cōsecraretur panis est: vbi aūt verba xp̄i accesserūt:
corpus christi est. Audi dicentē: accipite ⁊ comedite ex h
oēs: hoc est eñ corpus meū. Ad idem loquit̄ Ambro. in
eodem libro de sacra. ⁊ habet̄ dist. qua supra. Reuera. ꝓ
pe finē. Ipse clamat dn̄s iesus: hoc est corpus meū. Ante
benedictionē verboꝝ celestiū alia spēs nominatur: post
cōsecrationē corpus signatur. Simile dr̄: lib. iiij. de sacra.
⁊ habet̄ in ca. In calice. eadem dist. Itē btūs Aug. in ca.
Utrū sub figura. eadē dist. Credendū est inq̄t/q̄ in ver
bis xp̄i sacra cōficiantur. Cuius enim potentia creantur
p̄mus: eius vtiq̄ vbo ad melius procreant̄. Reliqua oīa
q̄ sacerdos dicit: aut clerus chori canit: nihil aliud q̄ lau
des aut gratiarū actiones sunt: aut certe obsecrationes
⁊ fideliū petitiones. Unde ⁊ sacerdos dicit ꝑ⁹us euāgeli
ste verba assumēs. Qui pridie q̄ pateretur. In hoc ergo
creatur illud corpus. Hec Augu. Item magr̄ dis. viij. iiij.
lib. snīarum. Cū ꝓferūtur hec verba: hoc est corpꝰ meū.
hic est sanguis meus. cōuersio fit panis ⁊ vini in substā
tiam corporis ⁊ sanguinis xp̄i. Reliqua ad laudē dei di

cūtur. Ad hoc faciūt verba paschasij ⁊ alioꝝ in p̄ncipio
huius lectionis allegata. Ex his satis patet q̄ forma hu
ius ꝯsecrationis est verba xp̄i illa que dicta sunt. Hoc est
corpus meū. ¶ H Sed diceres: xp̄s in cena discipulis
ait. Accipite ⁊ comedite: hoc est corpus meū. Si ḡ in ver
bis xp̄i fit consecratio: ad formā ꝑtinent etiam illa verba
xp̄i: accipite ⁊ comedite. Et per ꝯsequēs forma nō est so
lum hec quattuor verba: hoc est corpus meū. Et ad hoc
videntur sonare autoritates suprascripte Eusebij ⁊ am
brosij. Respōdet alex. de ales: ⁊ post eum sctūs Tho. q̄
solum hec quattuor verba sunt essentialia forme: hoc est
corpus meū. ⁊ nō illa: accipite ⁊ comedite. Cuius rō est:
q: per formā exp̄mi debet aliqð ꝑfectū vel faciendū cir
ca materiā consecrandā vel transsubstantiandā in corpꝰ
xp̄i: per ista aūt verba: accipite ⁊ comedite/nō exp̄mit̄
aliquid ꝑtinens ad ꝯsecrandū: nec ad ꝯsecrationē ipsam
vt ꝑfectam: sed respiciūt vsum sacri qui nō est de necessi
tate sacri: ⁊ sequit̄ ꝑfectionē seu cōuersionē. Significant
eñ q̄ sumi debet sacrm̄: q̄ sumptio presupponit trāssub
stantiationē iam ꝑfectā: ⁊ ita ꝑ hec verba. Hoc est corpꝰ
meū. exp̄mit̄ tota ꝑfectio huiꝰ sacri: scꝫ p̄sentia veri cor
poris xp̄i q̄ est de essentia sacri: ⁊ sufficit etiā sine vsu eiꝰ.
Q̄ð aūt addūtur illa: accipite ⁊ comedite: ab eusebio et
ambrosio dr̄: q̄ q̄nq̄ addūtur q̄nq̄ nō: vt pꝫ in diuersis
autoritatibus. Quādo aūt addunt̄ siue a sctis siue in ca
none: nō addunt̄ tanq̄ sint essentialiter de forma cui vir
tus trāssubstantiandi data est: sed q: illis exp̄mit̄ q̄ ꝓ
pter hoc fit ꝯsecratio hm̄oi sacri: vt id qð ꝯsecrat̄ sumat̄
in vsum .i. in cibum fideliū. Ipsa eñ ꝯsecratio nō est sim
pliciter finis consecrantis: sed potius vsus fidelium: ad
hoc eñ ꝯsecratur corpus ⁊ sanguis: vt fideles eoꝝ vtan
tur manducando: ⁊ māducātes capiti ⁊ mēbris fortius
vniantur: qð insinuare volentes addūt forme. Accipite
⁊ comedite. Pōt etiā dici q̄ aliqua dupl̄r dicunt̄ esse de
forma: vel q: eis data est virtus trāssubstantiandi: ⁊ illa
sunt essentialia ⁊ de necessitate forme: vel illa q̄ non sunt
solū essentialia: sed p̄cipiūt vsum sacri: ⁊ sic verba: Acci
pite ⁊ comedite/sunt de forma. Hec de p̄mo. ¶ I Quā
tum ad scd̄m/est dubiū. vtrū p̄termissis verbis p̄cedenti
bus: Qui pridie q̄ pateret̄/cū aliis q̄ sequūtur ꝑ hec so
la: hoc est corpus meū/fieret ꝯsecratio. Hic scо. videt̄ de
clinare ad partē negatiuā: q: verba sacralia ex vi verbo
rū debēt significare illud qð efficiūt in sacro: sꝫ q: ex i cō
secrationis efficitur q̄ ibi vere incipit esse corpus xp̄i: er
go hec verba debēt significare corpus xp̄i ibi contineri.
Prefata aūt verba: hoc est corpus meū/ꝓlata a sacerdo
te sine aliis p̄cedentibus adiunctis: nō significant corpꝰ
christi: sed significant magis corpus sacerdotis ꝓferen
tis: quia per meū/corpus restringitur ad corpus loquē
tis. Unde licet minister possit intendere loqui velle in ꝑ
sona christi: cum dicit. Hoc est corpus meum: non tamen
ꝓpter hoc/significatum terminoꝝ illoꝝ esset q̄ (meum
corpus) ex vi verboꝝ importaret corpus christi: sed cor
pus proferentis: sicut si ego dicerem: doctrina mea non
est mea. Sed si dicerē: christus dixit doctrina mea nō est
mea: sed eius qui misit me patris. Iam significo q̄ hec
doctrina nō est mea/sed christi rōne eius qð premittitur
christus dixit. Q̄ð si non p̄mitteretur nō significatur do
ctrina eē alterius/q̄ hec vba loquētis. Meū eñ quātū
ad possessorē/demōstrat p̄mā ꝑsonā: q̄ est ꝑsona loquē
tis. Si vo loquēs nō in sua/sed alterius ꝑsona loquitur:
hoc designari opꝫ ꝑ aliqua verba adiūcta: alioqn ẜm ꝓ
prietatē sermonis import̄ ꝑsona loquēs: sicut in ꝓpo
sito. Nisi p̄mittant̄ verba q̄bus significet̄ q̄ sacerdos il
la verba: Hoc est corpus meū/ꝓferat in ꝑsona xp̄i: de vi
verboꝝ denotat̄ corpus sacerdotis: in qua significatiōe
manifestū est nō fieri ꝯsecrationē. Addit etiā scotꝰ: q̄ nō
est intelligendū q̄ ex necessitate ⁊ essential̄r sint ꝑtinētia
ad ꝯsecrationē: sꝫ necessario sunt ꝯmittēda: ⁊ nō solū illa
sed plura p̄cedentia in canone. Illa videlꝫ q̄ ad h faciūt

vt ex vi sermonis haberi possit: q hec verba: hoc est corpus meū/ pferant a sacerdote in psona christi. vn̄ dicit. Nō sine causa ecclesia ita cōnexuit totū canonē misse/ q ab illo loco: Cōicantes/ vsq ad illū locū: Supplices te rogamus. nō est aliq̄ oratio q̄ nō cōnectat cū pcedente/ vel p cōiunctionē: sicut Hāc igit. vel p pnome infinitū: vt Quā oblationē tu deꝰ. ⁊ Qui pridie q̄ pateretur. Et post cōsecrationē. Supra q̄ ppitio. Uel per relationē: vt ibi. Sīlī modo postq̄. ¶ L Sed hec opinio nō videt satis fundata: ⁊ vbis scto꞉ ſ. allegatis cōtraria: q̄bus dr q oia vba/ reliqua scz pter vba christi nihil aliud q̄ laudes sunt ⁊c. Ideo dicūt alij q ad cōsecrationē sufficiant minister idoneus/ intētio debita/ forma instituta ⁊ materia req̄sita. Forma autē a christo instituta hec est: hoc est corpus meū. Qua si vtit sacerdos cū debita intētione super materia cōueniēte/ vtiq videt cōsecrare/ oibus alijs circūscriptis. Cōsequēter dicūt/ q ad formā cōsecratiōis nō requirit q ipsa significet illud qđ ptinet in sacro: seu qđ efficit per sacramētū vel p cōsecrationē: ⁊ h̄ ex ordine et serie verbo꞉ ipsiꝰ. Sed sufficit q forma h̄ significet ex ordinatiōe christi/ ⁊ intētione ministri vtētis hac forma. Ordinauit autē christꝰ instituēs hāc formā/ q quotiens sacerdos ipsa vtitur sup debita materia: totiens vult assistere ⁊ efficere qđ significat. Pōt autē sacerdos ex intentione loq̄ velle ex psona christi/ cū dicit: h̄ est corpꝰ meū: sine quibuscūq alijs. Sufficit ergo q p̄dicta vba significēt id qđ efficit ex intētione ministri pferētis: q̄uis id nō significēt ex ppietate sermonis. Et preterea arguit Durādus. Si oporteret vba cōsecrationis ex serie precedentiū verbo꞉ significare corpus christi hic cōtineri: tunc non fieret cōsecratio solum per hec quattuor vba: hoc est corpus meū/ alijs nō p̄missis. Sed eadē rōne nō fieret etiaz alijs verbis pretermissis vel non premissis. Qđ patet: qr verba precedētia recitant vt plata a christo/ scz accipite ⁊ mādeucate ⁊c. Constat aūt q per hāc seriē verboruz nō significat q corpus christi sit psens sub his speciebꝰ panis ⁊ vini quas tenet sacerdos in altari: sed solū sub speciebꝰ panis/ quas accepit christꝰ in vltima cena ⁊ bn̄dixit ergo p illa vba nō esset p̄sens corpus christi speciebꝰ panis exsistētibꝰ in altari: qđ est simpliciter erroneū. Sufficit igit dicit Durādus: q vt dictū est: forma cōsecratiōis significet corpꝰ christi vt p̄sens speciebꝰ/ quas tenet minister ex intentione ministri: q̄uis aliud significēt ex serie verbo꞉. Idē tenet Petrus de candia: silr sanctꝰ Tho. parte. iij. q. lxxviij. arti. j. in solutiōe vltime rōnis addens rationē: qr canon nō est idē apud oēs: nec s̄m oia tēpora sz diuersa sunt a diuersis apposita. Et addit sanctꝰ Tho. Unde dicendū est/ q si sacerdos sola p̄dicta verba pferret/ cum intentione cōficiendi hoc sacramētū: perficeret hoc sacramētū: quia intētio faceret vt hec vba intelligerent quasi ex psona christi plata: etiā si verba p̄cedentia nō recitarent: grauiter tn̄ peccaret sacerdos sic cōficiēs/ vtpote ritū ecclesie nō seruās. ¶ Nec arguit cōnexio verbo꞉ canonis vt arguit Sco. qr etiaz canon ipse cōnexus est hymno angelico: ⁊ hymnus p̄fationi: prefatio secretis: ⁊ ita oia ista requirerent de necessitate ad cōsecrationē. Fit autē cōnexio pter snie cōtinuationē: sicut totus canon scripture/ tota scz biblia accipitur sicut vna oratio copulatiua: vt sit vna scriptura ⁊ snia indiuisa. Et ista vltima opinio cōior est ⁊ verior: qr verba sacramētalis forme nō sortiūtur suā efficaciā ex significatiōe qua significāt id qđ in sacramēto efficit ex ordine ⁊ serie vbo꞉: sz ex institutiōe christi. Potuisset aūt christꝰ instituisse vba nō significatiua pro forma cuiuslibet sacramēti: sicut nōnulli dicūt hec vba: hoc est corpus meū: dū pferunt in canone accipi materialiter. Un̄ quecūq verba christus instituerit pro forma: ex christi institutiōe significarēt id qđ efficiūt. Propter qđ Hugo dicit/ q sacramēta ex silitudine representāt: ⁊ ex institutione significāt: ex sanctificatione cōtinēt gratiā spūalē lib. j. parte. ix. c. j. Hec de scđo.

¶ Z Nunc quantū ad tertiū/ videndū est de mutatione forme: an aliqua ⁊ que impediat eius effectū. De hoc querit Inno. de offi. misse. Querit inquit vtruz additio vel subtractio: vel trāspositio: vel mutatio fiat in illa forma verbo꞉ quā christus expressit: vt si dicat: hoc est corpus meū qđ sumpsi de virgine. Uel subtrahēdo: hoc est corpus. Uel transponendo: corpus meū hoc est. Uel interponēdo: hoc vtiq est corpus meū. Uel mutādo: h̄ est corpus iesu: si effectū cōsecrationis impediat. Respōdet: Saue fecit dn̄s hominē rectū: sed ipse infinitis miscuit se questionibꝰ. His itaq pretermissis que qn̄q magis subuertunt animum: q̄ edificent: Illud pro certo sciatur/ q grauiter peccat qui quodlibet ho꞉ quo꞉ūcunq mutare attētauerit: maxime si formā intēdit mutare: vel heresim introducere: quia forma verbo꞉ quā christus expressit: per omnia debet illibata seruari: q̄uis s̄m pħm/ nomina ⁊ verba transposita idem significāt: ne vtile p inutile vitietur. ¶ Particularius tn̄ hanc questionē tractat Sco. ⁊ ceteri docto꞉es: s̄m quē aduertēdū q s̄m pħm. v. physico꞉ quadruplex est mutatio: s̄m substantiā: s̄m quantitatē: s̄m qualitatē: s̄m vbi siue locum. s̄m ista q̄tuor pōt intelligi fieri mutatio in forma cōsecrationis vel etiā alterius sacr̄i: vt etiā tangit Inno. vbi. s. ¶ M Scđm substantiā fit mutatio/ si loco vnius vbi ponit aliud verbum. Et hoc cōtingit dupliciter. Uno mō ponēdo aliud verbū s̄m q̄d: puta s̄m vocē tm̄: idē tn̄ significās: vt si fiat mutatio s̄m idiomata/ sic q loco huiꝰ dictiōis corpꝰ latine/ ponat dictio greca vel hebraica huic synonyma: ⁊ hec mutatio nō impedit cōsecrationē. Un̄ si psbyter partim pferret latinū: partim hebraicū vere cōficeret: qr nihil omitteret necessario req̄situ ad cōsecrationē. Accidit em̄ forme cōsecratiōis esse grecā/ latinā/ hebraicā/ vel ex his mixtā/ dūmodo fit ex verbis exprimentibꝰ id qđ christus p ea exprimi voluit. Peccaret tn̄ sacerdos sic verba cōmutās: qr ordinauit romana ecclia/ q officia ecclastica dicant ⁊ sacramēta ministrent in latina grāmatica: et hoc rationabiliter: qr illud pōt distinctiꝰ scribi ⁊ pferri. Scđo mō fit variatio ponēdo aliud verbū s̄m vocē ⁊ significatū. Et hoc duplr. Primo mō ponēdo verbū oino desperatū in significādo: vt si loco illiꝰ termini corpꝰ/ ponat terminꝰ vestimētū. dicēdo h̄ est vestimētū meū: ⁊ tūc nihil fit: ⁊ censet forma simplr variari. Scđo mō ponendo verbū generaliꝰ ad aliqđ vbo꞉ in forma posito꞉: vt si diceret: hoc est mea substātia. Et sic iterū nihil fit: quia cū in christo multe substātie sint: nō significauit p̄fata locutio p̄sentiā determinate ⁊ certe substantie: quā tn̄ christus p cōsecratiōis formā exhibere voluit. Si em̄ aīa presens fieret vi cōsecratiōis: hec esset vera: hec est substātia mea: sicut mō corpꝰ est p̄sens: ⁊ ita ex p̄dicta locutiōe nesciret q̄ substantia esset q̄ ptineret sub speciebꝰ panis ad plationē forme sacralis. ¶ N Scđo mō pōt fieri variatio in dicta forma vbo꞉ s̄m quātitatē dictionū discretā: vel p additionē: vel subtractionē. Additio autē pōt fieri vel in p̄ncipio: vel in medio: vel in fine. ¶ In p̄ncipio vt si diceret sacerdos. Accipite ⁊ comedite cū reuerentia: h̄ est corpus meū. Hec additio nō impedit cōsecrationē: qr nō variat formā: sed oino est ad ipm impertinēs. Determināt em̄ vba ista: accipite ⁊ cōedite q̄ nihil sunt forme. Secꝰ si scipm formā aut eiꝰ partē distraherent a ppria significatiōe: vt si q̄s diceret: accipite ⁊ cōedite dico in psona mea: h̄ est corpus meū. ¶ In fine: ⁊ tūc aut addit terminus distrahēs aliquē terminū a suo significato: ⁊ h̄ impedit cōsecrationem ⁊ mutat formā: vt si dicat sacerdos. Hoc est corpus meū aereū: vel phantasticū: aut aliq̄d simile: aut addit aliq̄d specificās magis formā aut imprimēs: vt si dicat: h̄ est corpꝰ meū/ qđ traxi de vgine: nō impedit consecrationē: qr forme integritatē seruat. Similiter si diceret cōsecrās: h̄ est corpus meū: adorate hostiaz. ¶ Aut fit additio i medio ⁊ h̄ fit p aliqđ distrahēs aliquē terminū forme a suo vero significato: ⁊ tunc nihil fit; vt

Eccli. vij.

in priori exẽplo. Ut dicẽdo: hoc est aereum corpus meũ: vbi corpus distrahit a veritate corporis christi p hoc additũ aereũ: vel etiã a veritate corporis christi: ita q dictio corpus/nõ supponeret p corpore christi: vt si diceretur: hoc est mortale corpus meũ: vbi corpus supponit p vero corpore: sed nõ pro corpore christi qd nõ est nũc mortale. ¶ Aut fit per coniunctionẽ disiunctivã et alterũ terminũ impertinentẽ: vt dicẽdo: hoc est corpus vel vestimẽtũ meũ: siue hoc est corpus vel aia mea: q: ibi nõ significat determinate id qd p cõsecrationẽ cõficit: cũ disiunctiua verificari põt pro altera partiũ indifferẽter: et sic censet forma variari. ¶ Aut fit p verba impertinẽtia: et hoc dupliciter. Aut em̃ tunc soluit per illa vnitas forme qd iudicari põt ex cõmuni modo loquẽdi: si scz p talẽ interpositionẽ sic soluit sermonis cõtinuitas/q non generat talẽ sensum in audiẽtib9: quẽ forma talis generaret sine hmõi interruptione: et tũc impedit cõsecratio: vt si dicat sacerdos hoc est. Et subdat. Trahe nolã et dic fabulantibus vt exeãt ecclesiam: et tũc subderet: corpus meũ. et sic iterũ nihil efficit. Aut p talẽ interpositionem cõtinuitas forme nõ soluit: nec impedit oratio a causando sensuz in audiẽte/quẽ faceret tali interruptiõe circũscripta: tũc fit cõsecratio vt si dicat. Hoc/tace. est corp9 meũ. Sic nõ censetur forma mutari: et nõ impedit cõsecratio: nec oportet pter talẽ interruptionẽ orationẽ rursus incipere: sz sufficit cõtinuare. ¶ O Si autez fit variatio in quãtitate forme per subtractionẽ. Aut tũc subtrahit aliqd q̃ttuor verboz q̃ sunt de essentia forme: tũc nihil fit: q: illud qd remanet nõ determinate significat illud esse qd p ɔsecrationẽ efficit: vt si dicat: est corpus meũ: vel h corp9 meũ: aut hoc est meũ: seu hoc est corpus. Aut si subtrahit aliquid adiectũ per ecclesiã/scz cõiunctio em̃: hec mutatio nõ impedit cõsecrationẽ. Aut subtrahit aliqua syllaba p syncopã: vel omittit aliqua lr̃a: vt dicẽdo. Hoc est corp9 me. vel hoc est corps meũ: q: per talez subtractionẽ non impeditur sensus quin audiens capiat verũ sensum sermonis plati: nec variat forma et fit ɔsecratio. ¶ P De tertia variatione s̃m qualitatez que maxime cõmittit ex incongrua vel inepta locutione/seu prolatione s̃m finalez terminationẽ: et hec fit/aut ex imperitia lingue. Ut si sacerdos grecus volens celebrare dicat ignorans latinã grãmaticã: hoc est corpu meũ. vel hoc est corpũ meũ: aut corpus me9: sic iterũ nõ impedit cõsecratio: qd verũ est/si talis fit incõgruitas: que nõ prohibet quin capi possit sensus verus forme cõsecrationis: et quõ hoc sit possibile: ex hoc scire possumus: qm̃ litterati audiũt loqui illiteratos incõgrue: et tñ cõcipiunt quid dicere velint quãtũ ad singula verba. ¶ Aut fit ex quadã inaduertentia aut etiã sciẽter et volũtarie: et sic iterũ nõ impedit cõsecratio dũ audiẽs cõcipere possit q̃d per orationẽ significet: q̃uis grauiter peccet celebrãs nõ cõformãdo se p̃ceptis ecclesie: q̃ statuit formã illibataz obseruari. Hic em̃ magis cauendũ est/q̃ in alijs verbis: imo q̃ in alijs sacramẽtis pter reuerẽtiã sacramẽti ineffabilis dignitatis. Nec tñ auderẽ dicere ait Sco. q. iij. dis. iij. quarti/q nõ virũs talẽ variationẽ peccet mortaliter: si nõ ex cõtẽptu: sed ex q̃dã infirmitate: vel incõsideratione humana nõ precaueret in oĩbus quãtũ posset. ¶ Q De quarta variatiõe que fit s̃m vbi/per trãspositionẽ dictionũ: dicẽdum est q vix in pposito fieri põt vt effect9 cõsecrationis impediat: q: qualitercũq; fiat trãspositio hoz q̃ttuor v̾boz: h est corpus meũ: semp eundẽ sensum faciũt in audiẽte. Un̄ siue dicatur: hoc meũ est corpus: vel hoc est meũ corpus: vel meũ est hoc corpus: siue est hoc meũ corpus (nisi questiue pferret: et tunc nihil fieret: q: tũc sensus orationis variatus esset: et p cõsequẽs forma sine qua nõ fit consecratio). In alijs quidẽ trãspositionib9 quattuor dictionum effect9 cõsecrationis nõ impedit. Intelligendũ tñ in omnibus p̃missis variationib9 cõsecrationẽ nõ impediẽtib9 siue s̃m substantiã/quantitatẽ/qualitatẽ/siue vbi: qd verum est q nõ impediũt sacramenti effectũ: dũ sic variãs nõ intẽdit per istam suã variationẽ inducere heresim vel errorẽ in ecclesiã: neq; abijcere formã ecclesie q̃si inutilẽ vel inefficacẽ: et suã introducere vt sufficientem et magis efficacẽ: aut precisam et necessariã. Qm̃ si aliqd dictoruz intẽdat nõ cõsecrat: quia deficit intẽtio requisita ad cõsecrandũ: que est q vti debet verbis prefatis tanq̃ forma qua vtitur ecclesia: qd sufficit/etiã si crederet eã esse inefficacẽ ad cõsecrandũ. Hoc autẽ sic varians nõ facit/dum vtitur v̾bis illis variatis nõ tanq̃ forma ecclesie. Intelligitur aũt qd dictũ est: de variatione q nõ impedit/dũ sic variãti deficit intẽtio ecclesie: que est velle p dicta verba cõsecrare tanq̃ per sufficientez et efficacẽ formã a christo institutã: et ab aplis et sanctis patrib9 vsq; ad nostra tẽpora frequentatã. Que si deest: nõ fit cõsecratio s̃m beatũ Aug. ¶ R Hec oĩa sunt de mẽte doctoris irrefragabilis Alex. de ales pte. iiij. q. xxxiij. arti. iij. mẽbro. iij. qui sub breuib9 que dicta sunt summãs ait. Dico sine p̃iudicio/q si mutatio verboz nõ variat intellectũ forme tradite a dño: dũmodo fiat ex simplicitate pferentis: aut ex defectu naturali: sicut si aliqs diceret: hoc est colpus meum/vel corpu meũ/cõficit: si pter heresim introducendũ: nequaq̃. Si autẽ mutatio intellectũ variat forme tradite a dño: verba variata virtutẽ transsubstãtiandi nõ habent. Et subdit. Si diceret: hec est caro mea: nõ cõsecraretur: quia est alius intellect9 hui9 verbi et illius: sicut nõ baptizaret q̃ diceret. In noĩe gignẽtis et geniti et pcedẽtis ab vtroq;: q: ali9 est intellect9 huius sermonis et illi9/cui dñs contulit vim regeneratiuã. ¶ Et si cõtra p̃dicta replicaret. Dñs istis v̾bis: hoc est corpus meũ / sub hac forma expressis dedit virtutẽ transsubstantiãdi vt nunc supponit: igitur qualitercũq; variãtur nõ habent hanc virtutẽ: et per cõsequẽs nihil efficiunt. Respõdet Alexã. q dñs dedit hanc vim huic forme et non alij: sed non est alia nisi varietur intellectus verboz. Unde quacũq; lingua proferant verba instituta virtutẽ habẽt: et hoc est q: intellect9 verbi nõ mutatur: quo non mutato/forma mutari nõ cẽset. Et iterũ obijceret: cũ d̾r/hoc est colp9 meũ: vel hoc est corpu meũ: hec verba nõ habẽt s̃m veritatez intellectũ verboz/quib9 dñs virtutez dedit. Dicendũ q si nõ habent s̃m veritatẽ institutionis: habẽt tñ s̃m vsus accõmodationem: et hoc sufficit. Hec Alexander.

¶ Lectio. xxxix. A

Nunc quantũ ad tertium principale premisse diuisionis/restat cõsiderare de forme efficacia: hoc est/quis sit effectus huius forme: siue quid sequat ad prolationez debitã hoz verboz. Et primo quantũ ad predicamentũ substãtie/videndum est vtrũ prolatio rite cõsecrationis verbis/sub specieb9 panis fit verum corpus christi. Et in hoc qd dico rite platis/volo oĩa intelligi que requirunt de necessitate huius sacramẽti: scz minister idoneus: forma instituta: materia debita et intẽtio requisita. ¶ Recitat autẽ magister lib. iiij. sententiarum dist. x. heresim quorũdã: primã heresim inter discipulos christi exortã imitantiũ: qui diuinã virtutẽ iuxta modum naturaliũ rerũ metiẽtes/audacius et periculosius veritati cõtradicũt: asserẽtes corp9 christi vel sanguinẽ nõ esse in sacramẽto: nec substantiã panis vel vini in substantiã carnis et sanguinis cõuerti: sed ita christuz dixisse: hoc est corpus meũ: sicut apostolus dicit. j. Coz. x. Petra autem erat christus. Dicunt corpus christi ibi esse in sacramento tñ. i. in signo manducari a nobis. Qui errãdi occasionem sumunt a verbis veritatis / vnde prima heresis facta est in discipulis christi: de cõse. dist. ij. Prima quidem. Cum enim diceret. Nisi quis mãducauerit carnẽ meaz: et biberit sanguinẽ meũ/non habebit vitam eternam. Ioh. vj. Illi v̾o nõ intelligentes dixerunt adinuicẽ. Durus est hic sermo: quis potest eum audire: et abierũt retro. Illis absce

dentibus instructi duodecim remanētes. Spūs est inq̄ qui viuificat: caro nō prodest quicq̄. Uerba q̄ locut9 sū vobis/vita ⁊ spūs sunt. q̄si fm expositionē Aug. sup ps. liiij. diceret. Intellexistis spūaliter: spūs ⁊ vita sunt. Intellexistis carnaliter: etiā sic spūs ⁊ vita sunt: sed tibi nō sunt spūs ⁊ vita q̄ spūaliter nō intelligis. Spūaliter intelligite q̄ locut9 sum. Nō hoc corpus qd̄ videtis: māducaturi estis: ⁊ bibituri illū sanguinē quē effusuri sunt q̄ me crucifigēt. Sacramētū aliqd̄ vobis cōmendaui: spūaliter intellectū viuificat vos: caro aūt nō pdest q̄cq̄. Et sequitur ibidē de cōse. dist. ij. Prima quidē. Donec seculū finiat̄ sursum est dn̄s: sed tn̄ etiā hic nobiscū est veritas dn̄i. Corpus em̄ in quo resurrexit vno loco esse oportet: veritas aūt eius vbiq̄ diffusa est. Itē vna psona deus et hō: vbiq̄ p illud qd̄ deus est: in celo p illud qd̄ homo est. Christus etiā dicit. Pauperes semp habebitis vobiscū: me aūt nō semp habebitis. ¶ B His aliisq̄ similibus vtunt̄ prefati heretici in assertione sui erroris. Periculosissimus est error iste: ⁊ pniciosissimus cōtra fidei vtilitatē: cōtra diuine charitatis magnitudinē: cōtra sacramenti dignitatē ⁊ excellentiā. Magna est em̄ vtilitas fidei ex hoc q̄ sub specie panis cōtinetur verū corpus christi. Ex illa em̄ cōtinētia multa accidunt circa hoc sacramentū: q̄ sunt supra potestatē nature: quoꝝ fides est fidelib9 valde vtilis ⁊ meritoria. Hoc idem est etiā charitatis christi maximū indiciū: qui sua p̄sentia corporali voluit nobis vtilissime puidere: vt docēt sacramēti huius fruct9 diligēter masticari. Ex p̄sentia deniq̄ christi eo modo quo ibi est declarat̄ multipliciter potētia dei: ex quo sacramenti hui9 dignitas elucescit. ¶ C Cōtra hanc heresim cū oībus doctorib9 catholicis a romana ecclesia approbatis: qui de eucharistie sacramēto scripserūt: imitās in hoc clarissimū doctorē Guil. ockā in trac. suo gl̄oso de sacramēto/pono hāc cōclusionē. Corpus christi qd̄ sumptū est de virgine maria: qd̄ passum est ⁊ sepultū: quodq̄ resurrexit: ⁊ ad celū ascēdit: ac sedet ad dexterā dei patris: in quo filius dei vēturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: sub specie panis vere ⁊ realiter cōtinet̄. Hec conclusio p rationē naturalē ostēdi nō pōt: sed ad hui9 veritatis noticiā accedere oportet p fidē. Est em̄ similiter de articulis fidei eo modo q̄ veritas alicui9 sacramēti ptinet ad articulos fidei: vt dicit Scot9 dis. x. scripti. iiij. q. j. De h̄ itaq̄ articulo dubitare nō licet: cū cōstet ipsum p vnigenitū dei filiū fuisse apl̄is reuelatū: ⁊ a p̄ncipio expsse traditū: ex q̄ eucharistie sacramētū fuit ab ipso dn̄o institutū. Testes sunt euāgeliste: nā sanctissimus euāgelista Mat. xxvj. c. Accepit inq̄/panē ⁊ benedixit ac fregit: dedit q̄ discipulis suis: ⁊ ait. Accipite ⁊ comedite. h̄ est corpus meū. De quo ⁊ marcus. c. xiiij. ait. Māducantibus illis accepit iesus panē ⁊ bn̄dicens/fregit ⁊ dedit eis ⁊ ait. Sumite/h̄ est corpus meū. Quib9 cōsentit Luc. xxij. dicēs. Accepto pane gratias egit ⁊ fregit: ⁊ dedit eis/dicēs. Hoc est corpus meū qd̄ pro vobis dat̄. Hoc facite in meā cōmemorationē. Johānes q̄ euāgelista refert v̄ba saluatoris: simul ⁊ veritatē ⁊ vtilitatē hui9 sacramēti denotās. Panis quē ego dabo caro mea est pro mūdi vita. Et sequit̄. Nisi māducaueritis carnē filij hoīs: ⁊ bibe. eius sanguinē: nō habe. vitā in vobis. Qui māducat meā carnē: ⁊ bibit meum sanguinē habet vitā eternā. Similiter ⁊ paulus. j. Cor. xj. Dn̄s inquit iesus in qua nocte tradebat̄: accepit panē ⁊ grās agēs fregit ⁊ dixit. Accipite ⁊ manducate hoc est corpus meū qd̄ p vobis tradet̄. Hoc facite in meā cōmemorationē. Item. j. Cor. x. Panis quē frāgimus nōne cōmunicatio corpis dn̄i est. Ecce tot autoritates canonice scripture cōcorditer affirmāt corpus christi realiter ⁊ veraciter sub specie panis datū fuisse apl̄is: ac eisdē fuisse a saluatore preceptū: vt in memoriā passionis dn̄ice/corpus christi sub specie panis offerrēt. Hoc facite inquit in meā cōmemorationē. ¶ D Hec aūt verba christi figuratiue dicta nō sunt: sicut illa. Ego sū vitis vera. aut. Petra autem erat christus. vbi vitis/⁊ petra nō accipiūtur fm ppietatē: sed fm similitudinē. i. ego sum vitis. i. ego sum similis viti ⁊ petre: pp̄ter qd̄ per vitem ⁊ petram significor. Sic etiā verius dicere potuisset christ9 de agno paschali: hoc est corp9 meū: q̄ de azymo pane. Nā agn9 paschalis vtiq̄ corpus christi figurabat: cuius oblatio ⁊ comestio euanuit: cum christus seipsum in cruce obtulit: seipsum nobis in cibum dedit: quēadmodū cessat figura adueniēte veritate: ⁊ vmbra accedente luce. ¶ Ut autē sciatur quādo verba christi figurate intelligēda sunt vel proprie: seruanda est regula beati Aug. in lib. lxxxiij. questionū. q. lxix. nō longe a principio. Solent inquit/circūstantie scripture illuminare sententiā: cum ea que circa scripturā sunt presentē questionē cōtingētia diligēti discussione tractatur. Hec Aug. Uniuersaliter enim intellectus verboꝝ christi an loquatur figuratiue: an nō: colligi potest ex precedentib9 vel sequētib9 ibidē: vel ex aliis scripture locis. Vn̄ cū christus ait. Ego sum vitis vera. subiūxit: vos palmites. Constat autē q̄ discipuli nō erāt palmites naturalis vitis: sed dūtaxat spūalis: sic dici p pter quandā similitudinē repertam in vtroq̄. Nam sicut palmites veri trahunt originē ex vite/qua est ipsis viuēdi principiū vt fructus afferant carpentib9: ita ⁊ discipuli spūalem vitam a christo spūalis vite principio ⁊ origine receperunt: ⁊ multos fructus vite perennis/per suas operosas p̄dicationes attulerūt. Cum autē dixerat. Hoc est corpus meū. subdit: qd̄ pro vobis tradet̄. Et iterū cū dixisset. Hic est sanguis meus. addit: qui p multis effundetur: vt dicit Mat. Per que manifeste significat se non locutū fuisse de corpore suo figuratiue/cū dixerat: h̄ est corpus meum: hic est sanguis meus: sed de corpe illo qd̄ tradendū erat in mortē pro salute generis humani: ⁊ sanguine ex eodē corpore fundendo. Ad h̄ late valent dicta Aug. vbi. s̄. q. lxix. Hoc aūt corpus morti traditū/verum corpus christi fuit: q̄ vere in corpore suo naturali crucifixus est. Et sanguis in cruce fusus/verus christi sanguis fuisse a nullo fideli dubitat̄. Patet h̄ idē ex diffusa p̄dicatione hui9 sacramēti. Caro mea vere est cibus: ⁊ sanguis meus vere est potus. Et panis quē ego dabo: caro mea est pro mūdi vita: ⁊ cetera q̄ ibi habent̄. Necvnq̄ aliquis hominū hoc p̄dicare p̄sumpsisset: nisi christus q̄ veritas est: hoc primū docuisset: dū accipiens panē fregit ⁊ dixit. Accipite ⁊ comedite: hoc est corpus meū. ¶ E Sic q̄ christū locutū fuisse: ⁊ hāc fuisse eius intētionē/sancti patres scripture sacre expositores vita ⁊ doctrina pbatissimi/nos scriptis suis multipliciter docuerūt: quoꝝ plures sn̄ias Gratianus collegit de cōse. dis. ij. vn̄ Eusebius emissenus ca. dis. Quia corpus. ait. Quia corpus assumptū ablatur9 erat ab oculis: ⁊ illaturus syderib9: necessariū erat vt in die cene sacramentū nobis corpis ⁊ sanguinis cōsecraret: vt coleret̄ iugiter p mysteriū: qd̄ semel offerebat̄ in p̄ciū: vt q2 quotidiana ⁊ indefessa currebat p oīm salute redēptio: ppetua esset redēptionis oblatio: ⁊ perēnis victima illa viueret in memoria: ⁊ semp presens esset in grā. Et sequit̄. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguū: qm̄ quidē q̄ autor est muneris: ipse etiā testis est veritatis. Nā inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substātiā corpis ⁊ sanguinis sui v̄bo suo secreta ptāte cōuertit: ita dicēs. Accipite ⁊ cōedite: h̄ est corp9 meū ⁊c. ¶ Itē Leo papa in synodo romana ca. dist. In qb9. Est cib9 refectiōis ⁊ cib9 sanguinis. sicut em̄ caro dn̄i vere est cib9: ita sanguis vere est pot9. Est corp9 de quo dictū est. Caro mea vere est cib9: ⁊ sanguis me9 vere est pot9. Circa hoc corpus aquile sunt/que alis circūuolant spiritualibus. vn̄ ⁊ idē corpus christi edimus: vt vite eterne possimus esse participes. ¶ Itē Hilari9 papa ca. dist. Corp9 christi. Corpus christi qd̄ sumit̄ de altari: figura est/dum panis ⁊ vinū videt̄ extra: veritas autē dū corpus et sanguis christi in veritate credit̄ interius. ¶ Itē Hilarius vij. de trinitate, statim post principiū multa de h̄ scribit: et

Mat. xxvj. Marci xiiij.

Joh. vj.

Joh. vj.

habentur aliqua eadē dist. In christo. Si vere carnē corporis nostri christus assumpsit: ⁊ vere hō ille qui ex maria natus fuit: christ⁹ est. Nosq; vere sub mysterio carnē corporis sui sumimus ⁊c. ¶ F Itē beat⁹ Hiero. in sermone dñice. v. post epiph. dicit. Singuli autem totū accipiunt christū dñm: ⁊ singulis portionib⁹ totus est: nec p singulos minuitur: sed se in singulis p̄bet. ¶ Itē idē ad heluidiū. Nec moyses dedit vobis panē verū: sed dñs iesus ipse cōuiua ⁊ cōuiuiū: ipse comedēs ⁊ qui comedit. eadē dist. Nec moyses. ¶ Itē beatus Amb. lib. de sacra. eadem dist. Panis est in altari. ait: Panis est in altari vsitatus ante v̄ba sacramētoꝝ: vbi accessit cōsecratio: de pane fit caro christi. Et infra. Qō erat panis añ cōsecrationē: iam corpus christi est post cōsecrationem: quia sermo christi creaturā mutat: ⁊ sic ex pane fit corpus christi: ⁊ vinū cū aqua in calice permixtū fit sanguis/ cōsecratione verbi celestis. Et sequit. Christus testificat q̄ corp⁹ suū ⁊ sanguinē accipimus: de cuius fide ⁊ testificatiōe dubitare nō debemus. ¶ Itē idē in eodē/ eadē dist. Reuera. Reuera inquit mirabile est q̄ deus manna pluerit patribus: ⁊ quotidiano celi pascebant alimēto. vñ dictū est. Panē angeloꝝ mādūcauit homo. Sed tñ panē illū q̄ mā ducauerunt: oēs in deserto mortui sunt. Ista autem esca quā accipitis: iste panis viuus qui de celo descendit: vite eterne substantiā administrat. Et quicūq; hunc panem mādūcauerit: nō morief in eternū: q: corpus est christi. Considera verū prestātior nūc sit panis angeloꝝ: an caro christi: que vtiq; corpus est vite. Māna illud de celo: hoc super celū. Illud celi: hoc dñi celoꝝ. Illud corruptioni obnoxiū si in diē alterū seruaret: hoc alienū ab omni corruptione. Quicūq; religiose gustauerit: corruptionē sentire non poterit. Illis aq de petra fluxit: tibi sanguis ex christo. Illos ad horā satiauit aqua: te sanguis diluit in eternū. Iudeus bibit ⁊ sitit: tu cū biberis sitire nō poteris. Illud in vmbra: hoc in veritate. Et sequit post pauca. Potior est lux q̄ vmbra: veritas q̄ figura: corp⁹ creatoris: q̄ māna de celo. Et post multa miracula recitata/ quib⁹ ostendit possibilitatē cōuersionis substantiarū panis ⁊ vini in verū corpus christi: subdit. Sed qd argumētis vtimur. Suis vtamur exēplis. Incarnationis astruamus mysteriū veritatē. Nūquid nature vsus p̄cessit cū dñs iesus ex maria nasceret. Si ordinē querimus: viro mixta femina generare cōsueuerat. Liquet igitur q̄ p̄ter nature ordinē virgo generat: ⁊ hoc qō cōficimus corp⁹ ex virgine est. Quid hic nature ordinē queris in christi corpore: cū preter naturā sit ipse dñs iesus partus ex virgine. Vera vtiq; caro christi est q̄ crucifixa est: q̄ sepulta est: vere ergo illi⁹ carnis sacramētū est. Ipse clamat dñs iesus: H est corpus meū. Ante benedictionē v̄boꝝ celestiū alia spēs noiatur: post cōsecrationē christi corpus significat. Ipse dicit sanguinē suū/ ante cōsecrationē: aliud d̄r post ↄsecrationē. Sanguis nūcupat: tu dicis amē: hoc est/ verū est qō os loquit: mens intenta fatet: qō sermo sonat: affect⁹ sentiat. ¶ G Idē in. c. Oia quecūq;. eadē dist. Oia quecunq; voluit dñs (ait) fecit in celo ⁊ in terra. Et q: voluit sic/ factū est ita. Licz figura panis ⁊ vini videat: nihil tñ aliud q̄ caro christi ⁊ sanguis post cōsecrationē credēdū est. Vñ ipsa veritas ait ad discipulos Hec (inquit) caro mea est pro mūdi vita. Et vt mirabili⁹ loquar: non alia plane/ q̄ que nata est de maria/ ⁊ passa in cruce: ⁊ resurrexit de sepulcro. hec inquam ipsa est. Et ideo christi caro est q̄ pro mūdi vita adhuc hodie offert. Et cū digne accipit: vitā vtiq; eternā in nobis operatur. Panē quidē istū quē sumimus in mysterio: illū vtiq; intelligo panē qui manu sancti spūs formatus est in vtero virginis: ⁊ igne passionis decoctus in ara crucis. Panis eñ angeloꝝ fact⁹ est cib⁹ hominū. vñ ipse ait. Ego sum panis viuus qui de celo descēdi. Et itē. Panis quē ego dabo caro mea est pro mūdi vita. Ex his nāq; duab⁹ sententijs/ aperte datur intelligi: q: panis iste ⁊ ille nō duo: sed vnus panis ⁊ vna caro: proculdubio vnū corpus efficitur. Illud vere: illud sane: qō sumptū est de virgine: qō passum est ⁊ sepultū: qō resurrexit/ ⁊ in celū ascēdit: ⁊ sedet ad dexterā dei patris: ⁊ qō est vēturū iudicare viuos ⁊ mortuos. ¶ Ad idē loquit idē in. c. In calice. eadē dis. Idē in lib. vij. de sacra. eadem dis. Sicut est. Sicut est verus dei filius/ dñs noster iesus christus: nō quēadmodū hoies per gratiam: sed filius ex substātia patris: ita vera est christi caro: sicut ipse dixit: quā accipimus: ⁊ ver⁹ sanguis eius potus. Ego sum inquit panis viuus/ qui de celo descēdi. Et respondens cuidā replicē que fieri posset: addit: sed caro nō descendit de celo: quō ergo descendit de celo panis viuus. Rñdet. Quia idem dñs iesus consors est diuinitatis ⁊ corporis: ⁊ tu q̄ accipis carnē/ diuine eius substātie in illo participas alimēto. ¶ Idē in libro de mysterijs eadē dis. In illo. In illo sacro christ⁹ est: quia corpus est christi: nō ergo corporalis esca: sed spūalis. Vñ ⁊ apls de typo eius ait: q: patres nostri eandem escā spūalē mādūcauerūt. Corpus eñ dei corp⁹ est spūale: corpus christi corpus diuini spūs est. ¶ H Huic veritati egregi⁹ doctor Aug. etiā multiplex p̄hibet testimoniū: vñ in lib. snīaruꝫ p̄speri eadē dis. Nos autē. ait: Nos autē in specie panis ⁊ vini quā videmus: res inuisibiles idest carnē ⁊ sanguinē honoramus. Nec similiter cōprehendimus has duas species: quēadmodū ante cōsecrationē apprehēdebamus: cū fideliter fateamur ante cōsecrationē esse panē ⁊ vinū qō natura formauit: post cōsecrationē v̄o carnē christi ⁊ sanguinē qō bñdictio cōsecrauit. Et in eodē lib. idē dicit eadē dist. Hoc est. Hoc est qō dicim⁹: qō modis oibus approbare cōtendimus. Sacrificiū ecclesie duob⁹ modis cōfici: duob⁹ constare: visibili elementorum specie/ ⁊ inuisibili dñi nostri iesu christi carne ⁊ sanguine: ⁊ sacramēto ⁊ re sacramēti. i. corpore christi. Item Caro ei⁹ est quā forma panis opertā in sacro accipimus. Et sanguis eius quē sub vini specie et sapore potamus. ¶ Idē lib. de trini. eadē dist. Quia morte. Quia morte dñi liberati sumus: huius rei memores in edendo ⁊ potando carnē ⁊ sanguinē que p nobis oblata sunt: significamus. ¶ Itē eadē dist. Vtrū sub figura. Vtrū sub figura/ an sub veritate hoc mysticū calicis sacramētū fiat: veritas ait. Caro mea vere est cibus: ⁊ sanguis meus vere est potus. Alioq̄n quō magnū erit. Panis quē ego dabo caro mea est pro mūdi vita: nisi vera sit caro. Sed q: fas nō est vorare dētibus: voluit dñs hunc panē ⁊ vinum in mysterio: vere carnem suā et sanguinē suum cōsecratione spūssancti potentialiter creari: ⁊ quotidie pro mundi vita mystice immolari: vt sicut de virgine p spiritū sanctū vera caro sine coitu creatur: ita p eundē ex substātia panis ⁊ vini mystice idē corpus christi cōsecret. Corp⁹ christi ⁊ veritas ⁊ figura est. Veritas/ dū corp⁹ christi ⁊ sanguis virtute spūssancti in v̄tute ipsi⁹ ex panis ⁊ vini substātia efficit. Figura v̄o est id qō exteri⁹ sentit. Et sequit. Credendū est q̄ in v̄bis christi sacramēta cōficiantur: cuius eñ potētia creant prius: eius vtiq; v̄bo ad melius p creant. ¶ Idē in epistola ad hireneū. ⁊ habet ea. dist. c. Corporeū. Corporeū illud māna nunc est tantū res miraculi: q: venit qō perfectū est. Perfectus aūt panis de celo corpus est ex virgine. ¶ Itē super ps̄. xxiij. homel. ij. Accesserūt ad iesum iudei vt crucifigerēt: nos accedam⁹ vt corpus ei⁹ ⁊ sanguinē accipiam⁹. Itē vere magn⁹ de⁹ ⁊ magna misericordia eius: q̄ dedit nobis mādūcare corpus suū in quo tanta perpessus est: ⁊ sanguinē bibere. Itē in ps̄. xxviij. ad iudeos. Iam ⁊ securi bibite sanguinē quē fudistis. Itē in ps̄. lxxv. Ipsum sanguinē quē p insaniam fuderūt: per gratiam biberūt. Item in ps̄. xxvij. De carne marie carnē accepit: ⁊ ipsā carnē ad mādūcandū ad salutē dedit. Similia multa in varijs psalmoꝝ expositionibus ponit quoꝝ quedam in ca. Accesserunt. eadē dist. notantur. ¶ I Beat⁹ quoq; Greg. in homel. paschali eadē dist. Quid sit. similiter docet: ait enim. Quid

i. Cor. x.

ſit ſanguis agni nō iam audiendo ſed bibendo didiciſtis qui ſanguis ſuper vtrūq; poſtē ponit̃: qm̄ non ſolum ore corporis: ſed etiā ore cordis hauritur. Hec ſalutaris victima illā nobis mortē vnigeniti ꝑ myſteriū reparat: q̄ licz reſurgēs ex mortuis: iam nō morit̃: mors illi vltra nō dominabitur: tn̄ in ſeipſo imortaliter ⁊ incorruptibiliter viuēs / iterū in hoc myſterio moritur: eius quoq; vbiq; corpus ſumitur: eius caro in ſalutē populi patitur: eius ſanguis nō iam per manus infideliū: ſed fideliū in ara ꝓfunditur. Et ſequit̃. Vno eodēq; tēpore ac momēto in celo rapitur miniſterio angeloꝝ corpori chriſti ſociandus: ⁊ ante oculos ſacerdotis in altari videt̃. Tāta eſt eccleſie vnitas in chriſto: vt vnius vbiq; ſit panis corporis chriſti: ⁊ vnus ſit calix ſanguinis ei⁹. Calix em̄ quē ſacerdos catholicus ſacrificat: nō alius niſi ipſe quē dn̄s apl̄is tradidit: q: ſicut diuinitas vbi dei eſt vita que totuz implet mundū: ita licet in multis locis / ⁊ innumerabilib⁹ dieb⁹ illic cōſecretur corpus: nō ſunt tn̄ multa corpora chriſti: neq; multi calices: ſed vnū corpus chriſti ⁊ vn⁹ ſanguis cū illo: qḋ ſumpſit in vtero v̄ginis: ⁊ qḋ dedit apl̄is. Diuinitas em̄ verbi replet id qḋ vbiq; eſt: ⁊ cōiūgit ⁊ facit vt ſicut ipſa vita eſt: ita et vnū corpus eius ſit in veritate. Vn̄ aduertēdū eſt ꝙ ſiue plus ſiue minus quis inde ꝑcipiat: oēs equaliter corpus chriſti integerrime ſumunt: et generaliter oēs ⁊ ſpecialiter vnuſq̄ſq;. Itē idem. Quotidie ipſe comedit̃ ⁊ bibit̃ in veritate: ſed īteger ⁊ viuus atq; immaculatus manet. Et ideo magnū ⁊ pauēduz eſt myſteriū: quia aliud videt̃ ⁊ aliud intelligit̃. Hec Greg. ¶ Nec tn̄ quēq̄ moueat ꝙ corpus chriſti verum in ſacramēto myſteriū dicit̃. Ex quo verbo heretici nutrimentuz trahūt erroris: vt dicit dn̄s Inno. c. Cū marthe. de celeb. miſſa. dicētes. In ſacramēto altaris nō eſſe corꝑis chriſti ⁊ ſanguinis veritatē: ſed imaginē tm̄ / ⁊ ſpeciē ⁊ figuraz: pro eo ꝙ ſcriptura interdum cōmemorat id qḋ in altari ſuſcipit̃ eſſe ſacramētū ⁊ myſteriū ⁊ exemplū. Sed tales ex eo laqueū erroris incurrūt: q: nec autoritates ſcripture cōuenientēr intelligūt: nec ſacramenta dei ſuſcipiūt reuerenter. Si em̄ q: figura eſt ſacramētū altaris: veritas negatur: ergo nec mors / nec reſurrectio chriſti (cū ſit figura) veritas eſt credēda. Siquidē mortē ⁊ reſurrectionē chriſti / ſimilitudinē ⁊ imaginem eſſe apl̄s manifeſtat.

Ro. iiij. Chriſtus inquiēs mortuus eſt ꝓ delictis noſtris: ⁊ reſurrexit ꝓpter iuſtificationē noſtrā. Apl̄oꝝ em̄ princeps

i. Pet. ij. petrus in epiſtola ſua ſcribit: Chriſtus paſſus eſt ꝓ nobis / vobis relinquēs exemplū vt ſeq̄mini veſtigia ei⁹. Sic ergo tam mors chriſti / q̄ꝫ reſurrectio ei⁹ eſt exēplū: vt nos peccatis mortui iuſticie iā viuamus. Quare ſi nō fuit veritas: q: fuit exēplū: ergo nec veritas fuit chriſt⁹: nec vere a mortuis reſurrexit. Sed abſit a fideliū cordibus error

Eſa. liij. iſte: cū ꝓpheta de ipſo teſtet̃ / ꝙ vere lāguores noſtros ipſe tulit: ⁊ dolores noſtros ipſe portauit. Dicit̃ tn̄ myſteriū fidei: qm̄ aliud ibi creditur q̄ꝫ cernat̃: ⁊ aliud cernit̃ q̄ꝫ credat̃. Cernitur ſpecies panis ⁊ vini: ⁊ creditur veritas carnis ⁊ ſanguinis chriſti. Hec ibi. ¶ Z Itē Euſebius: Cū reuerenduz ad altare cibis ſpūalib⁹ ſatiandus aſcēdis: ſacrū dei tui corpus ⁊ ſanguinē fide reſpice. Honora / mirare / mēte cōtinge / cordis manu ſuſcipe. ⁊ habetur diſt. ij. de cōſe. Quia corpus. Itē leo papa. Sic et ſacre menſe cōicare debetis: vt nihil ꝓrſus de veritate corporis ⁊ ſanguinis ambigatis. Itē Baſili⁹. O miraculū: o dei nimia beniuolētia / qua ſurſum ſedet ad dexterā patris: ſacrificiū tn̄ tpe manib⁹ hoim continet̃. Itē paſchaſ. vt. ſ. in prin. lec. xxxviij. Ad idē magiſter ſniarū li. iiij. diſt. x. multas ſctoꝝ adducit autoritates. Venerabilis q̄ꝫ Hugo lib. ij. de ſacris pte. viij. ꝑ multa capl̄a hāc fidei veritatē ⁊ cōſitet̃ ⁊ ꝓbat. vn̄. c. vij. ait. Qḋ videm⁹ / ſpēs panis eſt ⁊ vini. Qḋ aūt ſub ſpecie illa credim⁹: verū corp⁹ chriſti eſt ⁊ verus ſanguis ieſu chriſti: qḋ pepēdit in cruce et fluxit de latere: nec per panē ⁊ vinū corpus ⁊ ſanguinez tm̄ ſignificari credimus: ſed ſub ſpecie panis ⁊ vini verū corpus et verū ſanguinē cōſecrari: ⁊ ſpeciē quidē viſibilē ſacramētū eſſe veri corporis ⁊ veri ſanguinis. Corpus aūt ⁊ ſanguinē ſacramētū eſſe gr̄e ſpūalis. Et quēadmodū ſpēs illic cernit̃: cui⁹ res vel ſubſtātia ibi eſſe nō creditur: ſic res ibi veraciter ⁊ ſubſtātialiter p̄ſens credit̃: cuius ſpēs nō cernit̃. Videt̃ em̄ ſpēs panis ⁊ vini: ⁊ ſubſtātia panis ⁊ vini nō credit̃: credit̃ aūt ſubſtātia corporis ⁊ ſanguinis chriſti: ⁊ tn̄ ſpēs nō videt̃. Qḋ ergo videt̃ ſm ſpeciē: ſacramentū eſt / ⁊ imago illius qḋ credit̃ ſm corporis veritatē. Et qḋ credit̃ ſm corporis veritatē: ſacramentū eſt illi⁹ qḋ percipit̃ ſm gratiā ſpecialē. Sacramētū ergo altaris / ⁊ euchariſtia diuina in vero corꝑe et ſanguine dn̄i noſtri ieſu chriſti / imago eſt ſm ſpeciē panis ⁊ vini in qua cernit̃. ⁊ res eſt ſm ſubſtantie ſue veritatē in qua credit̃ illic atq; percipit̃. Et rurſum. Qḋ nūc viſibiliter ſm ſacramēti ſpeciē: ⁊ corꝑaliter ſm carnis ⁊ ſanguinis veritatē / chriſtū in altari ſumimus: ſacramētū eſt / et imago ꝙ ipm eundez inuiſibiliter ⁊ ſpūaliter ſm gratie infuſionē ⁊ ſpūſſancti participationē in corde ſumere debemus. Ergo diuiniſſima euchariſtia / q̄ in altari ſm panis ⁊ vini ſpeciē / ⁊ ſm corꝑis ⁊ ſanguinis chriſti veritatē viſibiliter ⁊ corꝑaliter tractat̃: ſacramentū eſt ⁊ ſignū: ⁊ imago inuiſibilis ⁊ ſpūalis participationis ieſu / q̄ intus in corde ꝑ fidē ⁊ dilectionē ꝑficit̃. Hec hugo. ¶ Z Itē Inno. in de offi. miſ. Cū ſacerdos illa chriſti v̄ba pronunciat: Hoc eſt corpus meū: hic eſt calix me⁹: panis ⁊ vinuz in corpus ⁊ ſanguinē cōuertunt̃ / illa v̄bi v̄tute qua v̄bū caro factū eſt / ⁊ habitauit ī nobis: qua dixit ⁊ facta ſunt: mandauit ⁊ creata ſunt vniuerſa. Ego igitur q̄ vitā eternā habere deſidero: carnē chriſti veraciter comedo: ⁊ ſanguinē ei⁹ veraciter bibo: illā vtiq; carnē quā traxit de virgine: ⁊ ſanguinē quē effudit in cruce. Ego corde ⁊ ore cōfiteor: ipm dn̄m ieſum chriſtū in hoc ſacro māduco / fret⁹ autoritate ipſi⁹ dn̄i. ¶ Probat idē cōfeſſio berengarij facta in generali cōcilio Nicolao papa p̄ſidēte: ⁊ habet̃ in ca. Ego berēgari⁹. de cōſe. diſ. ij. qua ait. Cōſentio ſancte romane eccl̄ie ⁊ apl̄ice ſedi: ⁊ ore ⁊ corde ꝓfiteor panē ⁊ vinū que in altari ponūtur: poſt cōſecrationē nō ſolū ſacramētū: ſed etiā verū corpus ⁊ ſanguinē dn̄i noſtri ieſu chriſti eſſe. ¶ Demū hanc veritatem vniuerſalis eccleſia (cuius poſt euangeliū nulla maior eſt autoritas) determinauit in cōcilio generali ſub Inno. iij. celebrato: vt habetur in. c. ffirmiter. de ſumma trinitate ⁊ fide catholica. vbi ḋr. Vna v̄o eſt fideliū vniuerſalis eccl̄ia: extra quam nullus oīno ſaluat̃: in qua idē ipſe ſacerdos eſt ⁊ ſacrificiū ieſus chriſt⁹: cui⁹ corpus ⁊ ſanguis ī ſacro altaris ſub ſpeciēb⁹ panis ⁊ vini veraciter ꝯtinet̃. ¶ M Hāc etiā veritatē Guilhel. parif. in tractatu ſolēni / quez de ſacris edidit in parte de ſacro euchariſtie. c. ſine partitiōe: ⁊ ſupra principiū perſuadet ex trib⁹ officijs / q̄ chriſtus ꝓ nobis ſuſcepit: ſcilꝫ p̄ſbyteri / aduocati ⁊ medici. Vn̄ quia in miſſa fit populi ſanctificatio: neceſſe eſt chriſtū vt ſacerdotē fideliſſimū intereſſe ꝓ expletione officij ſacerdotalis. Hoc em̄ exigit fidelitas ſacrificātis: vt aſſit cum ad ſacrificiū poſtulat̃ aduenire. Eſt aūt officiū ſacerdotale / ſacramētare ſiue ſanctificare: qḋ certe nō implet̃ niſi ꝑ hoſtiā / qua gratia ſanctificationis populo impetrat̃. Nulla aūt hoſtia eſt que poſſit ſcrificari ꝑpl̄s: niſi illa quā chriſtus in cruce obtulit / q̄ eſt ipſemet chriſtus / ſm ꝙ hō: ſicut dicit apl̄s ad Heb. ix. ꝙ ſemel in cōſummatione ſeculoꝝ ad deſtructionē peccatoꝝ per hoſtiam apparuit. Et ibidem. x. c. Sanctificati ſumus per oblationez ieſu chriſti ſemel. Neceſſe eſt igitur hūc venire ex officio ſacerdotali ſuſcepto ad ſacrificandū populū per hoſtiā. Non eſt autē chriſtus ſacerdos niſi in forma humana / ⁊ in eo ꝙ hō: igitur vt ſic preſentem ſe facit in altaris ſacro. Iuxta hunc modū: q: fidelis eſt noſter aduocatus: neceſſe habet intereſſe cauſe quā agendam ſuſcepit: quotiēs cauſa noſtra agitur: ⁊ p̄ſentia eius deſiderat̃. Cauſa aūt totius eccl̄ie in miſſa agit̃ ſcꝫ corā deo patre / ꝑ ſacerdotē tanq̄ꝫ

procuratorē. Necesse igitur habet interesse ⁊ causaꝫ agere hic noster aduocatus. Non est autē aduocatus: neqꝫ causam agit nisi inquantū homo: ergo inquantū homo necesse habet assistere ꝓcuratori sacerdoti: maxime quia causa ista nō agitur nisi per interpellationē: si nō nisi ex ore eius digna est suscipi ⁊ ꝑ munus qđ ipsemet est. Tertio qꝛ fidelis medicus/egrū quē curādū suscepit: habet visitare quotiēs hoc requirit infirmitas: ⁊ hoc cū vnguētis ⁊ medicinis que curationi eiusdem sunt necessaria. Quia igitur vnusquisqꝫ de ecclesia eger est: ⁊ medicatione indiget siue ad curationē: siue ad conseruationē: siue ad preseruationē: siue ad cōfortationē: ⁊ vnūquēqꝫ curādum mirabili miseratiōe suscepit: necesse habet ad curādum quotiēs opus erit: aduenire. Opus aūt est quotiēs de medicatiōe eius agitur: ⁊ sanationem eius intēditur. Quia ergo ad hoc missa agitur: ⁊ quicquid in ea fit: fit vt hmōi egro medicationis impendatur officiū ⁊ sanitatis beneficiū: necesse habet misse officio interesse: ⁊ hꝫ in eo ꝙ medicus: hoc est in forma humana/cū corpore suo qđ est velut antidotū solidissimū cōtra oēs humores noxios vitiorꝫ: ⁊ cū sanguine suo qui est velut syropus mulcebris ⁊ dulcissimus: ⁊ medicina liquida valēs cōtra oīa animarū languores atqꝫ vulnera: quorꝫ duorꝫ virtutes in ipsa dn̄ica passione potissimū claruerūt. Scd̄m hoc igitꝛ: quia venerādū corpus christi medicina est saluberrima: qua curātur quotidie nostre infirmitates: ⁊ sacramentū eius est placabilissimū quo lapsi deo patri recōciliamur ⁊ sanctificationis nostre est sacramētū sacratissimū/quo deo patri vt filij charissimi cōiungimur ⁊ incorporamur ⁊ cibus est nostre refectionis/quo in vita spūali subsistimus ⁊ solidamur: necesse est ipsius in missarum solēnijs in quib⁹ oīa ista peraguntꝛ sacratissimā ⁊ verissimā adesse presentiā. Nō em̄ sufficit designatio siue figuratio corporis istius viuifici ⁊ sanguinis ad ista ꝑdicta peragenda: sed necessario reqꝛrūt istius viuifici panis presentissimaꝫ veritatē. Neqꝫ em̄ figura: neqꝫ aliqua designatio medicine prestare pōt vllo modo salutē: sed sola ipsius presens veritas salutē facit. Silr̄ impossibile est ꝑ solā ⁊ inanē figurā ⁊ designationē sacrificij placari iratū: aut reconciliari offensum absqꝫ sacrificij veritate: silr̄ neqꝫ sacrari aut sanctificare possibile est quēqꝫ absqꝫ sacramēti veritate/cū sacramēti scꝫ sola figura. Eodē modo impossibile est aliquē refici/pasci aut potari sola figuratione panis ⁊ vini: alioqn̄ sufficerēt nobis figure ⁊ picture ad ista qtuor peragēda: ⁊ frustra laborarētꝛ circa missarū solēnia. Sufficerēt inquā picture sacrarū oblationū ⁊ sacrificiorū ad recōciliationē ⁊ placationē: figure panis ⁊ vini ad medicationē ⁊ refectionē. Hec aūt insania ad hoc deducit vt pictura diluuij sola sine veritate mūdū submergat: ⁊ pictura ignis quo mundus inferior cōflagrandus est: iam mundū exurat: atqꝫ pictura sola panis pascat atqꝫ reficiat: sic ⁊ pictura vini potet ⁊ inebriet: que certe nemo admittit cōpos rōnis. Venit autē in partē sic loquētium demētia: vt oīno nō distinguant quantū ad virtutē ⁊ efficaciā inter signa ⁊ res: inter figurā et veritatē: cū eandē virtutē attribuāt signis ⁊ veritati. Nimiū ergo desipiūt heretici atqꝫ fallūtur astruētes corpus christi nō realiter vere in sacramēto altaris cōtineri: sed dūtaxat in quadā designatione ⁊ figura/cōtra christi euangeliū ⁊ tot sanctorꝫ testimonia patrū: in quo elucet ipsorꝫ detestāda temeritas: ⁊ ꝓsumptio temeraria qua sensui ꝓprio ꝓterui innitūtur: sententiā suā maiorꝫ autoritatib⁹ preferēdo cōtra sapiētis exhortationē. Fili ne innitaris prudētie tue: neqꝫ sapiens sis apud temetipsum. Verū he ꝑsuasiones Guilhel. magis ostēdunt cōgruitatē corporalis ꝓsentie christi: ꝙ demōstrent assistētie necessitatē. ¶ N De eo dem etiā loquitꝛ Alber. in lib. de sa. pte. ij. Quid inqt/necesse est tantū facere apparatū pani ⁊ vino: nisi significarent corpus ⁊ sanguinē christi. Quid ad hoc ordinarentꝛ sacerdotes: cōsecrarentꝛ altaria: tēpla ac cetera que ad ritum ⁊ altaris cultum pertinēt: si nihil in his fieret nisi ꝙ panis benediceretur/qui corpus christi tm̄ significaret. Adhuc aūt adoratio ⁊ veneratio que fit a populo exhiberetꝛ creature. Sicqꝫ in omni missa idolatria cōmitteretur: qꝛ cult⁹ debitus creatori pure exhiberetꝛ creature: qđ nefariū est dicere. ¶ Quomodo etiā beatus Dionysius de hoc sacramēto loquēs/verbis vtitur que soli deo digne attribuūtur. Ait em̄ in de ecclesiastica hierarchia. c. iij. loquēs de venerabili eucharistie sacramēto. At vō pōtifex cū diuina munera laude ꝓsecutus fuerit: sacrosancta ⁊ augustissima mysteria cōficit: ⁊ q̄ ante laudauerat: venerādis operta ⁊ abdita signis in cōspectu agit: diuinaqꝫ munera reuerēter ostēdens/ad sacrā illorꝫ cōionē ⁊ ipse cōuertitꝛ: ⁊ reliquos vt cōicēt hortatꝛ. Et post multa. Describit em̄ pōtifex in his ferme sensibiliter muneribus in cōspectu dans christū iesum nostrā spiritalē vt in imaginibus vitā/ex diuinitatis occulte perfecta ⁊ inconfusa nostre mortalitatis assumptione clemētissime ꝓpietatē ex nobis accepisse: atqꝫ ad diuisibile nostrū sine mutatione sui ex vnitate naturali ꝓcessisse. Perqꝫ hāc beatificā clementiā ad participationē sui suorūqꝫ bonorꝫ inuitare genus humanum. Si tn̄ ipsius clemētie inseramur ipsaꝫ quātū fas est imitādo: sicqꝫ veraciter cōsortes dei/diuinorūqꝫ participes efficiamur. Hec Diony. ꝺm nouaꝫ trāslationē. In quibus satis patet eū sensisse dn̄m iesum christū in sacramēto realiter: sed opertū speciеb⁹ panis ⁊ vini cōtineri. ¶ O Ex omnib⁹ precedentib⁹ satis reor probatū esse hāc fidei nostre veritatē: ꝙ sub specieb⁹ panis ⁊ vini post cōsecrationē rite factā verū christi corp⁹/verusqꝫ eius sanguis/nō sicut in signo: sed in se realiter cōtinetur/cōtra dānatā heresim hāc veritatē negantiū. Neqꝫ pro eis facit qđ pro se adducūt: ꝙ em̄ hec vba christi/hoc est corpus meū: nō sint accipiēda sicut illa. Ego sum vitis vera. Aut sicut illa apli. Petra aūt erat christ⁹: satis supra declaratū est. Verba vō beati Aug. supra pro sua heresi allegata/magister dist. x. quarti determinat dicēs: Nō his negat Augu. corpus christi a fidelibus sumi vel esse in altari: sed his veritas aplos: ⁊ i eis nos instruxit/ꝙ ipsius corpus nō per partes discerptū vt putauerunt illi discipuli qui retroierūt: sed integrū: nec visibiliter in forma humana: sed nobis inuisibiliter sub forma panis et vini/corpus ⁊ sanguinē traderet. Quē sensum beatus Aug. cōfirmat dicēs. Ipsum quidē ⁊ nō ipsuꝫ corpus qđ videbatꝛ māducabatur: ipm inuisibiliter/nō ipm visibiliter. Itē etsi necesse est illud visibiliter celebrare: necesse est tn̄ inuisibiliter intelligi. Ita etiā intelligendū est corpus christi esse in vno loco/scꝫ visibiliter in forma humana: veritas tn̄ ei⁹. i. diuinitas vbiqꝫ est: veritas etiā eius. i. veruꝫ corpus in omni altari est vbicūqꝫ celebratꝛ. Sic etiā illud intelligēdū est. Pauperes semꝑ habebitis vobiscū: me autē nō semꝑ habebitis: ꝺm corporalē ꝓsentiā ꝺm quā cuꝫ eis cōuersabatꝛ. Silr̄ ⁊ illud/ꝙ hō est/in celo est visibiliter: inuisibiliter autē est in altari: qꝛ nō in forma humana apparet: sed forma panis ⁊ vini operitur. Vn̄ ⁊ inuisibilis eius caro dr̄ que vere est in altari: sꝫ quia nō in specie sua apparet: dr̄ inuisibilis. Ait em̄ Aug. Sacrificiū ecclesie duobus cōstat/visibili elemētorꝫ specie: ⁊ inuisibili dn̄i nostri iesu christi carne ⁊ sanguine: sacramēto ⁊ re sacramēti. i. corpe christi. Ecce inuisibilē dixit carnē christi: qꝛ forma panis operta sumitꝛ ⁊ tractatꝛ.

Prouerbiorꝫ. iij.

¶ Lectio. xl. A

OStēsa corporali presentia corporis christi sub specieb⁹ panis ad plationē forme sacramentalis: consequēter inquirēdū est qua mutatione incipit corp⁹ christi esse in sacramento. ¶ Circa qđ notandū/ꝙ q̄uis expresse tradatur in scriptura/ꝙ corpus christi veraciter sub specieb⁹ panis cōtinetur: ⁊ a fidelib⁹ sumitꝛ: vt patuit lectione precedēte: tn̄ quomodo ibi fit christi corpus: an

per cōuersionem

per cōuersionem alicuius in ipm: an sine conuersione inci-
piat esse corpus christi cū pane manentib⁹ substantia ⁊ ac-
cidentibus panis: nō inuenitur expressuz in canone biblie
Unde de hoc antiquitus fuerūt diuerse opiniones: vt reci-
tat magister dist. xj. quarti. Uñ colligunt tres opiniones
que habent. c. Cū marthe. in glo. extra de celebr. mis. ⁊ Jnn-
no. de offi. mis. parte. iij. c. xviij. easdem recitat. ¶ Una ꝙ
panis substātia manet simul cū corpore christi: ⁊ nihil pre-
existens ibi ante cōsecrationem desinit esse. ¶ Secūda te-
net ꝙ substātia q̄ fuit panis primo: postea est caro christi.
¶ Tertia tenet ꝙ substātia panis ibi desinit esse: ⁊ manēt
accidentia tantū / sapor / color / pondus / ⁊ similia: ⁊ sub his
accidentib⁹ incipit esse corpus christi. ¶ Quartā opinionē
addit magister vbi. s. ꝙ panis substātia nō cōuertit: sed an-
nihilatur: vel in preiacentem materiā resoluit. Sed nunc
opinio tertia ab oībus doctorib⁹ catholicis acceptat. scilz
ꝙ substātia panis nō manet: sed realiter veraciter in substā-
tiam corporis christi cōuertit transsubstantiat seu cōmuta-
tur. Tum q: de sacramentis tenenduz est sicut tenet sancta
romana ecclesia: vt habet de hereticis. ad abolendā. Nūc
aūt ipsa tenet ⁊ determinauit panez transsubstātiari in cor-
pus christi / ⁊ vinū in sanguinem: vt habet de sum. tri. ⁊ fi.
ca. Firmiter. vbi sic dicit: Ipse iesus christus sacerdos est
⁊ sacrificiū cui⁹ corpus ⁊ sanguis in sacro altaris sub specie-
bus panis ⁊ vini veraciter cōtinetur. Et sequit: Transsub-
stantiatis pane in corpus: ⁊ vino in sanguinem ptāte diui-
na. ¶ Ad idem sunt autoritates plurime sanctoꝝ: quarum
plures ca. precedente sunt allegate. Uñ eusebius emissen⁹
de cōse. dist. ij. Quia corpus. Inuisibilis inquit / sacerdos
visibiles creaturas in substantiā corporis sui ⁊ sanguinis
verbo suo secreta potestate cōuertit. Et sequit: Nouū tibi
locis replicato ꝓducūt duas formas vel vnā: etiā in duo-
bus locis: scḋm ꝙ determinant̄ a prima causa quantū ad in-
diuiduū: nec est magis īpossibile duas formas eiusdez spe-
ciei informare eandem materiā: ꝙ diuersas formas specifi-
cas informare eandē materiā: neutrū implicat cōtradictio-
nem. neutrū pōt natura nisi precedente miraculo: nec ipe-
dit ꝙ sunt diuersa agentia: q: diuerse cause etiā totales pos-
sunt causare eundē effectū: vt alibi declarat̄. ¶ Ad vltimū
dicit̄ ꝙ ꝯsequēs nō est impossibile: nā etiā naturaliter sine
miraculo: ignis paru⁹ ex cōbustibilib⁹ auget̄: nec deficeret
sed cresceret in infinitū si semꝑ adijcerent̄ cōbustibilia: nec
ideo sequit̄ ꝙ sit infinite ꝑfectionis in agendo: q: non pōt
in quācūq; resistentiā: q: quodcūq; cōbustibile quātūcūq;
paruū si fuerit maioris resistentie nō agit in ipm. Aucto au-
tem igne: auget̄ ⁊ eius actiua virt⁹: secus aūt si ignis nō au-
geretur. ¶ P Ex his ergo ptz ꝙ nullā cōtradictionē in-
[illegible] idem corp⁹ esse in diuersis locis circūscriptiue: non
plus q̄ esse in diuersis locis definitiue. ¶ Secundo ꝙ nō
oportet ꝙ oīa absoluta q̄ insunt siue vniunt̄ alicui in vno
loco: insint eidem in pluribꝰ locis si ipm ad plura loca re-
plicetur. Quod etiā duplici exemplo ostendit̄. Primū de
natura assumpta a verbo: nā scḋm opi. pene omniū: vnio na-
ture humane est simul vnioni accidentis ad subiectū: non
tamen in oīb⁹: ⁊ illa similitudine nō obstāte pōt verbū esse
alicubi: immo de facto vbiq;: ⁊ tñ natura humana assum-
pta nō est vbiq;: est ergo alicubi verbū: vbi non est natura
humana: Ergo eodem mō potest esse in ꝓposito: ꝙ subie-
ctum alicui⁹ forme sit in plurib⁹ locis: ⁊ forma solum infor-
met ipm in vno loco. Nec impedit illimitatio verbi: q: si-
cut verbū est simpliciter illimitatū: ita subiectū quodcun-
q; est illimitatū quantū ad potentiā obedientialem dei: et
quantū ad aliqua loca. ¶ Scḋm exemplū est: q: scḋm alios
corpus replicatū ad duo loca: habet duo vbi: ⁊ duas pre-
sentialitates ad illa: ⁊ tñ illa vbi: ⁊ presentialitates non re-
plicant̄ ad replicatiōez corporis locati. Sic corp⁹ christi exi-
stens in celo: pōt habere aliquod accidēs absolutū in celo
⁊ illo carere in sacro: q̄uis de facto oīa credit̄ habere in sa-
cramento: vt. s̄. habitū est. ¶ Tertio habet̄ ꝙ ꝓpter repli-
cationem eiusdē corporis ad diuersa loca: nō sequit̄ agens
naturale agere ꝑ distātiā improportionatā. nō eñ oportet
ꝙ si corpus vnū sit hic ⁊ rome: si hic approximat̄ ignis: ꝙ
generet calorē in roma. Nō eñ oportet calorē hic genitum
in illo corpore qđ est hic ⁊ rome: etiam inherere sibi rome:
etiā si calor replicaret̄ ⁊ esset hic ⁊ rome. Nō tñ ꝓduceretur
primo rome ab igne hic applicato: sed ꝓduceret̄ primo hic
⁊ esset rome ꝑ concomitantiā: nō ꝑ se ⁊ primo. Et tantū de
ista materia: que si nimis extensa est: veniā dabit adiuto-
rium scholasticū cui loquor. ¶ Q Restat videre de loca-
li motu corporis christi. Et primo vtrum corp⁹ christi locali-
ter mutet̄: dū vi cōsecrationis incipit esse sub specieb⁹ pa-
nis. ¶ Scḋo vtrū in hora consecrationis descendat locali-
ter de celis ꝑ media ad spēs sacramētales. ¶ Tertio vtruz
moueat̄ localiter motis specieb⁹. ⁊ si sic ꝑ quem moueatur.
¶ De primo est opinio quorundā vt scti Thome ⁊ Egidij
theo. rj. Recitat Scot⁹ dis. x. q. j. ꝙ corp⁹ christi incipit esse
in altari sine sui mutatiōe locali ꝓpter cōuersionē panis in
corpus christi; ⁊ ideo nō oportet corp⁹ christi in se mutari.
Sufficit eñ ꝙ aliquid mutet̄ in ipm: ad hoc ꝙ incipiat ibi
esse presens: q: vniuersaliter sicut genitū est vbi prius fuit
corruptū: nō ꝑ aliquā loci mutationē ꝓpriā geniti: ita illud
in qđ cōuersum est aliqđ: ꝑ cōuersionē est vbi prius cōuer-
sum fuit: ⁊ nō ꝑ mutationē loci ꝓpriā termini a quo. ¶ Sz
hec opinio satis supra reprobat̄: ꝑ hoc ꝙ cōuersio nō est rō
formalis corporis christi essendi sub spēb⁹ panis: vide. s̄. D
¶ Preterea p̄ntia corpis sub spēb⁹ panis pōt esse ꝑ se ter-
minus alicui⁹ mutatiōis ⁊ nō cōuersiōis: q: illa est ad sub-
stantiam corporis christi tanq̄ ad ꝑ se terminū: ergo nō ad
presentiā localē: cū eiusdē mutatiōis nō sint plures ꝑ se ter-
mini: nec pōt alia mutatio assignari: cui⁹ presentia localis
sit ꝑ se termin⁹ nisi mutatio localis: ergo. ¶ Itē si aliquod
corruptū cōuertit̄ in genitū: nō obstāte illa ꝯuersione: erit
ibi mutatio localis geniti: scḋm ockā. q. iij. vj. quodli. Sicut
eñ materia nō pōt habere nouā formā sine sui mutatione:
ita nec corp⁹ pōt habere nouū vbi qđ prius nō habuit sine
corporis illius mutatiōe. ¶ Nec valet si dicerēt: ꝙ corpus
christi nō est in loco imediate: sed mediantib⁹ specieb⁹ sub
quibus fuit substātia: ⁊ ita nō est ibi sicut in loco ꝓprio: q:
omne qđ cōpetit alicui mediante alio cui primo competit:
nō cōpetit illi nisi ꝓpter specialē vnionem ad alterū quam
prius non habuit. Sicut exēpli causa: ignis calefacit: quia
calefacere primo cōuenit calori qui informat ignem: ⁊ ita
calere cōuenit igni ꝓpter specialē vnionez caloris ad ignē.
Similiter verbū dicit̄ passum: q: passum prius cōuenit na-
ture humane q̄ vnit̄ verbo speciali vnione: sine qua verbū
nō diceretur passum. Sed vnio corporis christi nō est spe-
cialis ad species panis: nō eñ est alia nisi q̄ angeli ad cor-
pus cui assistit: sed si angelus esset presens speciebus: non
esset in loco specierum propter illas species: sed esset in lo-
co per suam substantiam definitiue: ⁊ si de nouo acquire-
ret locum illum: mutaretur localiter: ergo et corpus chri-
sti non est in loco per speciem tanq̄ per rationem forma-
lem. Et cum de nouo incipit esse sub speciebus: mutatur
localiter: quia acquirit locum quem prius non habuit.
¶ Item sicut existens in loco ita ꝙ vere et realiter totum
est in toto: ⁊ pars in parte: est in loco per se circūscriptiue:
ita existens sic in loco ꝙ totaliter vere ⁊ realiter est in to-

to/ꝛ totū in qualibet parte: eſt per ſe ꝛ vere in loco definitiue: ſic eſt de corpore chriſti: ergo nõ eſt in loco p ſpēs tantꝫ per rōnē formalē exiſtendi in loco. ¶ R. Ideo eſt alia opinio tenens ꝙ corpꝰ chriſti nõ ſit pñs ſacro de nouo ſine ſui mutatiõe ꝛ mutatiõe locali. ¶ Sed notandū ꝙ qñ corpus mouet̃ de loco quē deſerit: ad locū quem acquirit: ibi ſunt due mutatiões locales. Una depditiua loci quē relinquit. Alia acquiſitiua loci quē intrat: ꝛ ꝑ ꝯñs quattuoꝛ termini: qꝛ qlibet mutatio habet duos terminos: priuatiuū ꝛ poſitiuū. Prima eñ dictaꝝ mutationū eſt de termio poſitiuo ad terminū priuatiuū: qꝛ de eē in tali loco/ad nõ eſſe in tali loco. Scda ē de termio priuatiuo in terminū poſitiuū: ſcꝫ de nõ eſſe in loco a/ad eſſe in eo. Et ſi fit cū expulſiõe alterꝰ corpis extra terminū ad quē: ſunt ibi quattuoꝛ mutationes ꝛ octo termini: pꝫ/qꝛ eadē rō eſt de corpe expulſo ſic̃ de corpore expellente. Si vo moueret̃ corpꝰ aliqđ de loco ſuo: et nõ expelleret aliud de loco ad quē: ſicut in penetratiõe dimenſionū: tunc nõ erūt niſi due mutatiões pdicte. Si aūt corpꝰ nõ recedēs a priori loco fieret de nouo preſens alicui loco ſine expulſione exiſtentis in illo: tūc nõ eſt niſi vna mutatio acquiſitiua ꝛ nulla depditiua: cuiꝰ termini ſunt priuatio noui vbi/ꝛ acquiſitio eiꝰ. Mutat̃ eñ tale corpꝰ de non eſſe in loco a/ad eſſe in loco a. Nec aliter intelligibile eſt corpus eſſe vbi prius nõ fuit niſi aliquo hoꝝ modoꝝ. Cū autē corpꝰ chriſti incipiēs de nouo eſſe ſub ſacro/nõ deſerit locū in celo vbi prius fuerat: vel etiā in ſacro in alio altari cõſecrato: pꝫ ꝙ eſt preſens de nouo ꝑ ſui mutationē localē ſm vltimū modū dictū: ita ꝙ manēs pñs oñi loco: cui prius ſcꝫ ante hanc cõſecrationē fuit pñs: incipit de nouo eſſe pñs illis ſpeciebꝰ/quibꝰ prius nõ fuit pñs. ꝙ eñ nõ obſtāte cõſecratione maneat pñs in celo: pꝫ ꝑ beatū Aug. de cõſe. diſt. ij. Prima quidē. Donec ſeculū finiat̃ ſurſum eſt dñs. ꝛ hoc intelligendū ſm Sco. niſi placeret ex aliqua grā ſpeciali deſcēdere. Qđ nõ ponit̃ fieri ꝓpter veritatē euchariſtie: et rõnabiliter. Alioquin angelici ſpūs ꝛ aīe beate/ꝛ etiā oculi corpoꝝ iam glorificatoꝝ/priuarent̃ iocūdiſſima viſione glorioſiſſime humanitatis chriſti: in qua oēs (petro teſte) delectant̃. Priuarent̃ inquā huiõi humanitatis viſione/ſi a celo diſcederet ſub miſſarū celebratiõe: dum preſentē ſe faceret altaris ſacro. Nā ad viſionē intuitiuā rei (ſaltē in proprio genere) requirit̃ certa approximatio obiecti ꝛ potentie: q̃ in ꝓpoſito videret̃ nõ eſſe. Hoc aūt incõueniēs videt̃ ꝙ ꝓpter viatoꝝ ſalutē minuat̃ gaudiū ꝛ delectatio btõꝝ. Manens igit̃ in celo/fit pñs chriſti corpꝰ in altaris ſacro: cui prius nõ fuit pñs: ꝛ ita nõ ſine ſui mutatiõe. ¶ S. Sꝫ tunc eſt dubiū/qualis ſit illa mutatio: an debeat dici mutatio localis. Videt̃ ꝙ queſtio illa ſit de q̃d noīs termini: nā de re ſatis cõſtat: nā certū eſt ꝙ hec mutatio eſt ad locū ſpecierū ſacramentaliū tanꝗ̄ ad terminū. Acquirit eñ corpus chriſti hūc terminū de nouo ꝑ cõſecrationē ſacerdotalem. Cõſtat etiā ꝙ nõ deſerit nec depdit locū priorē: ſed manēs in loco in quo prius fuerat: acquirit nouū vbi/ ſcꝫ locū ſacramēti. Cõſtat ſimiliter ꝙ illa mutatio fit inſtātanee ꝛ nõ ſucceſſiue: puta tota ſimul in primo nõ eſſe ꝓlationis forme ex dictis lec. xlij. ¶ Ex quo pꝫ p̃mo/ꝙ nõ põt dici motus localis: qꝛ nõ eſt mutatio ſucceſſiua. Motus aūt cõnotat ſucceſſionē. Reſtat ergo ꝙ ſit mutatio localis vel alia cui nondū nomen impoſitum eſt. Si ergo mutatio localis diſtinguit quālibet trīū mutationū ſupradictarū indifferēter/ſcꝫ acquiſitiuā tm̄ vel depditiuā tm̄: vel acquiſitiuam ꝛ deperditiuā ſimul: ꝛ ſit eiꝰ quid noīs/mutatio ꝑ quā aliq̃d acquirit nouū locū: vel ꝑdit habitū: vel facit vtrūqꝫ ſimul ſic eſt mutatio localis: qꝛ prima pars q̃d noīs ſibi cõuenit. Si vo mutatio localis diſtinguit vtrūqꝫ ꝯiūctim: ꝛ neutrā parti ſeorſum: ſicut videt̃ dicere pħus. v. phyſi. Motꝰ eſt a ſubiecto in ſubiectū: tūc mutatio illa nõ erit mutatio localis: nec cõprehendit̃ ſub aliqua ſpecie mutatiõis a pħo poſita: nec mirū cū hec mutatio ſit ſupnaturalis/facta ſola diuina virtute/qualē nunꝗ̄ expertus eſt pħus: eo ꝙ doctrina pħi ad eam nõ pertigerat. Eſt ergo mutatio cui nomē impoſitū nõ eſt: qꝛ eñ naturaliter in locali mutatiõe nūꝗ̄ ſeparent̃ adinuicē mutatio depditiua loci ꝛ acquiſitiua: cū in locali mutatione mobile deſerit priorē locū ꝛ acquirit aliū: Ideo mutatio localis ex cõi vſu dicit vtrāqꝫ mutationem cõiunctim ꝛ neutrā ſeparatim: ꝛ licet ſint realiter diſtincte mutatiões: tñ noīa eas diſtincte ſeu ſeparate ſignificātia nõ ſunt impoſita. et ſic accipit mutationē localē Alex. Capiēdo tñ mutationē primo mõ eſt vere mutatio localis qꝛ vere acquirit nouū locū in quo prius nõ fuit: licet nõ ſit in eo cõmēſuratiue/ſed tñ definitiue: qꝛ totū corpus in toto: ꝛ totū in qualibet parte loci: nec tñ ideo minus vere eſt in loco ſpecierū/ꝗ̄ ſi eſſet ibi totū in toto; ꝛ pars in parte.

¶ Lectio. xlvij.

A

Conſequenter videndū eſt de duobꝰ dubijs alijs precedēti lectiõe motis. Quoꝝ primū eſt vtrū corpus chriſti in hora ꝯſecrationis deſcēdat localiter ꝑ mediū ad ſpēs ſacramēti altaris. Ad qđ plane dicit̃/licꝫ corpꝰ chriſti ad legitimā verboꝝ formaliū ꝓlationē/incipiat eſſe ſub ſpeciebꝰ panis/ꝑ ſui mutationē noui loci acquiſitiuā: nõ eñ mouet̃ deſcēdendo de celo ꝑ mediū vſqꝫ ad ſacramēti locū. Primū pꝫ ex declaratis lectiõe precedēti. Scdm ꝓbat̃ auctoritate beati Ioh. dam. dicētis: Quia cõſuetudo eſt hoībꝰ panē comedere ꝛ vinū bibere ꝛ aquā: cõiugauit eis eiꝰ diuinitatē: ꝛ fecit ea corpꝰ ꝛ ſanguinē eiꝰ. Nõ qm̄ ipm corpus qđ aſſumptū eſt de celo deſcēdat: ſed qm̄ ipſe panis ꝛ vinū trāſit in corpꝰ ꝛ ſanguinē xp̄i. Hec dam. Cū etiā innumera ſunt altaria in quibꝰ celebrat̃ ſacrū illud myſteriū: ſi moueretur ꝑ medios orbes celi ꝛ ſpheras elemētares ad ſingula huiõi altaria: corpꝰ chriſti eſſet in cõtinuo motu: ꝛ moueretur ad cõtrarias poſitionū differētias ſimul: ſcꝫ ad orientem ꝛ occidentē/meridiē ꝛ ſeptētrionē/ꝑ varietate ſitus altariū: qđ eſt abſurdū ꝛ ridiculoſum. Tenet eñ eccľia corpꝰ chriſti nullibi eſſe ꝗ̄ in celo ꝛ in altaris ſacro: niſi ex ſpeciali cauſa ꝛ gratia chriſtꝰ ſe vellet alicui oſtēdere. Quēadmodum legit̃ beato petro paſſionē declināti extra romā poſt ſuā aſcenſionē occurriſſe: ꝛ querēti: Dñe/quo vadis. rndiſſe: Vado romā iterū crucifigi. ¶ B Sed dicis cū corpꝰ chriſti ante cõſecrationē eſt in celo: quõ facta cõſecratione põt venire ad ſacramēti locū/ et nõ moueri: vel inſtātanee mutari ꝑ mediū qđ eſt inter celū empyreū ꝛ ſacri locū: non eñ videt̃ intelligibile. ¶ Ad hoc dicēdū ꝙ imaginatio huius dubij ꝓcedit: ac ſi locus corporis in celo eſſet terminꝰ a quo inciperet motꝰ vel mutatio corporis chriſti ad locū ſacramēti: qđ nõ ita eſt. Nā exiſtētia corporis chriſti in celo nihil facit ad hoc ꝙ corpus chriſti incipiat eſſe in ſacro. Eque eñ inciperet in ſacro eſſe ad legitimā forme ꝓlatiõem/ſi corpus chriſti nõ eſſet in celo. Falſa eñ eſt illa imaginatio que imaginat̃ ꝙ cū corpꝰ chriſti incipit eſſe in ſacramēto: de aliquo loco in quo eſt ſua naturali cõſiſtētia: veniat ad locū ſacramēti ꝑ media intercepta. Sed quodcūqꝫ corpꝰ exñs in certo loco poteſt deus imediate ponere in alio loco/abſqꝫ hoc ꝙ relinquat priorem locū: ꝛ abſqꝫ hoc ꝙ mutet̃ ꝑ medium. Sicut eñ deus poteſt rem que nõ eſt actu/de nouo producere in loco quo voluerit: abſqꝫ hoc ꝙ de alio loco veniat ſeu moueat̃: ita poteſt corpus actu exiſtens in loco ponere immediate in loco alio quo placuerit abſqꝫ hoc ꝙ moueatur de priori loco per mediū. Nec ſecūdū maius eſt vel difficilius primo. ¶ Ex hoc eñ ꝙ rem actu produxit: nõ eſt factus impotēs vt minus poſſit circa rem producere ꝗ̄ potuit prius ꝗ̄ produxit. Deus ergo qui vocat ea que non ſunt: ſicut ea que ſunt. Etiam ea que ſunt vocat quocunqꝫ voluerit: vt ibi ſint primo ꝛ immediate/ſicut ea que non ſunt: ꝛ per conſequens non per motum eius per loca media. Ordo eñ in mouentibꝰ creatis conſtitutus naturalis: quo mouens creatū nõ poteſt mouere mobile de extremo in extremū/niſi relicto priori loco moueat per mediū: non cõſtringit oīpotentiā dei. Eadem naqꝫ potentia: que põt vnū corpus ponere ad diuerſa loca ſimul: põt etiā cor

pus ponere in loco quo voluerit: vt ibi sit statim ꝛ immedia
te sine eiꝰ motu ꝑ quodcūq; mediū/etiā siue aliqđ in ipsuꝫ
cōuertaꝛ siue nō. Ita eñ pōt me hic manentem immediate
ponere in roma/absq; cōuersione alicuiꝰ rei rome existētis
in me sicut cū cōuersione. Cōuersio eñ (vt.s.dictū est lec.
precedenti D.) nō est ratio formalis alicui existēdi in loco
cōuersi. Statuit itaq; summꝰ sacerdos christi vt legitime ꝓ
latis verbis cōsecrationis/sub specieb' panis ꝛ vini p̄sens
sit verū corpus suū ꝛ sanguis: nō curādo vbicūq; sit in cōsi
stentia naturali. nihil siquidem ꝓmouet: nihil impedit eiꝰ
existentia naturalis ad hoc ꝙ sit sub sacramēto: sed ꝑ virtu
tem cōsecratiōis quasi de nouo oritur siue creaꝛ christi cor
pus sub specieb'. ℂ E Unde tenet Sco. q. iiij. dist. x. lib.
iiij. ꝙ existētia corporis christi sub sacramēto nō necessario
presupponit eiꝰ existentiā sub mō naturali: q2 illa nō depē
det ab ista. Est eñ existētia indifferēs ad oēm modū existen
tie: ergo saluari pōt in vno mō sine alio: pōt ergo corpꝰ chri
sti esse mō sacramentali/ꝛ nullibi esse mō naturali. ℂ Pre
terea existentia sub mō naturali nō est de essentia existentie
sub mō sacramētali: nec est eiꝰ causa: ergo ista nō dependet
ab illa. Primū ꝓꝫ: q2 res eucharistie nō habet in sacramen
to modū naturalē sꝫ extensiuū. Haberet aūt si modus na
turalis esset de essentia illiꝰ existētie sacramētalis: q2 qđ est
de essentia alicuiꝰ: nō pōt ab eo separari. Secūdum ꝓꝫ: q2
deus est causa existētie sacramētalis. Deꝰ eñ est causa imedia
ta/ꝙ corpꝰ christi est sub specieb' sacralib': ꝛ nō corpus in
existētia naturali. Ex hoc Sco. vbi. s. infert duo correlaria
ℂ Primū: añ icarnationē christi/potuit eucharistia fuisse
ita vera sicut nunc: tam quantū ad significationē/ꝙ quan
tum ad rem signatā ꝛ ꝯtentā. ℂ Scōm ꝙ post incarnatio
nem posset corpus christi desinere esse sub mō naturali: et
tamen in eucharistia vere manere quātū ad veritatē signi
ꝛ signati ac cōtenti. Utrūq; patet: q2 ad corpus christi reali
ter cōtineri in eucharistia: nō necessario sequiꝛ corpꝰ illud
habere existentiam mō naturali: ergo primū potuit fieri si
ne secūdo: siue precedēdo siue remanendo post destructio
nem illiꝰ secūdi. Ubicūq; eñ res pōt habere esse verū ꝛ rea
le: ibi postꝙ nō fuit/ pōt ꝓduci ꝛ incipere simpliciter esse.
Corpus aūt christi in sacramēto habet verū ꝛ reale esse: er
go si nō esset posset ibi sub illo mō existendi ꝓduci ꝛ incipe
re esse simpliciter: licet nullibi esset sub alio modo essendi.
ℂ D Unū si deꝰ instituisset sacrm illud sub eadeꝫ efficacia
ante incarnationeꝫ christi/qua post incarnationē instituit
ad legitimā verborꝫ ꝓlationē: ita tūc sub specieb' panis fuis
set verū ꝛ idem corpꝰ christi illud qđ nūc sumptū est de vir
gine sicut mō: fuisset eñ tūc eadē materia corpis xp̄i/eadē
aia/eadē vnio verbi q̄ nūc est. Illa tātū fuisset differentia:
q2 tunc ad ꝓlationē verborꝫ/corpꝰ christi fuisset de nouo ꝓ
ductū: ꝛ incepisset esse simplr. Nūc aūt nō de nouo ꝓduciꝛ
nec incipit simplr esse: sed incipit esse ibi in sacro. Sic etiā
si corpꝰ christi simpliciter nūc desineret esse: ita ꝙ nec esset
in existentia naturali nec sacramētali: ꝛ sacerdos legitime
celebraret: iam de nouo inciperet esse simpliciter sub sa
cramento: et de nouo ꝓduceret; ac verbū de nouo incarna
retur: sicut eñ semel incarnatū est verbū/ꝛ ꝑ certo tpe ex
virgine: ita potuit prius vel posteriꝰ incarnari: ꝛ idē corpꝰ
assumere ꝗ nō ex virgīe. qđ eñ potuit prius vel posteriꝰ in
carnari/certū est: cū nullū tēpus necessitet eternū. Omne
eñ tempꝰ deus posuit in sua ꝑtāte/quātū ad omē opus tē
porale. Qđ aliūde ꝙ ex virgine/ꝓꝫ: q2 nihil sumpsit ex vir
gine nisi materiā corpulēte substātie: hec aūt materie por
[illegible] fuit prius ꝙ virgo. nam tota materia in pricipio simul
ꝓducta est: nec est gnabilis: nec corruptibilis: nec augmen
tabilis: nec diminuibilis. Poterat ergo illā portionem ma
terie prius ꝙ fuerat virgo vbicūq; fuerat/a sua forma sub
stantiali separare: ꝛ eā aia intellectiua eadē qua nūc aiare:
ꝛ ita corpꝰ humanū idip̄m qđ nunc est: q2 eandē materiā et
formā assumere: ꝛ hoc vel sub mō existendi sacramētali vel
sub existentia naturali: ꝛ in tale corpus sic de nouo forma
tum potest ꝛ potuit cōuertere panis substantiā. Ita eñ po
test panem cōuertere in nō existens ante cōuersionē: ꝛ ipsa
cōuersione ꝓductū (sicut ꝓꝫ in cōuersione naturali aeris
in aquā/ꝛ aque in vinū in vite) sic pōt cōuertere panem in
actu existens. Nō eñ plus requiriꝛ ad cōuersionē: nisi ꝙ
vterq; terminꝰ cōuersiōis sit in plena ꝑtāte cōuertētis quā
tum ad esse ꝛ nō esse: sic aūt oia possibilia existentia ꝛ non
existentia sunt in ꝑtāte diuina. Nec in casu quo prius esset
sub existentia sacramentali ꝛ post/ꝓduceret sub existētia
naturali/simpliciter inciperet esse sub existentia naturali:
nec simpliciter ꝓduceret: q2 iam vere esset ꝓductū sub alia
existentia sub qua vere est: sicut ꝛ nunc nō ꝓduciꝛ simplici
ter sub eucharistia: ex quo prius est sub naturali existentia.
Silr si manens in sacro desineret esse in cōsistentia natura
li: nō simpliciter desineret: licet desineret sub isto mō existē
di: cōformiter ad predicta de corpore christi in cruce/sepul
cro/ꝛ in sacramēto/si reseruatū fuisset in triduo. Nō ergo
sequiꝛ ꝙ res incipiat priꝰ ꝙ incipiat: aut esse desinat postꝙ
desierit. ℂ E Sed diceres: non obstante ꝙ fuisset corpus
christi in eucharistia: potuisset nihilominꝰ fuisse formatum
de sanguinib' virginis sub mō existendi naturali/ꝛ ita assu
mi: ꝛ sic verbū incarnari postꝙ fuit incarnatū in euchari
stia: ꝛ sic incarnari postꝙ fuit incarnatum: qđ est impossibi
le. ℂ Ad illud dicit Scotus possibile fuisse illud corpus
fuisse formatum de sanguinibus virginis sub modo essen
di naturali: nō obstante ꝙ eucharistia vera precessisset: sed
illa formatio nō fuisset tunc inceptio corporis nisi ſm qd:
q2 prehabet esse simpliciter in eucharistia. ℂ Sed diceres
quō poterat corpus iam aiatum aia intellectiua ꝛ ꝑfectuꝫ
formari de sanguinib' virginis inanimatis: cū corpori chri
sti ꝑfecto nō possit fieri additio. Ad huiꝰ intelligētiā (vt mi
hi videꝛ) aduertendū primo/ꝙ si in eucharistia fuisset idē
corpus qđ nūc/ante incarnationē ex virgine/ꝛ postea incar
natū ex virgine: necesse fuit eandem materiā in eucharistia
substare anime intellectiue christi: ꝛ in virgine substare for
me sanguinis. eandē dico numero: alioquin nō fuisset idē
corpꝰ qđ nunc. Materia eñ corporis christi q̄ nūc substat
aie christi: substeterat forme sanguinis in virgine. Cū ergo
ſm premissa lectiōe prima/eadē materia numero pōt repli
cari ad diuersa loca sine replicatione forme: immo in diuer
sis pōt locis substare diuersis formis. In casu nostro po
tuit forma sanguinis in virgīe in ea parte materie qua erat
eadē in eucharistia corrūpi: ꝛ aia christi q̄ informabat ma
teriā eādē in eucharistia: etiā eā incipere iformare in vtero
virginis: ꝛ eā vt ibi viuificare: ꝛ ꝑ iuxtapositioneꝫ partis
materie que steterat sub forma nutrimēti augmētari: ꝛ aia
christi eādē materie partē vt ibi etiā informare: ꝛ ita cresce
re vt ibi ꝛ nasci tandeꝫ ꝛ lactari ꝛc̄. Unū oportet imaginari
ꝙ tota materia corporis chr̄i sub eucharistia/extra euchari
stiā sub naturali existētia sit multiplr diuisa: ꝑtim substans
forme sanguīs in v̄gie: ꝑtim forme nutrimēti iā assumpti a
v̄gie/ꝯuertēdi in sanguieꝫ: ꝑtim forme alterꝰ rei in cibū cō
uertende: ꝛ aliquādo a virgine sumende. Quas lꝫ simul iā
ctas/informat aia christi in sacro: non tñ informat simul in
virgine ꝛ alibi vbicūq; fuerit replicata ac diuisa. Informa
bit tñ successiue dū iuxtaponunꝛ portioni materie in virgi
ne: vl post natiuitatē extra in corpore nati. successiue inquā
donec informet oēs materie partes in naturali existentia:
quas simul informat in eucharistia. Et licet in illis trāsmu
tationibus multe forme substantiales corrumpuntur: vt
forma sanguinis/nutrimēti/cibi ꝛc̄. nulla tamen noua for
ma producitur: sed anima christi eadem in eucharistia du
dum creata/successiue informabit singulas materie par
tes extra/quas informat simul in eucharistia. Sic ergo
corpus christi iam existens in sacramento potest concipi
in virgine/crescere/nasci/nutriri ꝛc̄. non accipiendo no
uum esse: quia quicquid accipit ibi/prius habet in eucha
ristia: sed accipiet nouuꝫ modum essendi siue de nouo esse
ibi. Et est aliquo modo simile si christus instituisset eucha
ristiam statim post conceptionē eiꝰ in vtero: licet tunc cre
sceret: nutrireꝛ corpus in vtero; ꝛ post natiuitatem in cons

sistentia naturali: nō tñ oportet ꝙ ibi mutaret̃ in sacramen
to: vt. s. dictū est: si reseruatū fuisset in triduo. Cui nō pla
cet modus ille: querat alium: libens eñ cedo suie seniori.
¶ F Mira sunt hec: ⁊ extra nature ordinē cōstituta: sed
nō tam admiranda in his infinita dei virtus ⁊ potentia: ꝙ
immensa ipsius benignitas ⁊ misericordia: qua adhuc lo
quentib⁹ sacerdotib⁹ ⁊ corpus suū aduenire postulantib⁹:
nō voce fragili: sed facto respōdet efficaci: Ecce assum: nec
raptim suā exhibet presentiā quēadmodū suis discipulis
apparuisse legit̃ post resurrectionē: ac ipsis sensus in eū fi
gere volentib⁹ subito disparuit. Nō vtiq̃ sic suā presentiā
in hoc venerabili exhibet sacramēto: quinimo manducan
dus expectat: ⁊ se digne māducanti vitā ꝓmittit eternam.

Joh. vj.

Si quis inquit māducauerit ex hoc pane: viuet in eternū.
Mirandū ꝙ semel venit filius dei ꝓ mūdi salute: carnem
suā crucifixioni: sanguinē suū effusioni expositur⁹. Quoti
die se presentat: eandē suā carnē comestioni: ⁊ eundē fusuz
sanguinem potationi: ad refectionē aīe fideliū in eternū vi
cture: amore ineffabili traditur⁹. Hinc plus fideli assurgen
dū est: ⁊ mente deuotissima in gratiarū actionē prumpen
dum/ ꝓ tāto diuine misericordie exhibito bñficio: ꝙ suspē
dendū in admirationē ex infinite potentie ⁊ virtutis facto
miraculo. ¶ G Videt̃ tamē sonare cōtra predicta verbū
beati Greg. iiij. dialo. li. c. l. et in homel. paschali. ⁊ habetur
de cōse. dist. ij. Quid sit sanguis. Quis (inquit) fideliū du
bium habere possit in ipsa imolationis hora ad sacerdotis
vocem celos aperiri. In illo iesu christi mysterio angeloꝝ
choros adesse: suprema ⁊ ima sociari: vnūq̃ ex visibilib⁹ et
inuisibilib⁹ fieri. Ex quib⁹ verbis videt̃ corp⁹ de celo descē
dere/ ⁊ terrene materie sociari: qḋ obuiat supradictis. Ad
hec tripliciter respōdet̃. Uno mō ꝙ verba illa Greg. nō di
cūtur accipi ꝓprie in eo sensu/ quem ſm primariā institutio
nem generāt: q: celi in cōsecratione eucharistie minime rū
puntur aut diuidunt̃: Sed dicta sunt per quandā tropum
ad eleuationē mentis in deū: vt dū mens audit corp⁹ chri
sti qḋ in celo residet in summa ptāte ⁊ gloria: ad vocē sacer
doris presens altarib⁹ fieri: sursum rapia in cōtemplatio
nem diuine misericordie ⁊ pietatis: reuerētiā exhibeat de
bitā cū sui humiliatiōe in ꝯspectu tante maiestatis. Dicunt̃
aūt celi aperiri in hora cōsecrationis: q: ꝑ illud qḋ ꝓverba
sacerdotis cōficit̃ ⁊ cōsecrat̃: aditus ad celestia fidelib⁹ ꝑpa
tur. Hoc quippe corpus christi est peregrinātiū cib⁹ ⁊ via
ticū: in cui⁹ fortitudine ambulant vsq̃ ad montē heredita
tis dei: cui⁹ ꝑ hūc cibū certissimū pign⁹ dat̃. ¶ Uel secūdo
dicunt̃ celi aperiri in imolatiōis hora: q: ad vocē sacerdo
tis panis q̃ in ei⁹ manib⁹ tenet̃: in id qḋ in celis est/ trāssub
stantiat̃. Hos duos modos tāgit glo. in ca. allega. ¶ Uel
tertio vt exponit Bern. sup magnificat. Dicūtur inquit/ in
tali hora celi aperiri/ nō ꝑ fractionē: sꝫ per spūalē influētiā

Esaie. lx
iiij.

qualiter optabat ꝓpha dicēs: Utinā dirūperes celos ⁊ de
scenderes. Et iterū: Rorate celi desup. Sicut legit̃ dalilā

Eiusdez
xlv.

de samsone dixisse: Nūc aperuit mihi cor suū. Nō vtiq̃ per

Judicū
xvj.

partiū cordis diuisionē: sed ꝑ secreti cordis reuelationem.
Sic in ꝓposito celi dicunt̃ aperiri: q: celestia nobis secre
ta ⁊ occulta manifestant̃ in corpore christi: ꝑ qḋ spūalium
grāuū/ ⁊ celestiū charismatū dona exuberāter nobis egen
tibus largiunt̃. Et ſm oēs tres expositiōes itelligi pōt qḋ
sequit̃: Summa imis sociant̃. Iuxta pmā sociant̃ ima sum
mis. i. hoies mortales beatis: q: hoc sacro medio/ hoies ad
beitudinē ꝑducunt̃. Iuxta scḋaꝫ sociant̃ summa imis. i. di
uinissimū corp⁹ christi speciebus corruptibilib⁹ vini ⁊ panis.
Iuxta tertiā sociant̃ ima summis. i. viatores triūphātibus
iam in celis/ ꝓ quanto cōnectunt̃ in vno christi capite ibi
⁊ hic presente. ¶ H Restat nūc tertiū videre/ scꝫ vtrum
corp⁹ christi moueat̃ motis speciebus: ⁊ si sic/ an moueat̃ vir
tute sacerdotis hostiā mouētis: an ab aliqua superiore po
tentia. ¶ Quoad primū in ꝓposito solū est intētio de mo
tu locali siue ad vbi: q: de motu ad formā absolutā substan
tialē vel accidētalem satis ptꝫ ex predictis: Accipio etiam
motū localem extensiue pro omni mutatione diuisibili vel
indiuisibili: hoc est successiua vel instātanea/ qua acquirit̃
nouū vbi/ siue nouus locus: siue mobile sit in loco circum
scriptiue vel definitiue. ¶ Item aliqḋ esse sic mobile pōt
intelligi vel ꝑ se ⁊ primo: alio mō ꝑ accñs vel cōcomitāter
Per se ⁊ primo mouet̃: qḋ moueret̃ etiā nullo alio qḋ non
est pars ei⁹/ sic moto. Sed ꝑ accidēs ⁊ cōcomitāter/ quod
mouet̃ ad motū alteri⁹ quod nō est pars ei⁹: quo nō moto/
ipm nō moueret̃. Est ergo oīm snia ꝙ motis speciebus cor
poris christi cōtinentib⁹/ mouet̃ ⁊ corpus christi. Qḋ ptꝫ:
q: motis speciebus localiter/ corp⁹ christi fit ꝑñs alij loco: scꝫ
loco specierū ad quē mouet̃: cui prius nō fuit presens: ⁊ ita
mouet̃ localiter: motis etiā nobis mouent̃ oīa q̃ in nobis
sunt. Sicut ergo aīa intellectiua mouet̃ ad motū corporis
ita mouet̃ corp⁹ christi ad motū sacramēti ꝯtinētis. ¶ Sꝫ
sunt q̃ tenēt ꝙ corp⁹ christi vt in sacramēto nō pōt moueri
ꝑ se primo: sed tm̄ ꝑ accñs ad motū specierū. Cōtra quos
Sco. ⁊ Ockā tenēt oppositū/ scꝫ ꝙ pōt moueri primo ⁊ ꝑ
se: capiēdo moueri sic extense sicut dictū est. Ratio est: q:
quicquid ꝑ se pōt ⁊ imediate esse in loco circūscriptiue vel
definitiue ꝑ se est mobile. Nunc aūt corp⁹ christi pōt esse in
loco specierū ꝑ se ⁊ imediate: ⁊ ita ꝑ se ⁊ imediate moueri.
Nō eñ est in loco formaliter ꝑ spēs panis sub quib⁹ cōtine
tur: q: ad hoc ꝙ sit in loco ambiente species/ nō est simpli
citer necessariū ꝙ sit presens speciebus: sed tantū ex ordina
tione diuina: de qua certificata est ecclia. Posset eñ de⁹ de
potētia sua absoluta corp⁹ suū facere isto mō ꝑñs aeri con
tinenti spēs destructis speciebus: ⁊ successiue nūc vni parti
aeris nūc alteri: ⁊ corp⁹ suū absq̃ speciebus trāsferre de loco
hostie/ ad quācūq̃ partē vniuersi: ⁊ semꝑ sub eodē mō exi
stendi definitiue cū alio corpore replente locū sicut mō cū
speciebus: mouet̃ ergo corp⁹ christi motis speciebus primo et
immediate. ¶ I Sed a quo/ an a sacerdote mouēte spe
cies. Hic dicit doctor subtilis. q. v. dist. x. li. iiij. ꝙ isto motu
nō mouet̃ nisi a solo deo imediate/ ⁊ nō a sacerdote mouē
te spēs: rationē hanc assignans: Quia qñ aliqua cōiungū
tur precise ꝑ actū voluntatis cōtingenter se habētis ad illā
cōiūctionē: si vnū illoꝝ sit mobile ſm se oīno improportio
natū alicui mouēti ipm: nō eadē motiōe pōt mouere vtrūq̃
cōiunctoꝝ: q: si mouet vnū qḋ est sibi ꝓportionatū: nō pro
pter hoc ꝑ accidēs mouet reliquū: q: reliquū non est ꝑñs
isti moto: nec vt actus potētie: nec ecōuerso. nec ex alia ne
cessitate naturali: sicut graue est presens cui innit̃: ⁊ ꝓpter
hoc simul mouet̃ cū illo: sed tantūmō sibi est presens vo
luntate cōtingenter se habente ad illā cōiūctionē/ que per
cōsequēs pōt nō velle cōiunctionē illā: stante tamen motio
ne alterius illoꝝ. Exēplū: Si angelus volūtarie faceret se
presentē lapidi. Si moueo lapidē: nō ꝓpter hoc moueo an
gelū: q: nec est mobilis a virtute mea ꝑ se ⁊ ꝑ accidens: q:
nec est forma nec pars alicui⁹ mobilis a me per se. Si ergo
esset presens lapidi moto a me ⁊ termino motus: hoc non
esset per actū meū: sed per actionē suā ꝓpriā/ qua faceret se
presentē illi. Eodē modo in ꝓposito: cū corp⁹ christi sit pre
sens speciei tantū ꝑ actū voluntatis diuine: Si facio spēm
nouū habere vbi seu locū: ꝑ illā motionē nō erit sibi corp⁹
christi: q: nullo modo subest presentialitas illius corporis
neq̃ noua: neq̃ antiqua potestati mee. Nec etiā ꝑ accidēs:
q: nec est forma: nec pars illi⁹ qḋ subest mee motioni. Nec
cōtrariatur hec regula: Motis nobis mouent̃ que in no
bis sunt: q: nō dicit a quo moueat̃: stat ergo adhuc regula
q: mouet̃ quidem motis speciebus sed a deo: nō a mouente
species. Non tamen necessario motis speciebus mouetur
a deo: sed regula intelligitur de his que in nobis sunt ꝑ
aliquā naturalem habitudinem vel colligantiam que nō
est in proposito. Ex illo patet ꝙ ita motio corporis christi
ad motionem specierum est miraculosa. An autem sit no
uum miraculum an antiquum/ quo dominus constituit
ꝙ corpus illud sit in loco specierū: dicatur vt supra lec. xlv.
¶ K Et licet que dicta sunt/ vera sint quantum ad sacer
dotem celebrantem: ꝙ ille nec alius homo mouens spe
cies ad aliud vbi/ moueat corpus christi: sed mouet̃ imme

diate a deo: tamen quātū ad aīam christi tenet Guil. ochā
contrarium. vñ tenet φ possit moueri ab aīa christi. Qd sic
pbat/qm aliquid habet modū essendi cōuenientē mobili:
τ modū essendi cōuenientē mouēti: nō est incōueniens il-
lud mouere τ aliud moueri. Corp⁹ aūt christi habet modū
essendi in sacro cōuenientē mobili: τ aīa eius modū cōue
nientē mouenti/saltem quantū ad potentiā nō organicā.
Vñ sicut angelus pōt se mouere in loco: ita τ aīa intellecti
ua pōt mouere corpus suū siue habeat modū quātitatiuū
siue nō. Vñ dicit ille doctor/φ aīa christi pōt corpus suum
mouere in celo organice/eo φ ibi est circumscriptiue: in sa-
cramento pōt corp⁹ suū nō organice. ¶ Ad cui⁹ intellectuz
notandū φ est duplex potentia mouēdi corpus organicuz
organica scz τ non organica. Potentia organica est que in
sua opatione vtit organo corporali: ita φ sine illo opatio-
nem hmōi pficere nō pōt: vt est potētia sensitiua. Potētia
motiua motu pgressiuo. Per oppositū potentia non orga
nica: vt volūtas τ intellect⁹. Mouere aūt organice est mo
uere primo vnā partem corporis: τ p illā aliā distantem a
priori: sicut cōtingit in motu aīalium/φ primo mouet cor:
deinde pars cordi ppinquior: τ p illā alia/τ sic deinceps: si
cut est videre in motu cōposito ex pulsu τ tractu. Moue-
re nō organice est mouere eque primo totū τ partē. ¶ Aīa
ergo christi corpus suū in eucharistia nō pōt mouere orga
nice: qz cū totū corpus τ oēs partes sue sunt simul: nec vna
pars ab alia distat localiter: nō pōt vnā mouere p aliā: sed
oēs eque pmo. Potest aīa christi velle τ credit φ de facto
velit corpus suū mouere ad motū hostie pp̄ter cōformitatē
volūtatis sue ad voluntatem diuinā: qua vult corp⁹ ad mo
tum hostie moueri. Sic ergo volēdo: si moueat hostia/mo
uet tunc corpus suū: nō organice/qz totū simul: eo mō quo
est sub hostia tanq̄ causa partialis/cōcurrendo cū deo cau
sa principali. Si vo aīa christi suspenderet volūtatem suā
in hmōi motione: tunc corpus suū a solo deo moueret ad
motū hostie: immo si nō esset cōtraria ordinatio dei volen
tis corpus illud esse vbi est hostia seu spēs: posset aīa cor-
pus suū mouere quiescente hostia: τ econuerso/quiescere
mota hostia. τ per hoc se separare ab hostia: τ in tali motu
esset causa partialis concurrens cum deo ad hmōi motuz.
¶ L. Ex illis ptz primo φ mota hostia: corp⁹ christi mo-
uetur. Scdo φ nō mouet a sacerdote hostiā mouēte: neqz
per se: neqz per accidēs. Tertio φ sic mouet a volūtate di-
uina statuente τ ordināte: φ facta cōuersione panis in cor-
pus christi/ipm corp⁹ a specieb⁹ nō separat donec mānserint
in ea dispositiōe qua cōseruassent panis sbām/si cōuer-
sio nō fuisset. Quarto φ sic a solo deo mouet nulla cōcur-
rente creatura sm opi. scoti. Sed sm opi. ochā concurrere
potest aīa christi/q̄ habet dñium sup corp⁹ suū: etiā sm illū
modū essēdi in sacramento. Quinto φ corp⁹ christi sic mo-
uetur p se primo τ nō p accidens ad motū hostie: siue a so-
lo deo: siue a deo aīa christi cū deo concurrente: φ φ posset
sic a deo τ aīa christi moueri ad aliū locū hostia quiescēte.
Et tantum de his que concernunt predicamentum vbi.
¶ M. Quantū nūc ad predicamentū qñ/videndū esset:
quādo corp⁹ christi esset in sacramēto: verū p aliquo instā-
ti simul sint sub specieb⁹ sbā panis τ corpus xp̄i. Item qñ
desinit ibi esse corp⁹ christi. De primis duob⁹ dictū est supra
lec. xlij. τ lec. xl. De tertio dicendi locus aptior occurret dū
de sumptiōe hui⁹ sacramēti tractabit. ¶ Ideo his omissis
videndū est de vltimo hui⁹ partis: scz verū verba consecra
tionis formā integrantia/habeant aliquā virtutez effecti-
uā naturalez vel supnaturalem respectu presentie corpo
ris christi: qua videlicet effectiue cōuertant panem in cor-
pus christi: faciantqz corp⁹ christi realiter esse presens alta-
ris sacramento. Et hic quidē cōcors est doctorz sniā/φ con
secrationis verba nihil horū efficiant ex naturali sua virtu
te sue pprietate. Cū em̄ verba ista nihil aliud sunt q̄ voces
prolate ab ore pferentis: nullā habent naturalem virtutem
nisi immutatiuā auditus ad sui apprehēsionē: sicut quicūqz
alius son⁹. Naturale em̄ est cuilibet obiecto cuiuslis potē
tie apprehensiue/ipsam ad sui cognitionem vel apprehen
sionez immutare. Sicut albedini naturale est: vt reducat po
tentiā visiuam (ceteris parib⁹) ad actū se videndi. Sic so-
no cōuenit vt imutet auditū ad sui auditionē ad apprehē-
sionem: τ hoc respectu cuiuslibet audit⁹ bene dispositi. Et
si preter hoc/etiā intellectū immutet ad apprehensionē re
rum p ipas voces significatarū: id nō cōuenit eis p naturā
ppriā: sed ex impositione aut bñplacito instituētis: in cui⁹
signū hunc effectū imutandi nō habent respectu cuiuslibz
audientis voces ipas: sed tm̄ respectu ei⁹ cui nota est earū
impositio: τ q̄ habet in se spēs seu habitū rerū significatarz
Als etiā auditis vocib⁹/nō cogitant res significate ab au-
diente eas τ impositionē nō ignorāte. Hec aūt imutatio si
ue ad vocū ipsarū pceptionē: siue ad rerū significatarū co-
gitationez: nihil facit ad realē cōuersionē panis aut vini in
corpus et sanguinem christi: vt manifestuz est: τ ideo neqz
ex naturali pprietate: neqz ex volūtarie ipositionis signifi
catione/cōuenit vocib⁹ actiue cōcurrere ad cōuersionē se-
pe dictam. ¶ Preterea naturalis pprietas vocū est eadem
apud oēs: τ earū significatio voluntaria similiter eadē est
apud oēs ipositionē earū nō ignorātes/a quocūqz pferan
tur: vtraqz etiā infuit vocib⁹ ante eucharistie institutionez
Sed si a laico pferant/nō fit cōuersio: vt ex premissis ptz.
Sic si ante incarnationē xp̄i plata fuissent: nulla fuisset fa
cta cōuersio: quare ad cōuersionē hmōi vba cōsecrationis
nullā habent efficaciā ex naturali pprietate: neqz ex impo-
sitionis grāmaticalis significatione. ¶ N. Verū aūt acti-
ue cōcurrāt p virtutē supnaturalē a deo influxā vel datam
ad hmōi ↄuersionē: altercatio est nō parua inter doc. catho
licos. nā Alex. de alea p. iiij. dist. xxxix. τ post eū b. Tho. in
iij. par. q. lxxviij. ar. iiij. recitat opi. dicentiū/φ cū dicit ↄuer
sio hec fit virtute vboz: virtute vboz extenso noīe dr: nō qz
aliqua qualitas data sit vbo p quā vbū opat: sed ex diuina
institutiōe hoc firmatū est φ illo vbo plato a sacerdote in-
tentione cōficiēdi panis trāssubat. Vñ ad plationē illi⁹ ver
bi/verbū increatū opat. Illa ergo ordinatio verbi/infalli
bilis ad talē effectū virt⁹ dicit: q̄ nō est aliqua qualitas da-
ta vbo: nec aliud de nouo creatū. ¶ Sed hanc opinionez
reprobāt: tū qz tūc nō bene diceret penes verbū formā at-
tendi ipsi⁹ sacramēti. Sic em̄ verbū simpliciter esset mate-
riale τ nullo mō actiuū: sicut nec panis: τ nō esset forma cū
forme sit agere. Tū qz sicut in omī opatiōe naturali vbi de⁹
opat mediāte creatura: dat virtus creature/mediāte qua
opat: ita videt φ a simili in omī opatione miraculosa/vbi
de⁹ opat mediāte creatura: dat aliqua virt⁹ creature. Tum
qz hoc repugnat dignitati sacroz no. le. quib⁹ (vt ex multis
sctōz autoritatib⁹ habet) nō solū ↄuenit vt significent: sed
aliquo mō vt causent qd significant. Cū ergo h̄ sacrm̄ cete
ris digni⁹ est: p quāto cōtinet gratiā increatā τ subsistentē/
xp̄m scz/vere τ realiter. Alia nō cōtinēt grām vere τ forma
liter: sed significāt grām accidētalē: ↄñs igit est φ in vbis
formalib⁹ hui⁹ sacri sit quedā virt⁹ creata ad p̄dictā ↄuersio
nem faciēdā. Tū demū qz ad hoc sunt multe sctōz autorita
tes etiā. s. allegate. Inter quas sunt ille Amb. sup eplam
ad Cor. Anteqz cōsecret/panis est τ vinū: vbi aūt vba xp̄i
opata fuerint: corp⁹ τ sanguis efficit xp̄i. Ecce dic̄ vba opa
ta fuerint. Itē idē: Qd erat panis añ cōsecrationē: iā corp⁹
xp̄i est post cōsecrationē: qz sermo xp̄i creaturā mutat: hec
aūt mutatio est opatio quedā. Idem in li. de sacris: Vbi sa
cramentū cōficit/iam nō suis sermonib⁹ vtit sacerdos: sed
sermonib⁹ xp̄i: igit sermo xp̄i hoc cōficit sacramētuz. Ecce
plane dicit φ sermo cōficit. Et iterū ibidē: Ex pane fit cor-
pus xp̄i cōsecratiōe vbi celestis. Idē: Si tantū valuit sermo
helie/vt ignē de celo deponeret: nō tātū valebit xp̄i sermo
vt spēs mutet elementoz. Idē: Vbi vba christi opata fuerint
ibi sanguis efficit qui plebem redemit. Igitur vide φ po-
tens est sermo christi vniuersa conuertere. Item Augusti-
nus. Credendū φ in verbis christi conficiantur sacramen-
ta. cuius em̄ potentia creantur prius: eius vtiqz verbo ad
melius procreantur. Item eusebius: Inuisibilis sacerdos

visibiles creaturas i subãm corporis ⁊ sanguinis sui secre-ta potestate cõmutat/dicens: Accipite ⁊ comedite ⁊c̃. Itẽ damas. Verbum dei est verbum actiuũ ⁊ omnipotẽs. ⁊ lo-quitur de verbo christi quo fit conuersio panis in corpus xp̃i. Itẽ hugo. li. ij. de sacris par. viij. Per verba sanctifica-tionis vera panis ⁊ vera vini subã in verũ sanguinẽ ⁊ cor-pus christi conuertitur/sola specie panis ⁊ vini remanente ⁊ subã in subãm trãseunte. ¶ O His alijsq̃ sanctoꝝ au-ctoritatibus videtur colligi posse verba ista ꝑ virtutem ali-quam cõcurrere ad sacri cõsecrationem: non naturalẽ ergo supernaturalẽ. Unde tenẽt ꝙ verba christi. i. tradita a chri-sto habent virtutẽ cõuertendi elemẽta in corpus xp̃i ⁊ san-guinẽ. Et hec virt⁹ data est vbo creato a vbo increato. Nec hoc excludit quin ibi virt⁹ increata sit intime operãs: sicut est in omnib⁹ quibus cooperatur virtus creata. Nulli eñ creature data est virtus sufficiens ad producendum per se aliquid in esse ꝓprio. Hanc aũt insufficientiam supplet vir-tus diuina ei influendo ⁊ cooperando. Data est ergo ver-bis virtus supernaturalis hmõi ⁊ ceteroꝝ sacr̃oꝝ: quo-rum virtute res sacr̃oꝝ efficiũtur: virtute diuina cooperã-te: licet effectio illa pricipalius attribuẽda est virtuti icrea-te cooperanti. Unde etsi virtus data verbis a verbo icrea-to operatiua sit ad transsub. ationem: tñ primo ⁊ principa-liter accipienda est ipsa cõuersio virtute increati. Hec oĩa Alexander. Cui consentit sanctus Tho. in iiij. Cum hec verba ex persona christi ꝓferuntur/⁊ eius mandato: con-sequuntur quandam virtutem instrumentalem per appli-cationem ministri ad ꝑficiendũ hoc sacramẽtũ: que instru-mẽtaliter cõcurrit ad trãssubstantiandũ panem in corpus christi. Sicut in alijs sacramentis est virtus supernatura-lis cõcurrens instrumentaliter ad causandũ: ⁊ si non gra-tiam tñ effectum sacr̃alem: puta characterẽ in habentibus characterẽ: vel quendam ornatũ aĩe in nõ imprimentibus characterẽ: q̃ est dispositio quedã p̃uia ad grãm: que gra-tia est principalis effectus sacri. ¶ P Hec autẽ positio licet sit multorum: videtur tñ multa difficilia implicare et valde incerta. Dubiũ quippe est qñ hec virtus spiritualis predicte verborũ forme infundatur: vtrũ scꝫ in principio ꝓlationis verborũ: ⁊ si sic tunc tot erunt virtutes in hac forma cõsecrationis quot dictiones: imo quot syllabe: quot littere dictionũ. Accidẽtia eñ numerant ad numerationẽ subiectorum realiter distinctorũ. Distinguũtur aũt abinui-cem realiter dictiones lr̃e ⁊ syllabe huius orationis: ergo ⁊ accidentia in eis: ⁊ ꝑ consequẽs virtus eis inexistẽs. Hec aũt concedere absurdũ videt̃: quod nec rõ ꝓbat: nec auto-ritas cogit. ¶ Preterea dato ꝙ si cõtinue generaretur no-ua ⁊ noua virtus ad ꝓlationem noue dictionis syllabe aut littere: pari modo cõtinue corrũperet̃ hec virtus sicut subiectũ eius scilicet verba ꝓlata syllabe ⁊ lr̃e: q: corrupto subiecto corrumpit̃ ⁊ accidens: quo cõcesso nõ vident̃ oẽs ille virtutes habere aliquã actionẽ respectu conuersionis: q: cũ illa fit ꝓlatiõe orationis completa: ad eã nequaq̃ vi-detur agere virtus prime dictionis huius forme q̃ trãsijt ⁊ nõ est. Agere eñ p̄supponit esse: qđ maxime ex eo patet: q: ipsa cũ esset: nullã induxit dispositionẽ in panẽ ad sui desi-tionẽ: q: nõ videt̃ panis realiter ꝑ hanc alterari vt vadat i non esse: ⁊ nõ videt̃ agere etiã dispositiue ad desitionẽ pa-nis: quõ prima gutta cadens dicitur agere ad cauationem lapidis: quã vltima gutta inducere putat̃ quodãmodo in virtute p̄cedentiũ q̃ egerũt ad eã dũ fuerũt: ⁊ si nõ egerũt ad panis desitionẽ: ꝑ consequẽs nõ agunt ad trãssubstan-tiationem panis in corpus christi. maxime q: s̃m sic dicen-tes corpus christi non mutatur: ergo ad ipsum nõ est actio in conuersione tantum ad panis desitionem qui mutatur. ¶ Et si diceret̃ ꝙ virtus inexistens p̄me dictioni cõserua-ret̃: ⁊ trãsfunderet̃ in scđam dictionẽ: ⁊ sic vsq̃ ad vltimã tũc accidens migrabit de subiecto in subiectum: qđ nec fi-des ponit: nec conuincit ratio: aut si virtus dũtaxat datur ⁊ infundit̃ in vltimã dictionẽ vel lr̃am: iã nõ est ipa virtus hui⁹ forme sed vltime lr̃e. ¶ Q Preterea neq̃ talis vir-tus agere posset ad trãssub. ationẽ in se: q: ꝓ nullo instanti est cũ trãssub. atione: nã cũ fit trãssubstãtiatio tunc illa vir-tus est corrupta. Fit eñ trãssubstãtiatio instãtanee: vt ha-bitũ est. s̃. Et ꝑ instãti pro quo fit cor⁹ christi presens: nulla virtus est in verbis: q: nec in illo aliqđ verbũ vel pars ei⁹ est. Nam primũ instãs esse presentie corporis/est primũ in-stans nõ esse verboꝝ: ⁊ ꝑ cõsequẽs virtutis existentis sub-stãtie in vbis. Neq̃ posset idipm inducere aliquã dispõnẽ q: aut illa esset in pane: ⁊ tũc q: dispositio necessitãs ad ali-quã formã/est pro instanti introductionis forme: sequit̃ ꝙ pro instanti trãssubstãtiationis fit panis: q: q̃ñe ei⁹ dispo-sitione/est etiã eius subiectũ: qđ nõ cõcedit̃ in ꝓposito: aut esset in corpore xp̃i: ⁊ tũc nõ est dispositio ad fieri corporis xp̃i: qđ est cõtra sic opinãtes. ¶ Itẽ cũ in alijs sacramẽtis virtus vboꝝ s̃m illos nõ agit ad gratiã accidentalẽ: sed ad characterẽ vel ornatũ/q̃ nõ ponunt̃ hic: quomõ põt dici ꝙ agant ad grãm subalẽ/scꝫ corp⁹ christi. ¶ Videt̃ etiã hoc esse cõtra dicta quedã sctõꝝ: nã btũs Aug. in de verbis dñi ait. Sicut de virgine ꝑ sp̃m sanctũ vera caro sine coitu crea-tur: ita ꝑ eũdem ex substãtia panis ⁊ vini mystice idẽ corp⁹ christi cõsecrat̃. Idem habet̃ a Dam. li. iiij. Itẽ amb. li. de sa-cramẽtis: Sermo christi: q̃ ex nihilo põt facere qđ nõ erat: nõ põt ea q̃ sunt mutare in id qđ erat: quasi diceret/potest. Sꝫ vbũ qđ fac̃ aliq̃d ex nihilo vt sit: vbũ est eternũ ⁊ icrea-tum. Idem: Sermo xp̃i conficit sacramentũ: q̃s sermo chri-sti/nisi hic quo facta sunt oĩa. Hoc aũt vbũ quo facta sunt oĩa: vbũ est eternũ ⁊ increatũ. ¶ R Propter hec ⁊ mul-ta alia/est alia opinio quã multi tanq̃ magis ꝓbabilẽ am-plectunt̃: negãtes oĩm virtutem instrumentalẽ cõcurren-tẽ effectiue ad trãssubstãtiationẽ inexistere verbis cõsecra-tionis. Unũ dicũt ꝙ sola diuina potẽtia ⁊ virtute panis in corpus christi cõuertat̃: q: panis in hac cõuersione desinit esse: vt habitũ est tã s̃m materiã q̃ s̃m formã. Ad hanc desi-tionẽ substãtie cõposite nõ põt agere virt⁹ creata: sicut nec ad ãnihilationẽ ⁊ ad creationẽ. Et huic fauet ca. Firmiter. de sum. tri. ⁊ fide catho. vbi dr̃: Panis transit in corp⁹: ⁊ vi-num in sanguinẽ p̃ rãte diuina. Et plures alie autoritates sctõꝝ hincinde suprapositę. ¶ Sed tũc est dubiũ/quõ ill' verba dicunt̃ cõsecratiua. Et quõ corp⁹ christi dicit̃ esse pre-sens speciebus panis ex vi verboꝝ. Et sacerdos celebrãs di-citur ꝑ hec verba ꝑficere ⁊ ꝯsecrare eucharistiã. Ad hec pla-ne respondet̃/ꝙ ipsa ideo dicunt̃ cõsecratiua: q: ad ipsorũ ꝓlationẽ fit cõsecratio: ⁊ ad nullã aliã ꝓlationẽ quorũcũq̃ verboꝝ. Nõ quidẽ ꝙ ipsa ꝑ virtutẽ aliquã eis inexistentem ad cõuersionem cõcurrãt: sed q: deus cõuersionẽ illã ope-ratur: dum vba hec ꝓferunt̃. Sic quidẽ ordinauit ꝙ quo-tienscunq̃ sacerdos hec verba legitime ꝓfert: totiens vult ipse assistere ad cõuertendũ panẽ in corp⁹ suũ. Et s̃m hoc sacerdos dicit̃ cõficere ⁊ cõsecrare: q: facit aliquẽ actũ: scꝫ verboꝝ ꝓlationẽ: qui requirit̃ ad hoc vt fiat cõuersio. Re-quirit̃ dico nõ ex natura rei: sed ex ordinatione dei cũ eccle-sia paciscentis ꝙ ad talem ꝓlationem idonei ministri eccle-sie ipse assistere vult ⁊ cõuertere panem in substãtiã corpo-ris sui. Et h̃ videt̃ dicere beat⁹ aug. Unñ hoc sctissime de⁹ ꝙ sacerdos cum sit puluis ⁊ cinis: te presentẽ habeat manib⁹ nõ vtiq̃ ex debito aut ei⁹ merito: sed volũtatis tue benepla-cito. Hec est vera indulgentia quã nulli angeloꝝ: nulli ar-changeloꝝ: nullis supernis spiritib⁹: sed hoibus: nõ omnib⁹ sed consecratis credun⁹ cõcessam. ¶ S Placuit igit̃ deo verba instituere in ecclesia predicta regulariter ad quorũ ꝓlationem legitimã conuersio fieret sua misericordia ⁊ vo-luntate: qđ fecit cũ dixit: Hoc facite in meã cõmemoratio-nem: hoc scꝫ qđ ego feci. quasi diceret: Accipite panẽ ⁊ di-cite: Hoc est corpus meũ. Et per hoc fecit pactũ cum eccle-sia: vt quotiens sacerdos illa verba proferret: totiens vult assistere: ⁊ corporis sui presentiã pane in ipsum cõuerso ex-hibere: ⁊ ꝓpter hoc sacerdos dicit̃ ministerialiter consecra-re. vnde Paschasius: Sacerdos non ex se dicit/ꝙ ipse crea-tor corporis ⁊ sanguinis esse possit: quia si hoc posset (qđ absurdum est) creator fieret creatoris. Sed ipse primo ob-

secrat ꝑ filium

fecerat p filiū patrē: ꝛ quē ad eum accessum habet vt no-
bis fiat corpus ꝛ sanguis dilectissimi filij sui: qđ xp̄s in-
dulsit/vt in virtute ꝛ verbo spūssancti noua creatura fie
ret ad nostre reparatiōis salutē. Hoc aūt semp fieri p sa-
cerdotē ad ꝓlationē verboꝝ testat̄ in verbis q̄ p̄mittit
ibidē cū dicit. Et qđ semel factū est p xp̄m ꝯtinue fieri nō
dubito p sacerdotē. Quō aūt corpus xp̄i fit p̄sens vi ver
boꝝ: satis est expositū supra lectione quadragesima: ibi
quere. Et quō sacerdos dr̄ eucharistiā ꝯficere/expositū
est supra lectione. iiij. in fine. ¶ Z Ad veritatē hui⁹ sen
tentie manuducimur p alia quedā facta xp̄i ꝛ sanctoꝝ: q̄
dū recte intelligim⁹: facile est his q̄ nūc dicta sunt: assen-

Mat. ix

sum cōmodare. Legit̄ xp̄m sanasse mulierē ad vestimēti
fimbrie tactum. Nunq̇d xp̄s virtutem aliquā influxit sui
fimbrie vestimēti/qua sanitatem efficeret mulieris. Non
vtiq̄: sed ipse imediate sanitatē cōtulit: dū mulier in fide
fimbriā tetigit. Ita in ꝓposito/deus est q̄ substantiā pa-
nis in corpus xp̄i cōuertit: dū sacerdos verba ꝓtulerit/q̄
ad hoc ipse instituit: nec in verbis causat virtutē aliquā
q̄ vlterius effectiue ꝯcurrat ad panis cōuersionē: sȝ ipse
tanq̄ causa totalis cōuersionē illā ꝑficit: dum sacerdos
hec verba legitime ꝓtulerit. ¶ Similr̄ btūs maternus
suscitauit mortuū/dum baculo bt̄i petri apl̄i cadauer te
tigit: nō vtiq̄ per aliquā virtutē baculo inexistētem: sed
deus virtute sua infinita mortuo vitā reddidit: dum ma-
ternus baculo corpus mortuū tetigit. ¶ Beatus petr⁹

Act. v.

vmbra sanauit infirmos: vt in actibus legit̄. Quis dice-
ret virtutē effectiuā sanitatis fuisse in vmbra: que nō est
res aliqua: sed luminis priuatio cui nulla poterit cōpete
re actiuitas. Siquidē agere presupponit esse: ꝛ qđ nihil
est in natura: nō est actiuitatis vllatenus susceptiuū: sed
deus ipse ad ostendendū fidei veritatē quā petrus pre-
dicauit: ad transitū petri infirmis ꝛ inualidis restituit sa

Numeri xxi.

nitatem. ¶ Sic serpens eneus p̄seruabat filios israel a
morte/a serpentū morsib⁹ veneratos: nō p virtutē in ere
existentē. Putabāt hoc quidā idiote/ꝓpter hoc serpen-
tem plus debito venerātes ꝛ idolatriā cōmittentes: pro
pter qđ rex sanctus Ezechias cū contriuit ꝛ occasionem
idolatrie sic remouit. iiij. Reg. xviij. Sic in proposito in
vbis ꝯsecratiōis nō est virt⁹ aliqua supnaturalis: p quā
actiue ꝯcurrant ad effectū sacramentalē: idest panis in
corpus xp̄i trāssubstantiationē. Sed xp̄s ex pacto qđ cū
ecclesia spōsa sua pepigit/suo signo assistēs cōuersionē
efficit: ꝛ ideo dr̄ signū nedū certū: sed efficax: q2 infallibi
liter assistit xp̄s id efficiens. ¶ V Et ꝓpter hoc verba
illa dicūtur causa transsubstātiationis: nā q2 causa est ad
cui⁹ esse sequit̄ aliq̇d: ꝛ ad esse siue ꝓlationē verboꝝ de-
indignū. Quia ergo visiones huiusmodi ꝛ apparitiones
insolite sunt:non excusat errantē in earū adoratione inten
tio habitualis. Sed sese suspendat cui talia cōtingunt:do
nec certificetur: vel ad min⁹ sub cōditione actualiter appo
sita adoret. Cōsecratio vero hostie solita est ꝛ cōsueta:ideo
sufficit ibi habitualis cōditio: si consecratio debito mō fa
cta est. Un̄ nulli vel pauci in hac adoratione peccant. Oēs
eñ hanc conditionē tacite aut habitualiter habent. Qđ ex
hoc manifestū est/si adorans requireret:quid faceres si cō
secratio debito modo facta nō esset. Haud dubiū quin fide
lis quisq̄ requisitus responderet;nequaq̄ adorarem.

Lectio.lij. A

Restat circa hanc ma
teriā adhuc dubiū:quid agendū si in loco ho
stie appareret alia species: puta carnis vl' pue
ri:cruoris vel agni aut similis. Utrū sub his
speciebus debeat christus adorari: ꝛ an ibi christus conti
neatur et quomō. Pro pmi solutione notandū q̄ hmōi
apparitio ex duplici causa fieri solet: Qñq̄ propter ardēter
amātes:qui magno ꝛ estuanti desiderio christum sub sacra
mēto sibi ostendi humiliter ꝛ deuote deprecant:quorū pre
cib⁹ diuina pietas qñq̄ cōdescēdit: vt sic eorꝫ deuotio am
plius accendat. Uel ꝓpter hesitātes in fide sacramenti: vt
ad veritatē fidei miraculo inuitent ꝛ solident. Pōt ꝛ fieri
diuina pmissione illusione demonis ad decipiendū ꝛ fallē
dū incautos. Quēadmodū in cōuētu quodā fratrū mino
rū obseruantiū oppidi ysenac partiū thuringie: nostris tē
poribus cōtigisse relatione accepi. Fratricellū vnum laicū
celebranti astitisse: ꝛ dū tēpus cōionis quo sacerdos sume
re sacramentū solitus est: aduenerat q̄ frater ille laicus ex
quadā indiscreta deuotione cōmunionem sacre eucharistie
desiderabat: apud se putans se bene dispositū ad tanti sa
cramēti perceptionē. Et sic minus caute in seipso cōplacen
te: apparuit quidā in specie angeli particulā apparēter por
rigens. Aperuit stultus ora: sumēs de manu porrigentis ap
parentē hostie particulā: ꝛ continuo a diabolo obsessus est
et grauiter vexatus. Postea m̄ elapsis aliquot diebus: fra
trū orationibus liberatus est. B Sed de primo ꝓse
quamur: qui adhuc dupliciter pōt cōtingere: Aut cū diui
na reuelatione: q̄ sub specie tali christus veraciter cōtinet.
Aut q̄ fiat apparitio sine tali reuelatione. Si primo modo
cū tali reuelationi falsum subesse non possit: sicut nec fidei
nostre: quā p reuelationē accepimus: dubitandū non est ei
cui facta est reuelatio: christū sub tali specie veraciter cōti
neri. Quapropter potest ꝛ debet a tali catholice ꝛ laudabi
liter adorari. de quo Pascha. de quodā p̄sbytero narrat: q̄
cū digno moderamine sanctā christo ꝓpitio duceret vitā:
Cepit omnipotētem deū precib⁹ pulsare: vt sibi monstra
ret corporis christi naturam: nō ista inquit ex infidelitate:
sed ex mētis pietate petiuit. Fuit eñ a puericia diuinis le
gibus imbutus: ꝛ ꝓpter amorem superni regis olim patri
os fines dereliquit: et dulcia liquerat arua: vt exul sedulo
christi disceret mysteria. Idcirco eius amore succensus: ma
gis quotidie p̄ciosa munera offerens/ poscebat sibi p̄mon
strari: que foret species latitās sub forma panis ꝛ vini. Ue
nerat ergo dies vt idē celebrans pie solēnia missarū: more
solito ꝓcubuit genib⁹. Te precor oīpotens inquit: pande
mihi exiguo in hoc mysterio naturā corporis christi: vt mi
hi liceat eū cōspicere presentē corporeo visu: et formā pueri
quā olim sinus matris tulit vagiētē: nūc manib⁹ cōtrecta
re. Qui dū talia p̄caret; angelus de celo veniēs affat sacer
dotē. Surge inq̄t ꝓpere: si christū videre placet: adest pre
sens corporeo vestitus amictu: quē sacra puerpera gessit.
Tūc venerabilis p̄sbyter pauidus vultu se erigēs: vidit su
per arā pr̄is filiū puerū quē symeon infantē portare suis v l
nis meruerat. Cui angelus inquit: Si christum videre pla
cuit: quē prius sub specie panis verbis mysticis consecrare
solebas: nūc oculis inspice: manib⁹ attrecta. Tūc sacerdos
celesti munere fretus: qđ dictu mirū est: vlnis trementibus
accepit puerū: ꝛ pectus ꝓpriū pectori xp̄i cōiungit. Deinde ꝓ
fusus in amplexū dat oscula deo: atq̄ suis labijs pressit pia
labia christi. Quib⁹ sic actis p̄clara mēbra filij dei restituit
in verticē altaris: ꝛ repleuit celesti pabulo christi mensam.
Tūc rursus hō prostratus deprecatus est dñm vt dignaret
ipse iterū verti in pristinā speciē. Qua expleta oratione/sur
gēs e terra inuenit corpus christi in formā remeasse priorē.
Et cōcludendo dicit: Mira oīpotentie dispēsatio: qui ob
vnius desideriū/ita se prebere dignat⁹ est visibilē: ꝛ nō in
formē sicut alijs quibusdā: sed in forma pueri: quaten⁹ ꝛ ve
ritas patesceret in ostenso: ꝛ sacerdotis desideriū impleret
ex miraculo: nostraq̄ fides firmaretur ex relatu. Hec ille.
C Utrū aūt talis effigies pueri apparentis sit ꝓpria
species ꝛ figura christi: aut sit aliqua forma miraculose aliū
de creata sub q̄ christ⁹ latet: dubitari pōt. Silr vtrū sub tali
specie apparēte sit christus: eo mō quo in hostia sub specie
panis: tot⁹ scꝫ sub toto: ꝛ totus sub qualibet parte. Aut sit
sub illis dimensionib⁹ circūscriptiue: caput videlicet sub ca
pitis figura: ꝛ pes sub figura pedis: ꝛ ita de alijs partibus.
Beatus Tho. aliā distinctionē p responsione ad p̄cipa
le dubiū mouū: scꝫ an ibi christus vere contineat: in p̄te. iij.
q. lxxvi. ar. vi. ponit/dicēs: q̄ dupliciter contingit talis ap
paritio qua quandoq̄ miraculose videt caro: aut sanguis:
aut puer in hoc sacramēto. Quādoq̄ contingit hoc ex par
te videntiū: quorꝫ oculi immutant tali immutatiōe: ac si vi
derent expresse exterius carnē vel sanguinē aut puerū: nul
la tamē mutatiōe facta ex parte sacramēti. Et hoc quidē vi
detur contingere: quando vni videtur sub specie carnis vel
pueri: alijs tamen videtur sicut prius sub specie panis: vel
quando ad horam videtur sub specie carnis vel pueri: post
modum sub specie panis. Nec tamen hoc pertinet ad ali
quam deceptionem: sicut accidit in magorum prestigijs:
quia tales species diuinitus formantur in oculo ad aliquā
veritatem figurandam: ad hoc scilicet vt manifestetur ve
re corpus christi esse sub hoc sacramento. Sic etiam chri
stus sine deceptione apparuit discipulis euntib⁹ in emaus
sub specie peregrini. Dicit enim bea. Aug. in lib. de. q. euan
ge. q̄ cum fictio nostra refertur ad aliquam significationē/
non est mendacium: sed aliqua figura veritatis. Et q: per
hunc modum nulla immutatio fit ex parte sacramenti: ma
nifestum est q̄ non desinit esse christus sub hoc sacramen
to tali apparitione facta. Quandoq̄ vero contingit talis
apparitio nō per solā immutationē videntiū: sed specie que
videt realiter exterius existente: et hoc tunc videt esse: qñ
q̄ sub tali specie qđ ab omnib⁹ videt: nō ad horā tm̄: sed p
longū tp̄s ita permanēte. Et in hoc casu quidā dicūt: q̄ est
ꝓpria species corporis christi. Nec obstat q̄ qñq̄ nō vi
det ibi totus christus: sed aliqua pars carnis. Uel etiam q̄
nō videt in specie iuuenili: sed in effigie puerili: q: in pote
state corporis gloriosi est q̄ videat ab oculo non glorioso:
vel fm totū: vel fm partē: ꝛ in effigie ꝓpria vel aliena. Hoc
aūt sctūs Tho. reprobat: q: fm eū/corp⁹ christi nō pōt vide
ri nisi in vno loco: in quo circūscriptiue cōtinet. Un̄ cū in
ꝓpria specie videat in celis: nō sic videt in hoc sacramēto si
ue in terris. Etiā/q: corpus gloriosum qđ apparet vt vult:
post apparitionē cū voluerit disparet: vt dr Luc. vlt. q̄ ab
oculis eorꝫ discipulorꝫ euanuit. Hoc aūt qđ sub spē carnis
apparet/diu ꝑmanet q̄nimo qñq̄ legit inclusū: ꝛ multorꝫ
epōrꝫ cōsilio in pixide reseruatum: qđ nefas esset de christo
sentire fm ꝓpriā speciē. D Ideo dicendū/ait Tho. q̄
manentibus dimensionib⁹ q̄ prius fuerunt: fit miraculose
quedā mutatio circa alia accidentia. puta figuram ꝛ colo-

rem ⁊ alia hmõi: vt videaꝛ caro vel sanguis: aut etiã puer. Et sicut .s. dictũ est: hec nõ est deceptio: quia fit in figuram cuiusdã veritatis: scꝫ ad ostendendũ ꝑ hanc miraculosam apparitionẽ ꝙ in sacramento est vere corpus christi ⁊ sanguis. Et sic patet ꝙ remanentibus dimẽsionibus que sunt fundamẽta illorũ accidentiũ/remanet vere corpꝰ christi in hoc sacramento. Nec videꝛ ꝓpria species corporis christi: sed species miraculose formata/vel in oculis intuentium: vel etiã in ipsis sacramentalibꝰ dimẽsionibus/que manent etiã in mutatiõe facta circa eas quantum ad alia accidẽtia. Hec oĩa bea. Tho. ¶ Et põt hic dicendi modus sic intelligi: ꝙ sicut in sacramẽto saluanꝛ dimensiones panis: q̃ sub qualitatibꝰ sensibilibus/colore scꝫ ⁊ odore/sapore ⁊ ceteris ꝓtendunt ⁊ indicãt speciẽ panis: Ita in hac transformatione diuina virtute supaddunꝛ alia accidẽtia sensibilia: q̃ indicãt spẽm carnis vel pueri. Et sm̃ hoc dimẽsiones ille que prius erant figure rotũde: aliã figurã postea acquirũt/sm̃ diuinũ beneplacitũ. Et forte in hac supfusiõe accidẽtiũ carnis ad illas dimẽsiones siue quãtitatẽ panis: accidentia sensibilia panis que ꝓfuerunt/cedũt: quia forte idẽ subiectũ hec ⁊ ille qualitates pro eodẽ tẽpore afficere non possunt. ¶ E Egidius de ro. theo. xxiiij. videtur dicere: ꝙ illa species pueri nõ est ꝓpria species ⁊ figura christi: sed quedam forma miraculose facta: ⁊ in hoc concordat cũ sancto Tho. Sed in hoc discordat: quia dicit ꝙ dimẽsiones panis diuina virtute cõuertunꝛ in accidentia carnis siue pueri: ⁊ non in accidẽtia corporis christi: ⁊ ita dimensiones priores non manẽt. Et sub illis accidẽtibus est corpus christi: sicut ꝑus fuit in accidẽtibꝰ panis. Et sicut accidẽtia panis q̃ prius apparebãt: nõ erãt accidentia ⁊ dimẽsiones ꝓprie christi: ita nec dimẽsiones ille pueri vel carnis post apparẽtes/sunt dimensiones christi: ꝗuis sub illis vere christus cõtineaꝛ: sicut et continebaꝛ sub prioribꝰ accidentibus panis. Fundat se etiã doctor iste in ratiõe Thome quãtũ ad id in quo concordat: quia vnũ corpus nõ põt localiter ⁊ sm̃ ꝓprias dimẽsiones esse nisi in vno loco. Cũ autẽ christus sit sic in celo: nec verisimile sit ipm̃ ꝓpter hmõi apparitiones deserere celũ: dimẽsiones ille carnis vel pueri nõ sunt ꝓprie dimẽsiones corporis christi. Qꝫ si aliquis nõ haberet ꝓ incõuenienti christũ ꝑ tali tꝑe deserere celũ corporaliter: quia tamen eodẽ tꝑe ꝯtingunt apparitiones ille in diuersis locis: sequiꝛ nihilominꝰ vnũ corpus sm̃ ꝓprias dimẽsiones esse in diuersis locis quod reputat impossibile. Sed quicquid sit de illo dicto in se: patet ex pmissis/ꝙ ratio illa nullum habet fundamentũ: cũ supra sufficiẽter ꝓbatum est: idẽ corpus esse in diuersis locis nullã includere cõtradictionẽ: et ꝑ cõsequẽs nõ esse simpliciter impossibile. ¶ F Alioꝝ modus est cui videꝛ cõsentire Alexã. ꝙ in istis apparitionibus: dũ tñ a deo fiunt: ⁊ nõ humana ꝓcuratiõe/aut diabolica illusione: apparet christus: seqꝫ ostẽdit in ꝓpria specie ⁊ accidentibꝰ suo corpori inherẽtibꝰ: qualiter ostẽdit se discipulis suis post suã resurrectionẽ: ⁊ petro post ascẽsionẽ: et qꝺ apparet est caro christi vera. Nec obstat ꝙ nõ semꝑ videtur totꝰ christus: sed aliqua pars carnis. Sicut in miraculo beati Grego. quo petẽte panis christi formam accepit digiti. Aut ꝙ nõ semper apparet in forma virili quã habet in celo: in qua apparuit ⁊ petro/dicenti sibi: dñe quo vadis: sed aliqñ in forma pueri: vt in apparitione paschasij .s. posita. Quia in potestate corporis gloriosi est: vt ab oculo non glorioso videaꝛ sm̃ se totũ vel sm̃ partem in quãtitate magna vel parua: forma illa vel alia: sub fulgore claritatis glorie vel sine: etiã vt appareat vni/⁊ ab vno videaꝛ/⁊ nõ alteri: nec ab alio cernaꝛ. ¶ Et quicq̃d sit de corpore glorioso generaliter: hoc tñ esse in potestate christi: in cuiꝰ potestate sunt oĩa corpora: ⁊ quãtũ ad eẽ ⁊ quãtũ ad sic: vel sic esse seu apparere: nullus habet ambigere fidelis: ⁊ ad illã positionem arguit Alex. Cũ hmõi reuelatiões fieri solent in misericordi cõdescensiõe defectꝰ fidei alicuiꝰ: vt fides huiꝰ sacramẽti roboreꝛ. Si aũt caro aut sanguis sic apparẽs/eẽt caro vel sanguis alicuiꝰ aialis vel subito creata: nullũ argumẽtũ veritatis induceret ad fidẽ ꝓbandã vel roborandã: sed solũmodo caro aut sanguis christi. Unde non videꝛ ꝙ ob causam prefactã debeat apparere caro vel sanguis nisi ipsius domini. Qm̃ licet virtute aliqua ostenderet alicui hereticũ caro vel sanguis alienus (Licꝫ forte ex hac ostensione excitareꝛ ad credulitatẽ) nõ tñ hec fides ꝑueniret ex signo vel ostẽsiõe veritatis: sed potiꝰ falsitatis: qꝛ ex hoc ꝙ in tali apparẽtia/tale apparens crediꝛ esse corpꝰ dñi vel caro christi: crederetꝛ veritas ipsius sacramenti. Si eñ crederetꝛ esse caro vel sanguis bruti: nũq̃ ꝓpter hoc crederetꝛ: nec credi deberet veritas sacramẽti. ¶ G Quia ergo ostensio veritatis ipsius sacramenti debet fieri ꝑ indicia vera ⁊ nõ simulata vel ficta: videꝛ dicendũ ꝙ caro vel sanguis in hmõi apparitione est vera caro dñi/aut verus sanguis christi. ¶ Et si obijciꝛ ꝙ aliq̃ndo apparuit caro in loco sacramẽti diuturnitate temporis corrumpi ⁊ denigrari: sicut accidit in marchia ceruisina: vbi a multis diebꝰ videꝛ corrũpi: vt patet ex certitudine sensuũ. Caro aũt christi est icorruptibilis ⁊ gloriosa. Respõdet ille doc. ꝙ illꝺ nũq̃ accidit qñ a dño fit ista apparitio: sed solũ qñ fit ꝓcuratione humana vel operatione diabolica. ¶ Nec obstat si diciꝛ ꝙ christꝰ nõ est nisi duobꝰ modis: scꝫ manifeste in propria forma in celo: aut velate sub speciebus panis ⁊ vini in sacramẽto. Quia hoc verũ est regulariter. Dispẽsatiue tñ ꝓpter fidei robur: aut deuotionis fomentum: aut aliã causam ostendit se qñq̃ꝫ: aut corpus suum sine velamine: sm̃ ꝙ noscit fidelibꝰ expedire. Unde cõtingit ꝙ vno tẽpore vni ostẽdit carnẽ suam sub sacramẽti velamine: alteri in se ⁊ nude. Uñ accidit vt vnus videt ⁊ hostiã ⁊ carnẽ velatã sub panis specie: aliꝰ carnẽ reuelate: vt sic ex facti noticia ⁊ relatione fide digna certũ habeaꝛ. Nec hoc est impossibile deo: cũ ⁊ angelꝰ in corpore assumpto vni se ostendit et nõ alteri eque presenti: vt patet Dañ. x. vbi diciꝛ: Uidi ego daniel solus visionẽ. Porro viri qui erãt mecũ: nõ viderunt. Loquiꝛ aũt de visione angeli apparentis in specie viri/lineis vestiti: ⁊ in alia forma vni q̃ alteri. Quod ergo põt angelꝰ in corpore alieno: potest christus in corpore suo. ¶ Differẽtia etiã quã bea. Tho. supra ponit qñ apparitio manet ⁊c. nõ est probabilis: qꝛ in miraculo bea. Grego. vbi ad firmandũ plebis fidẽ: sacramentũ versum est in cruentã carnẽ: et statim ad orationẽ eiusdẽ redijt in panis speciem. ¶ Hec sentẽtia sic põt ꝑsuaderi. Quia diuina misericordia que hãc apparitionẽ facit: cõdescẽdẽs infirmitati hominũ/vt fides recta de sacramẽto eluceat ac roboreꝛ: nequaq̃ decipit: neqꝫ ad idolatriã cõmittendã nos incitat: que tamen cõmittereꝛ: dum homines miraculo inducti/in adorationẽ tanq̃ veri corporis ⁊ sanguinis christi procumberẽt et adorarent: dum miraculum tale appareret vel in sacerdotũ manibꝰ/vel in loco hostie. Ad idolatriã autẽ homines prouocare deũ/nefas est cogitare: cũ idolatrie vltor est deus ⁊ punitor. ¶ H Ex horũ opi. recitatione satis apparet: ꝙ omnes illi modi in hoc cõcordant: ꝙ sub illa specie miraculose apparente vere est corpus christi: nisi ꝙ bea. Tho. sentit: ꝙ desinentibus dimensionibꝰ panis/non manet corpꝰ christi. Nõ autem in tali apparitione desinunt: qꝛ eis manẽtibus/possunt alia accidẽtia mutari. ¶ Sed an species illa apparens sit species corporis christi: ita ꝙ accidentia illa apparentia inhereant corpori christi: varianꝛ opiniones. Nã prime due opi. hoc negant: sed dicunt esse species miraculose productas: sub quibus non aliter est corpus christi/q̃ fuit prius sub speciebus panis: scilicet totum sub toto ⁊ qualibet eius parte. ¶ Scdm̃ tertiã opinionẽ diceretꝛ ꝙ species ille apparentes/sunt proprie corpori christi et ei inherẽtes: sub quibus corpus christi totum vel pars est circũscriptiue tanq̃ sub proprijs dimensionibus. Nec obstat ꝙ corpꝰ christi est simul in celo et in terra/et vbiqꝫ sm̃ proprias dimensiones. Neqꝫ ꝙ ibi magnum: hic paruum: hic talem habẽs colorem et figuram: ibi alium et aliam. Quia non oportet ꝙ si corpus idem ponatur in diuersis locis: ꝙ vtrobiqꝫ habeat eandem quantitatẽ/qualitatẽ et figurã: vt supra latiꝰ deductũ est lec. xlvj. Omnes ergo modos illos esse possi

dicos infinite potentie dei:puto fideli nō dubitandū. Nullus enim illorū cōtradictionē includit:et rationes hincinde adductae nō demōstrant:et facile soluūtur. ¶ I Quid autē de facto dicendū sit:q̄d ego homūcio dicere possum:vbi tanti doctores disceptant. Sed unicādus est mihi doctor irrefragibilis Alexan. pfitendo ppriā ignorantiā. vnde ait: In casu posito nihil me scire cōfiteor. Unde nihil definiēdo vel asserendo dico:sed salua sententia meliori tm̄ opinādo. Hinc videtur cauti⁹ pie dubitare facti huiusmodi modū:q̄ curiose et temere aliquē predictorū sine ratione sufficiēti et autoritate determinare. Hinc dicit venerabilis Hug. lib. de sa. et post eū Innocen. Ego diuina mysteria et sacramēta magis venerāda q̄ discutienda pfiteor. Scriptum est enim: Nō comedetis ex eo crudum q̄d:nec coctū aqua:sed assuz tm̄ igni. Crudū quid comedit/qui temerario ausu de agno isto immaculato diffinire non erubescit:q̄d neq̄ per rationē:neq̄ per autoritatē:neq̄ p sanctorū patrū pbabiles sententias digestum esse dinoscit. Ille vero comedit agnū coctū aqua: qui ex instabili et nō fundata ac phantastica quasi ratione et impertinēte autoritate diffinit de hoc sacramēto sub quo verus agnus latitat:q̄d veris rationibus et scripturis nō probat. Ille vero bene sentit de hoc sacramēto:q̄ sine ambiguitate nō profert sententias:nisi quas christus sua charitate:et euāgeliste ac apli spūsancto succēsi docuerunt: aut feruens sanctorū studiū lucidauit. Tūc quidē agnū comedit assum igne: qn̄ doctrine tales tāta refulgent veritate:tāta sunt digesta maturitate:vt nihil pestiferū:nil eis noxiū q̄d officere poterit ministraf. Hinc q2 neuter modoz p̄fatorū solide innitif autoritati aut indeclinabili rationi:securi⁹ videtur sm̄ predicta pie dubitare:q̄ sine hesitatione aliq̄d temere diffinire. Om̄ enī in hoc satis cōcordant q̄ sub illa specie miraculosa verū corpus christi contineaf: et hoc pia credulitate sustineri possit:dū pbabiliter cōstat illas apparitiones diuino miraculo fieri. Quia tm̄ nō semp de miraculo constat: nemo leuis esse debet ad adorandū. Sed poti⁹ animū suū suspēdere:quousq̄ a deo/ab hoie vel scriptura doceaf. Aut sub cōditione (si nihil fraudis appareat) adorare. Ut dicēdo: Si tu es christus:te vt christū adoro: et hoc cōditiōe nō tm̄ habituali:sed etiā actuali. ¶ L Et p hoc patet respōsio ad scōam diuisionis partē supra in respōsione ad primū dubiū partitā:scz quid agendū dū apparitio fit sine reuelatione diuina:an tunc adorandū. Cui cōcordare videf factū q̄d recitat Alexā. ex narratiōe magni ac fide digni viri laufranci. Cū enī p̄sbyter quidā missam celebrans inuenitā super alta:i verā carnē: et verū in calice sanguinē/sm̄ propriā carnis et sanguinis speciē sumere formidaret: rem pximus episcopo suū consiliū quesiturus aperuit. Episcop⁹ autē cū multis coepiscopis ad hoc cōuocatis:calicē illū cū eādem carne et eodē sanguine dñi diligēter opertū et sigillatum inclusit in medio altaris: p summis reliquijs reseruādis ppetuo. Qd̄ hodie obseruat ecclesia:qn̄ aliq̄ negligētia vel miraculū nouū in tantis mysterijs accidit. ¶ L Ex hoc etiā datur informatio sacerdoti:si cui hoc accideret:vt celebranti hostia in forma pueri et in calice sanguis appareret. Debet enī talis p̄mo pces fundere ad deū et ipm̄ deuotius exorare: vt sua misericordia digneſ sacramētū hoc reducere in p̄stinam formā mānducationi cōgruētē/exēplo bea. Grego. et Pascha. Et dū forma panis redit:debet reuerēter sacramētum illud sumere. Qd̄ si forte sacerdotis p̄ces nō exaudirenf:cū tūc q̄d apparet rationē ac speciē cibi ac potus non haberet:rationabiliter abstinet a sumptiōe. Un dicit bea. Hiero. sup Leui. et habef de ɔse. distin. ij. de hac q̄dem. De hac quidē hostia que in christi cōmemoratione mirabiliter fit edere licet: de illa vero quā christus in ara crucis obtulit:sm̄ se edere nō licet. Qd̄ expōnēs Alexā. dicit. De hostia quā obtulit christus in cruce sm̄ illā formā in qua apparebat cū inter nos cōuersabaf visiōe corporali:nulli licet edere. quasi diceret: Si deus faceret vt appareret sanguis in calice:aut caro in altari/sumendū non est. Nec tamē ex hoc sacerdos transgressor fieret p̄cepti ecclesie; quod ponitur eodem distin. relatū. vbi dicif. Quicunq̄ sacerdotū sacrificiū oblaturus accesserit: et se a cōmunione suspenderit: repulsum se nouerit anno vno. Intelligitur quidem hoc decretū quando illud sacramentū permanet in sua forma manducationi apta. Leges nanq̄ et statuta ad ea que cōmuniter accidunt:adaptātur. ¶ Dicunt tamē quidam q̄ sacerdos in hoc casu debet accipere aliam hostiam: et illam de nouo cōsecrare:que si iterū apparet in specie carnis:debet secundā accipere:vt manducet consecratā pp̄ter canonē allegatuz: et c. sequēs/cōperimus. Ubi precipif q̄ aut integra sacramēta pcipiāt:aut ab integris arceanf. Priores tm̄ dicunt q̄ in casu sufficit manducatio spūalis:et nō requirif secundaria cōsecratio. Sacramentū vero transformatū recōdendū erit cum alijs reliquijs:sicut factum fuerat in simili casu supra recitato. Et hec salua in oibus saniori sententia dicta sufficiant:quantū ad omnia diuisionis supra Lec. xxxviij. posita membra. Sequitur nūc textus sacri canonis.

Exod. xij.

¶ Lectio. iij. A

Simili modo post-

q̄ cenatū est/accipiens et hūc preclarū calicem in sanctas ac venerabiles manus suas. Item tibi gratias agens: benedixit dedit discipulis suis: dicens: accipite et bibite ex eo oēs. ¶ Postq̄ in quarta principali canonis parte: in q̄ de sacrificij hui⁹ pfectione agitur: determinatum est de idonee ac sanctificate materie cōsecratiōe qua panis substantia in verū christi corpus cōuertif in prima eiusdē partis particula: In hac particula secunda agitur de cōsecratione vini: qua eius substātia in verū christi sanguinē transsubstantiaf. ¶ Et subdiuidif in tria huius particule mēbra. In primo tangitur modus institutionis hui⁹ sacrosancte cōuersiōis. In scōo subdif forma cōsecrationis. In tertio additur significationis efficacia ɔsecrati sanguinis: Scōm ibi: hic est calix. Tertiū ibi: hoc facite. ¶ Circa primū p̄mo tangif huius sacrosancte cōuersionis tps et hora cū d:: Simili modo postq̄ cenatū est. Secūdo huius cōuersionis materia cū sequitur. Accipiens et hūc preclarū calicē in sanctas ac venerabiles manus suas. Tertio adiungif hui⁹ tā sancte institutionis modus et circūstantia: cum inferf. Item tibi gratias agēs et c. ¶ Circa p̄mū dicit: Simili modo quo christus cōsecrādo panē istum in carnē suā cōuertit: ad vini cōsecrationē accessit. Modo inquā sīli quātū ad ei⁹ bonitatē: quātū ad charitatē: quātū ad virtutem: et quātū ad gestorum cōformitatē. Siquidem bonitas que fecit vt corpus suum nobis traderet in cibum: eadem operata est/vt sanguinem suuz: quo tenus pleno frueremur cōuiuio: cōmunicaret nobis in potum: quia sm̄ beatum Dionysium. Boni est bona adducere. Charitas fecit vt sanguine nos redimeret: sm̄ illud Hieremie. xij. Reliqui domum meam; dimisi hereditatem meam: dedi dilectam animam meam in manus inimicoz eius. Sedes anime in sanguine est: sm̄ illud Leuitici. xvij. cap. Anima omnis carnis in sanguine est. et ego dedi illum vobis: vt super altari in eo expietis animas vestras et sanguis pro aie piaculo sit. Et sicut pane in suum corpus conuerso: ita vino in sanguinez suū trāssubstātiato: nos nutriens eiusdē redēptionis sue memoriā: et fructū in nobis renouaret. Hinc zacha. ix. d:: Quid enī bonū ei⁹ est: et q̄d pulchrū ei⁹: nisi frumētū electoz: et vinū germinans virgines. Uirtus diuina fecit/vt ea potestate infinita/q̄ panē in corpus: etiā vinū cōuerteref in sanguinē. Ut sicut caro ei⁹ hac cōuersione vere facta est cibus: ita et cōuersione simili sanguis fieret vere pot⁹. Joh. vj. Caro mea vere est cib⁹: et sanguis meus vere est potus. Gestorū cōformitas fecit vt eisdē cerimonijs seruatis/id ipm̄ corp⁹ scz et sanguis subuerif q̄ speciēb⁹ crederef et esset. Ideo sicut ibi panē in manus suas venerabiles et sanctas accipiēs/ac patri gratias agēs/ benedixit: in corpus suum conuertit: discipulis suis dedit. Ita et hic calicē in easdem manus sumens: et itē patri gratias agens et benedicens in sanguinē suuz vinū conuertit;

et eildē suis discipulis ministrauit. Quia ergo similis effe/
ct⁹ in vtraq; ꝯuersiōe: ideo similes cerimonie. ¶ B Igi/
tur simili modo postq̄ cenatū est. a christo scʒ ⁊ apostolis:
vtraq; cena: agni scʒ paschalis typici: ⁊ corporis sui. acce/
pit ⁊c. Nam vltimo post oēs cibos legales sacramentū in/
stituit et tradidit. Et vt proiectis veteribus vmbris legis/
noua gratia institueret sacramenta: ⁊ ipa arctius figeret in
suorū discipuloꝝ ac fideliū corda. De tempore vero hui⁹ in
stitutionis facte. xiiij. luna mensis primi: et de ieiunio cele/
brando ac cōficientib⁹ ⁊ sumentib⁹ hoc sacramentū: supra
dictū est lec. xxiiij. ⁊ lec. x. ideo nunc rescindunt. Sequit:
Accipiens scʒ christus: et hunc preclarū. i. pre alijs clarū nō
figuralē vmbrosum ⁊ nubilū: vt vete. testa. sacrificia fuere:
sed lucidā veritatē cōtinentē. Ideo de calice ve. testa. tanq̄
non satis claro dixit Luce. xxij. Nō bibā de generatione vi/
tis donec regnū dei veniat. Matth. xxvj. Nō bibā amodo
de hoc genimine vitis vsq; in diē illū: cū illud bibā vobiscū
nouū in regno patris mei. i. in ecclesia: que regnū dei dicit
sm Grego. cōfirmata eius potestate. Hunc em̄ preclarū ca
licem quotidie bibit: et sibi imbibit in mēbris suis que hoc
potu salutifero corpori suo mystico incorporantur: ⁊ ei per
huius sacramenti gratiā vniunt. Hinc in ps̄. Calix me⁹ ine
brians q̄ preclar⁹ est. Ad quā sobriā ebrietatē virgines (vt
statim dictū est) germinantē: hoc est fidē incorruptam ⁊ per
fectam charitatē tribuentē: spiritussanct⁹ Canti. v. inuitat
amicos dicēs: Comedite amici ⁊ bibite: ⁊ inebriamini cha
rissimi. ¶ Calicē. Calix sm Albertū a calore dicit: q: calorē
charitatis accendit: Hinc in ps̄ dicit: Calicē salutaris acci/
piam: ⁊ nomē domini inuocabo. ¶ Hinc notandū q̄ calix
accipit tripliciter. Uno modo pro vase receptiuo pot⁹ vel
liquoris. Et ita dn̄s christ⁹ calicē recepit in sanctas suas ma
nus: vt referūt euāgeliste: hoc est vasculū illud in quo fue/
rat potus. Secūdo accipit pro passionis amaritudine. hoc
modo accipit Matth. xx. cū dixit dominus filijs zebedei.
Potestis bibere calicē quem ego bibitur⁹ sum: hoc est po/
testis subire passionē ⁊ mortē quā ego patiar p redemptio
ne humani generis. Et dicit calix passio: iuxta veterē cōsue
tudinē ad mortē cōdemnatis potus in calice offerebat. sm
illud Prouerb. xxxj. Date sicerā merentib⁹: et vinū his qui
amaro sunt animo. Bibant ⁊ obliuiscant egestatis sue ⁊ do
loris sui nō recordent ampli⁹. ⁊ Amos. ij. Uinū dānatoꝝ
bibebāt. Tertio modo sumit pro poculo in calice cōtento.
Et sic accipit Hiere. xlix. Quib⁹ nō erat iudiciū vt biberēt
calicē. ⁊ Marci. ix. Quisquis potū dederit vobis calicem
aque frigide: i nomine meo: q: christi estis: amē dico vobis
nō perdet mercedē suam. Sic in cōmuni locutione accipit
quo dicim⁹: ille ebibit totū calicē. i. totū potū vel liquorem
qui fuit in calice. Et ita videt cepisse christ⁹ cū dixit: Hic est
calix sanguinis. In proposito vero accipit primo mō/ cum
dicit ex psona euāgeliste: Accipiēs ⁊ hunc preclarū calicem
in sanctas ac venerabiles man⁹ suas: id est vas: nō vtiq; va
cuū sed cū vino: q: premisit: Nō bibā amodo de genimine
vitis. Per quod expressit vini liquorē fuisse in calice cōten/
tum. ¶ E Ponit aūt hic circa sanguinis cōsecrationē ca/
lix/ siue vas cōtinens vinū cōuertendū in sanguinē: plus q̄
circa cōsecrationē corporis: vbi absolute dicit: Accipiēs pa
nē: nō dicit in sportella vel disco: q: cōsecrat sanguis in rōne
pot⁹. Null⁹ aūt liquor cōuenienter est potabilis nisi i aliquo
vase aut receptaculo cōtineat. Corp⁹ aūt cōsecrat in ratio/
ne cibi. Cib⁹ vo solidus rationē cibi habet: etiā si in nullo
vase cōtineat. Et q: ad litterā nō cepit christ⁹ vinū in man⁹
immediate sicut panē: sed accepit in calice cōtentū: ideo nō
dicit: accepit vinū: sed calicē. ¶ Addit etiā pnomen hūc/
demōstratiuū. Accipiēs nanq; sacerdos calicē in manu: de
christo loquēs dicit: Accipiēs scʒ christ⁹ hūc calicē: hunc scʒ
eundē quē ego accipio. Sed q: dictū est: q̄ calix aliquando
accipit p vase: et aliqn̄ pro poculo in vase cōtento: pōt hec
idētitas referri ad ipsum vas vel ad vasis liquorem. Si re
fert ad vas: nō est idē quod sacerdos accipit: ⁊ quod christ⁹
accepit quantū ad materiā ⁊ substantiā metalli. Sacerdos

em̄ accipit calicē factū de auro ⁊ argēto: vel vbi paupertas
ecclesie cogit: de stanno: vt. s̄. dictū est Lec. xij. Christ⁹ aūt
qui apostolis suis possessionē auri ⁊ argēti interdixit: non
credit fuisse vsus calice argēteo vel aureo: sed forte nec stan
neo: qui paupertatē suam nobis declarās/ ait: Uulpes fo/ *Luc. ix.*
ueas habēt: ⁊ volucres celi nidos: fili⁹ aūt hominis nō ha
bet vbi caput suū reclinet. Est ergo hic demōstratio nō ad
sensum: sed ad intellectū: vt sit sensus: Hunc calicē: id est ca
licē eiusdē rationis quātū ad liquoris cōtinētiā. Si vero ca/
lix accipit pro potu in calice cōtento: aut pro vino cōuerten
do in sanguinē: iterū erit demōstratio impsonalis. Hūc cali
cem. i. vini liquorē eundē non numero: sed specie vel genere
ppinquo: tenēdo aliqua vina differre specie essentiali. Uel
si acciperet p vino cōuerso: id est christi sanguine precioso:
in quē cōtinuo per cōsecrationis verba vinū cōuertit: sic est
demōstratio psonalis: q: eiusdē rei numero. Nā idē sanguis
numero ⁊ nō alius/ est in quē vinū quod in man⁹ suas cena
facta suscepit: cōuersum est: ⁊ in quē/ vinū quod nunc sacer
dos in suas manus accipit: cōuertit. ¶ D Accipiēs itaq;
christus calicē cū vino. Utriq; preclarū ppter preclari ac co/
rusci sanguinis sui puritatē in quē vini liquor: nō in sangui
nem hircoꝝ aut vituloꝝ qui in veteris testamenti sacrificio
offerebat vertēdus est: instituit vinū in materiā cōsecratio
nis sui sanctissimi sanguinis suo facto: dū ipsum vinū diui/
na sua virtute/ in verū ⁊ ppriū cōuertit sanguinē: ⁊ aposto/
lis suis/ eorūq; successorib⁹ vini sic cōuertendi cōtulit pote/
statem. Naʒ postq̄ ineffabili amore suos discipulos refecit
cibo angeloꝝ: ppria scilicet carne sub specie panis vsui hu/
mano cōgruentissimo: vt ampli⁹ charitatis sue immēsitatē
exprimeret: instituit ⁊ eosdē reficere potu sacratissimo: san/
guine suo dignissimo sub specie vini potui cōuenientissima:
vt sic nobilissima spiritualis nutritio sic/ perfecta corporis
refectione significaret. Ad nutritionē em̄ corporis pfectā/
nō pertinet sol⁹ cib⁹: pertinet etiā pot⁹. Idcirco postq̄ acce
pit panē: sub cui⁹ specie tradidit in cibū propriā carnē: acce/
pit ⁊ calicē vini: sub cui⁹ specieb⁹ in potū tradidit ⁊ sangui/
nem. Et qm̄ human⁹ sanguis in propria specie sine horrore
nō est potabilis: clementissim⁹ redemptor volēs illū tradere
in potū: sapientissime cum extranea velauit specie: vt sic sm
Hugonem sensus foueret in vno: ⁊ fides in alio edificaret.
Foueт sensus/ dū solitā ⁊ cōsuetā ac gratā speciē potus per
cipit. Edificat aūt fides in altero: dū in eo quod videt: qua
le sit illud quod non videt: agnoscit. Alijs quoq; ex causis
cōmendauit p̄ciosum sanguinē suū sub aliena specie: que. s̄.
lec. xxxv. sunt cōmemorate. Quib⁹ addunt cōgruentie que
sequunt. Quia em̄ christ⁹ sacerdos erat in eternū sm ordi/
nem melchisedech/ in sacrificiū panē ⁊ vinū offerentis: cō/
gruebat vt ad instar eius quē premisit postq̄ obtulit panē:
acciperet et vini calicē: vt figure figuratū responderet. Ex/
pressior em̄ sacramenti corporis et sanguinis christi figura
erat sacrificiū melchisedech sacerdotis. Amplius vt hoc sa
crificiū vere ⁊ propinque gereret similitudinem eius quod
significat: accepit calicē vini. Uoluit quidē christus hoc sa
cramentū significare suū corpus verū ⁊ sanguinē naturalē/
⁊ spūalē refectionē/ ⁊ mentis inebriationē. ¶ E Idcirco
postq̄ accepit panē habentē congruā significationē corpo/
ris ⁊ refectionis spiritualis: accepit ⁊ vinū habens cōgruē
tiam ad significandū sanguinē ⁊ spiritualē inebriationem.
Uinū quippe ex vite succrescit: in vua colligit: in ea p solis
ardorem maturat: ⁊ in torculari prelo exprimit: vt fiat pot⁹
reficiēs: ⁊ sitis ardorē restringēs. Et per hoc plene cōpetit
sibi christi sanguinē significare. Naʒ ⁊ ipse succreuit ex vite
fecundissima: virgine scilicet bn̄dicta: de qua et caro et san/
guis christi traxit originē. Christus quoq; ipsemet vua est
salutaris: quā primo protulit virgo gloriosa: ⁊ viri explora
tores/ apostoli scʒ ⁊ prophete/ ad nos humeris suis fortiter
⁊ cōstāter gestantes/ per fidē ⁊ predicationē detulerūt. In
quo liquor ille p̄ciosus sanguis/ immēso ardore amoris est
maturat⁹ vsq; dū passiōis prelo i torculari: patibulo videlicet
crucis exprimeret: et pflueret in potū toti⁹ humani generis

refectiuum: et in extinctionem ſitis ſpiritualis que ex ardo
re puenit ⁊ cõcupiſcẽtia pctõꝝ. Quo nãq; liquore altius
potuiſſet chriſt⁹ inebꝛiationẽ mẽtis deſignaſſe/ ꝙ p vinum
in quo quotidie in vita corporali iocũdamur ⁊ reficimur:
ſcḋm illud Pſ. Et vinũ letificat cor hoĩs. Accepic igiť vinuz
in calice/ tanꝙ materiã ad conſecrationẽ ſui ſanguinis ma-
gis cõgruentẽ. Itẽ in ſacramẽto cibi ſpũalis debet attendi
aliqua opatio ſubſtãtialis: id eſt pncipalis: p quaz ab alijs
diſtinguiť ſacramẽtis. Et cũ in baptiſmo dať eſſe ſubſtãtia
le p generationẽ ſpũalẽ: vt vult Dyoniſius. Et in ſacramen
to ↄfirmationis dať incremẽtũ ⁊ robur ſpũale. Ita ad idẽ
eſſe conſeruandũ ac deperditũ reſtaurandũ ⁊ augendũ/ da
tur in eucͪriſtia edulũ ſpũale. Edulũ autẽ ſpirituale cuz
dať p ſacramẽtũ viſibile: nihil cauſat in gratia qḋ ex ſacra-
mẽti ſimilitudine nõ ſignificat. Hoc aũt ſacramẽtũ inſtitui
debet in elemento corporalis refectionis/ cibi ſcꝫ et potus.
¶ F Eſt aũt alia opatio in corporali refectione cibi: alia
potus. Ideo ſicut poſt cibũ corporalẽ/ ſumiť potus ad pfe
ctionẽ nutrimẽti corporalis: qꝛ diuiſam habet opationẽ in
ſatiſfactione ſitis/ ⁊ latiõe nutrimenti/ ⁊ quaſdã alias: Ita
poſt nutrimentũ ſpũale ſumiť pot⁹ ad pfectionem ſpũalis
nutrimẽti: ſcꝫ ſanguis: qui ⁊ diuerſam operationẽ habet a
corpore. Corp⁹ em̃ dedit chriſtus in cõmunionem ſui ⁊ mẽ
broꝝ: ſanguinẽ aũt dedit in redẽptionem pctõꝝ. He autẽ
ſunt diuerſe opationes. Nulla em̃ exiſtẽte redẽptione facta
vel faciẽda: adhuc eſſe poſſet cõmunio: etiam poſita cõmu
nione capitis ⁊ mẽbroꝝ: nõ oporteret ꝙ eo mõ quo nũc eſ
ſet redẽptio: vt patet in angelis: vbi eſt mẽbroꝝ cõio et nõ
redẽptio. Vel ſi hoc nõ placet: in ſtatu innocẽtie: ſi homo
permanſiſſet: potuiſſet de⁹ incarnari ſicut nunc: ⁊ tamẽ nõ
pati. Fuiſſet ergo tũc cõmunio: ⁊ nõ redẽptio. Diuerſe ḡ vi
denť gratie cõmunionis ⁊ redemptionis. Cum ergo dñs
ſic multiplicauerit ſacramẽta/ vt oẽs gratias habeamus in
ſacramentis: non ſufficit habere gratiã cõmunionis p cor-
poris ſumptionẽ: q̃ in ſacramẽto ſignificať p elementũ pa-
nis: niſi etiã haberemus grãm redẽptiõis p ſanguinẽ: q̇ ſi-
gnificať p elemẽtũ vini. Hac ergo ratione chriſt⁹ vtrũq; in
ſtituit. Et licet ſanguis habeatur in corpore ſub ſpecie pa-
nis: nõ tamẽ ex virtute ſacramẽtali. hoc eſt/ non vi cõſecra-
tionis ſacramẽtalis: ſed potius ex vnione naturali: qꝛ hu-
mores vniuntur cũ corpore: cuius ſunt humores. Oportet
autẽ propter effectum ſacramentalẽ/ vt habeatur ſanguis
ex virtute ſacramenti ad nutriendũ pertinente. Et ita opor
tuit/ vt ibi eſſet conſecratio alterius elemẽti: puta vini: ſub
quo virtute ſacramẽti ſanguis dñi cõtineretur: ne ſacramen-
tũ eſſet imperfectũ alimẽtũ. ¶ G Que autẽ ſint opatio-
nes ſpeciales potus in ſacramẽto: cõſequẽter exponit dñs
Albertus: ꝙ pncipalis operatio nutrimenti eſt reſtauratio
deperditi in vita ſpirituali. Nõ em̃ põt eſſe vita ſpiritualis:
qn ex multis occupationib⁹ ⁊ negligẽtijs hoĩs fiat aliqua
deperditio ſpiritualis/ per famẽ ⁊ carentiã alimẽti ſpũalis:
que per hunc ſpiritualem cibũ reſtaurať. Per potũ aũt qui
influit nutrimentũ mẽbris: fit hec reſtauratio ſpiritualis:
vt ſic chriſto fortiter incorporemur: inheream⁹ et maneam⁹
in ipo: ſicut hi qui p humorem ſanguinis ſuo corpori ſum⁹
influxi. Unde ⁊ ipſe dixit Joh. vj. Qui mãducat meã car-
nẽ: ⁊ bibit meũ ſanguinẽ/ in me manet: ⁊ ego i illo. Sic aũt
ſibi influxi et coherẽtes/ ſpiritũ ipſius participam⁹ et vitã.
Qui mãducat inquit me: ⁊ ipſe viuet pꝑter me. Hinc Eccĩ.
iiij. Sapiẽtia vitã filijs ſuis inſpirat: ⁊ ſuſcipit exquirentes
ſe: ⁊ pibit in via iuſticie. Sapiẽtia chriſtus eſt qui corpus
ſuũ cõmunicãdo mẽbris ſuis/ ⁊ ſanguinẽ influẽdo/ influit
et inſpirat eis ſpiritum ⁊ vitã: ⁊ ſic in ſuã incorporationem
ſuſcipit inquirentes ſe: pꝛeiens eos in oĩ via iuſticie: qꝛ ni-
ſi ſic ſimus in ipſo: viã iuſticie nõ poſſumus tenere. Sub-
dit ⁊ alias ſpeciales operationes/ idẽ Albertus: quia vngit
ad ſalutis ſanitatẽ: per ipm dať ſpeciale pignus ſpũs: lauat
vitioꝝ ſordes: rigat arida: extinguit malo calore incẽſa: tin
git et exornat ac chriſto cõſignat: que per longũ proſequi-
tur. De quib⁹ cũ de fructu huius ſacramẽti tractabiť ſpiri-
tu calamũ ducente/ dicetur. Alexander de ales parte. iiij. q.
xxxj. mẽbro. ij. etiã plures ponit rationes. Unã ponit vt du
plici rationi inſtitutionis reſpõdeat duplex ſpecies ſacra-
mẽti. Inſtitutum em̃ eſt ad augmentũ: vt firmior ſit vnio
mẽbroꝝ corporis chriſti cũ capite: ⁊ vt firmior ſit recorda-
tio redẽptionis facte p chriſti ſanguinẽ fuſuz in cruce. Spe
cie panis que eſt ſacramẽtũ corporis/ afferť effectus vnio
nis. Specie vini que eſt ſacramẽtũ ſanguinis/ memoria re
dẽptionis. Alia ratio. Nam duplex eſt myſticũ huius ſacra-
mẽti. Unũ eſt reſpõdens incarnationi: Aliud paſſioni. In
incarnatione facta eſt vnio diuine nature cũ humana. Un-
de chriſtus caput eſt eccleſie: cui vnita ſunt mẽbra: qḋ ſigni
ficatur in ſacramento corporis chriſti ſub ſpecie panis. In
paſſione facta eſt redẽptio noſtra: effuſione ſanguinis: qḋ
ſignificatur in ſacramento ſanguinis ſub ſpecie vini liquẽ
tis. In ſumptione igitur corporis chriſti ſub ſpecie panis/
ſignificatur cõiunctio mẽbroꝝ corporis chriſti cũ capite fa
cta per incarnationem. In ſumptiõe ſanguinis ſub ſpecie
vini/ redemptio noſtra per ſanguinis chriſti effuſionẽ. Un
de in hoc vno ſacramento ſignatur quod eſt incarnatiõis:
et quod eſt paſſionis: propter quod eſt perfectiſſimũ ſacra
mentoꝝ. Aliam rationem aſſignat. vt ſignificetur in chri-
ſto duplicis nature aſſumptio. In nobis duplicis nature
redemptio. Unde Glo. j. Cor. xj. ſuper illo: Hoc facite in
meam cõmemorationem. dicit: Cũ totus ſub ſpecie panis:
⁊ ſub ſpecie vini ſumiť: cur nõ in vna: ſed in duab⁹ dedit:
Ut oſtenderet chriſt⁹ totã humanã naturã: id eſt corp⁹ ⁊ ani
mam ſumpſiſſe: vt vtrũq; redimeret. Panis em̃ ad corpus
referť: vinũ ad animã: qꝛ vinuz operať ſanguinẽ in quo eſt
ſedes anime. Ergo in duab⁹ ſpeciebus celebrať hoc ſacramẽ-
tũ: vt aĩe ⁊ corporis ſuſceptio in chriſto ⁊ in nobis vtriuſq;
liberatio ſignificeť. ¶ I Itez ſub duplici ſpecie inſtitutũ
eſt pꝑter duplicẽ eius effectũ. Valet em̃ vt dicit Ambroſi⁹:
ad tuitionẽ corporis ⁊ anime. Et licet illud quod ſumiť ſub
ſpecieb⁹ panis: valeat ad vtrunq;: ⁊ ſimiliter quod in vino
ſumiť: qꝛ in pane totũ ⁊ integrũ: ⁊ ſimiliter in vino totum
et integrum ſumitur. Sed ſi in pane tm̃ ſumeretur: alteruz
tm̃ ſignificaretur: ſcilicet ꝙ ad tuitionem corporis valeret.
Si in vino tm̃ ſumeretur: ſolum ſignificaretur ꝙ pro ſalu-
te anime ſumeretur: quia vinum ſanguinem ſignificat: in
quo vt dictuz eſt: ſedes anime eſſe diciť. Omnes ille ratio-
nes reduci poſſunt ad quinq;. Nã ſub diſtinctis ſpeciebus
panis ⁊ vini/ inſtitutũ eſt/ pꝑter perfectã ſignificationẽ ſpi
ritualis nutrimẽti: correſpondentiã veritatis ad figuras ve
teris teſtamenti: perfectã ſimilitudinem ad rem ſacramen
ti. Seruire effectuum diſtinctioni corpori et ſanguini per
appropriationem conuenientẽ: variam repreſentationem
in chriſto ſumenti: quorum membrorum declaratio ex pre-
miſſis ſatis patet. ¶ Sed ſtatim ſurgit dubium. Cum ſint
diſtincte ſpecies: quomodo ſaluari poſſit vnitas ſacramen
ti. Sed de hoc dicetur poſt expeditam conſecrationis for-
mam. Et quoniam in his verbis/ Accipiens calicem/ tan-
gitur inſtitutio materie: que eſt vinum in ſanguinem trãſ-
ſubſtantiandum. De materia iſta tractatum eſt ſupra le-
ctione. xxxv. ¶ K Sequitur. In ſanctas ac venerabiles
manus ſuas. Exponať vt ſupra lectione allegata. et. xxxvj.
vbi pene eadem verba/ panis conſecrationi premittuntur.
Nam tactu ſue manus/ vino contulit vt ſemper poſſet in
ſuum ſanguinem conuerti: vt dicit Albertus: id eſt mate-
riam conſecrandi ſanguinis inſtituit. Item: id eſt iterum:
gratias agens tibi: ſcilicet patri de humani generis redem
ptione/ per ſanguinem ſuum iam in chriſto fienda. Eadẽ
quippe nocte tentus: et mane ſequenti crucifixus/ ſangui-
nem fudit: quo nos ab eterna morte redemit. Hanc enim
amore intenſiſſimo deſiderauit: et cum gaudio portionis
ſuperioris perfecit. Unde Luc. xij. ait: Baptiſmo habeo ba
ptizari: et quomodo coarctor donec perficiatur. Et ad He
breos. xij. Propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem/ confu-
ſione contempta. Benedixit: omni benedictione gratie cõ-
ſecrando; et vinum in ſuum ſanguinem trãſſubſtantiãdo;

In quo verbo sacerdos cruce signat calicem: vt sm̄ Albertum/significetur hec benedictio a primo pfectore sanctificationis/patre celesti pfluere in sacramentū. ¶ Utrū aūt christus benedicēdo ac cōsecrando signo aliquo corporali aut verbo vsus sit: aut sola diuina virtute vinū in sanguinē suū conuertit: q̄ cōuersio hic p benedictionē intelligitur: dictū est. s. Lec. xxxvi. vbi hec verba vna cū mysterio crucis: quā hic sacerdos facit sup calicē latius exponunt̄. Sequit̄. ¶ Dedit: nō vēdidit: nō reddidit: sed gratuito dono gratis dedit: vt ei⁹ exemplo nullo fauoris aut pecunie p̄cio: aut etiam more humano dignissimū sacramentū canib⁹ ꝛ indignis: aut peccatorib⁹ publicis porrigamus: sed gratis acceptus: dignis gratis det̄. vn̄ subditur: Discipulis suis. qui soli digni fuerant: etsi nō oēs: multi tn̄ publice indigni fuere. Occultum em̄ adhuc fuerat ceteris pctm̄ iude. Hinc Matth. vij. Nolite sctm̄ date canib⁹: neq̄ mittatis margaritas vestras ante porcos: ne forte pculcēt eas pedib⁹ suis: ꝛ canes cōuersi dirūpant vos. dicens: Accipite. in officiū scʒ cōsecrādi et dispensandi. j. Cor. iiij. Sic nos existimet hō vt ministros christi: ꝛ dispēsatores ministeriorū dei. vl' mysteriorū dei. Utrūq̄ em̄ ponit glo. Et bibite. ad incorporationē mihi: nō ad fastidiū: sʒ celestis desiderij augmētū. Eccl. xxiiij. Qui edūt me adhuc esurient: ꝛ qui bibūt me adhuc sitiēt: nō p famis sitisq̄ defectū: sed p semp inherēdi seruens desideriū: oē tollēs fastidiū. Ex eo. scʒ calice vel sanguine. Oēs. sine distinctiōe. Actuū. x. In veritate cōperi: q: nō est psonarū acceptor de⁹. Lationē expositionē cuʒ dubijs q̄re supra.

Hic est enim calix sanguinis mei noui et eterni testamenti: mysterium fidei: qui pro vobis ꝛ p multis effundet̄ i remissionē peccatoꝝ. ¶ Postmodū institutionis sacramēti sanguinis: sequit̄ forma cōsecrationis: qua etiā nos christus vti voluit in sui sanguinis sanctissimi cōfectione. Et primo ponit̄ forma ip̄a necessaria sm̄ omnes. Secūdo notat̄ effectus hui⁹ sacrosancti sanguinis. ¶ Forma est. Hic est calix sanguinis mei. ¶ Effect⁹ notant̄ tres. Prim⁹: q: testat̄ nobis hereditatē. Scd̄s: q: declarat in mysterio fidē. Terti⁹: q: prestat peccatoꝝ remissionē. De primo dicit: Noui ꝛ eterni testamēti. Noui: q: in ritu et effectu nouū est. Apoc. xxi. Dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Leuitic. xxvi. Nouis superuenientib⁹: vetera p̄jicietis. Itē dies venient: et feriā domui israel ꝛ domui iuda fedus nouū. Eterni dicit̄/q: nūq̄ reperiet alteri⁹ testamēti vel sacramēti superordinationē: sicut sacramētis veteris legis supordinatū est aliud testamentū ꝛ alia sacramēta. vn̄ Hiere. xxxi. Sanctū dn̄i nō euellet̄: ꝛ non destruet̄ vltra in perpetuū. Et Esa. lv. Feriā vobiscū pactū sempiternum. Et ad Heb. x. Una oblatione cōsummauit in eternuʒ sanctificatos. Et ideo dicit̄ testamentū: q: in sanguine cōfirmauit omnes testatas pmissiones. Hinc ad Heb. ix. Ubi testamētum est: mors necesse est intercedat testatoris. Testamentū em̄ in mortuis cōfirmatū est. Alioquin nondū valet dū viuit qui testatus est. Et Zach. ix. Tu in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu: in quo nō est aqua.

Hiere. xxxi

Mysterium vnde

Mysteriū dicit̄ a mystin grece quod est secretū. Secretum em̄ fuit qualiter morte vitā eternā: ꝛ sanguine pficeret sanctitatē. vn̄ Esa. xxiiij. Secretū meū mihi: secretū meū mihi. Et Job. xxviij. Profunda fluuiorū scrutatus est: ꝛ abscōdita pduxit in lucē. Fluuij sunt flumina vulnerum: quoꝝ est pfunda sapiētia qualiter sanguine christi redempt⁹ est mūdus. Et in hoc pfundo omnia mysteria fidei sunt reuelata. Nā de⁹ pacis eduxit de morte pastoreʒ magnū in sanguine testamēti eterni. Qui scʒ sanguis. p vobis. discipulis meis. Nā ꝛ episcop⁹ ꝛ sacerdos indiget sanguine redemptionis: qm̄ ꝛ de pontifice dicit apostol⁹ ad Heb. v. Et ipse circumdatus est infirmitate: ꝛ ppterea debet quēadmodū pro populo: ita etiā pro semetipso offerre p peccatis. Et pro multis. scilicet predestinatis efficaciter: pro omnib⁹ aūt sufficienter. effundet̄ in remissionē peccatorum. tanq̄ nostre redemptionis precium. Hinc. j. Pet. j. Nō corruptibilib⁹ auro vel argento redempti estis de vana vestra cōuersatione paterne traditionis: sed precioso sanguine quasi agni immaculati christi. Ad Heb. ix. Sine sanguinis effusione nō fit remissio. Ideo dilexit nos: et lauit nos a pctis nostris in sanguine suo. Apoc. j. ¶ M Est aūt hec forma. Hic est em̄ calix ꝛc. certa forma/forma cōgrua/forma sufficiens ꝛ perfecta. Certa: q: a christo instituta: ab apostolis pmulgata: et per sanctos patres in nos deriuata. Accepit em̄ hanc formam romana ecclesia a summo apostolorum principe petro: qui fuit vltime cene: in qua hoc sacramētum institutū est: cōuiua. Unde Innocen̄. de officio misse. Romana ecclesia sup apostolice fidei petrā stabili soliditate fundata: id integra fide seruauit: quod ab apostolis accepit: qui eaʒ principaliter sacris instituere doctrinis: ꝛ ecclesiastici ritus regulā docuerunt. Ab ipsis ergo aplis petro et paulo: quos et viuos habuit et defunctos ritū circa hui⁹ sacrificij oblationē accepit: quē hactenus inuiolabili cultu seruauit. Idē in. c. Cuʒ marthe. de ce. missa. Credimus q̄ formā verborū: sicut in canone reperit̄: apostoli a christo ꝛ ab ipsis eorū receperūt successores. ¶ N Nec obstat q̄ hec forma verboꝝ in nullo euangelista: vt hic describit̄: posita reperit̄: q: vt ibidem dicit Innocentius: Multa tā de verbis q̄ de factis dominicis inuenimus ab euangelistis omissa: que apostoli vel suppleuisse verbo: vel facto expressisse leguntur. Hinc dicit Alexander de ales parte. iiij. q. xxxiij. Magis videt̄ q̄ prefata forma verborū quam seruat ecclesia: fuit forma tradita a dn̄o: q̄ alia posita in euāgelijs: que post scripta erant: et variata sm̄ diuersitatē traditionū et translationū. Neq̄ ipsi euāgeliste in forma verborū cōueniūt. Un̄ Matth. hanc ponit formā: Hic est em̄ sanguis meus noui testamenti: q̄ pro multis effundet̄ in remissionē peccatoꝝ. Marcus illam: Hic est sanguis meus noui testamēti: qui pro multis effundet̄. Lucas: Hic est calix nouū testamentū in meo sanguine: qui pro vobis fundet̄. Et Paulus. j. Cor. xj. Hic est calix nouū testamentū in meo sanguine. In sensu tamē satis conueniūt: quē oēs narrare valebāt (al's volebāt) Apostoli ergo q̄ ecclesiā instituerūt/sm̄ q̄ a dn̄o acceperūt/formā tradiderunt. Euāgeliste vo facta et opera christi narrauerūt/plus q̄ historiographi/attēdentes ad facta in se/et ad veritatē intellectus/q̄ ad verba. Ideo frequēter idē factū/eandēq̄ veritatē: nō eisdē verbis: sensu tamē nō dissonis scriptitarūt. Unde nō fuit necesse ait Alexander: vt tanta diligentia apponeretur in euāgelijs de forma p̄scripta a dn̄o scribenda: in q̄b⁹ referunt̄ opa dn̄i vt opata erāt: sicut vbi tradita est forma a dn̄o p̄scripta: non vt iudicet̄ opus christi: sed vt illa mediante/fiat quod christus fecit: id est cōuertatur panis et vinū in corpus et sanguinem christi. Ibi enim debuit illa forma precise obseruari: cui dominus dedit virtutem conuertendi. Hec Alexander. ¶ O Et propter hoc multi doctores dubitant: Utrum sacerdos vtens forma aliqua/ab euangelistis tradita/vere conficeret sanguinem: quia dubium est: vtrum ipsi euangeliste intendebant formam cōsecrandi tradere: aut christi duntaxat facta narrare. Multi tamen concedunt sacerdotem tali forma vtentē/vere christi conficere sanguinem. In cuius argumentum assumunt: quia ecclesia non negat grecos conficere: qui tamen non vtuntur forma qua nos vtimur. Sed illa vt refert Richar. Hic est sanguis meus noui testamenti/qui pro vobis et multis effundetur. Et hoc cōmuniter tenetur. Nec tamen ex hoc sequitur q̄ forma nostra non sit certa: quia in sententia satis concordat cum priori: ꝛ prior cum ista. Et ita oportet dicere/q̄ modica variatio forme quātū ad certas dictiones: dum tn̄ principalis sensus non mutetur: non reddit formam inefficacem: de quo supra cū de forma panis agebatur: lectione. xxxviij. latius disputatum est. ¶ Usus preterea romane ecclesie formam in canone positam/certissimam facit: etiam si in scriptura nō reperiretur/propter magnam consuetudinis huius ecclesie autoritatem: de quo beatus Aug. in libello de cura p mortuis agenda: ita scribit: Si nulla esset autoritas sacre scripture/que

prure/que doceret orare pro defunctis: tanta est autori/tas ecclesie romane et consuetudinis eius obseruate: vt nemo illā insequēs poterit errare. Item in epistola quadam ad beatū Hieronymū. Contra ecclesie fundatissimū morē nemo sentiat. Hec de eius certitudine. ¶ Hinc cū forma expressa in canone/ab oībus obseruetur in ecclesia romana: nemo ambigere debet de eius certitudine: aut quouis modo de ei⁹ efficacia hesitare ¶ P Est etiam forma illa cōgrua: quia in hoc sacramēto significatur sanguis christi/vt effusus in ꝑcium nostre redēptionis: ⁊ vt ministratus in potū nostre refectionis. Sāguis autem de se neutrū horum dicit expresse: sed per coniunctionē ipsius cum calice: vt effusus ⁊ vt potandus offertur ac ꝓponitur. Calix nāq̄ ſm predicta/transsumit̄ ad significandū tam passionem q̄ potū. Et ꝓpter hoc congruentius d̄r: Hic est calix sanguinis mei: q̄ Hic est sanguis meus: q: expressius significatur ⁊ passio et refectio Perfecta quoq̄ est ⁊ sufficiens: q: forme sacramentales vt cōmuniter hoc significant qd̄ efficiūt. Hec aūt significat sanguinē xp̄i cōtineri ī calice: qd̄ et efficit̄. ¶ Q Per hoc etiā ad expositionē illoꝝ verboꝝ: Hic est calix sanguinis mei/prius dimissam redeam⁹. Prim⁹ termin⁹ est pronomē hic: qd̄ demōstrat partim ad sensum: partim ad intellectū sanguinē christi: ī quē species vini finitis verbis cōsecrationis/cōuertunt̄. Demōstrat aūt sanguinē in rōne pot⁹. Vn̄ valet: Hic scilicet sanguis me⁹ in potū traditus/est calix ⁊c̄. Et consequenter quecūq̄ s̄. lec. xlviij. de ꝓnomine hoc/dicta sunt: ꝓposito seruiūt: et similiter dicendū de ꝓnomine hic. Hec ē sententia alexādri vbi supra: cui satis cocordāt sanct⁹ Tho. ⁊ sanct⁹ Bonauētura. Sequit̄: Calix. Calix vt dictū est: ꝓprie significat vas potuz cōtinēs: tn̄ trāssumit̄ vel ꝓ potu vel ꝓ passione. Hic non capitur ꝓprie: sed trāssumptiue pro potu. Vn̄ sensus est: Hic: scilicet qui erit in fine cōsecrationis: est pot⁹ sanguinis mei/ſm doctores supradictos. Qd̄ addit̄/sanguinis mei/specificat calicē pro potu acceptū: vt sit sensus: Hic est calix: id est pot⁹ sanguinis mei: scilicet naturalis ⁊ veri: ſm illud Ioh. vi. Sanguis me⁹ vere est pot⁹. Et beat⁹ Hiero. sup psalmū. lxxv. loquēs iudeis/ait: Sanguinem quē per in insaniā fuderūt: per gratiā biberūt. Et sanct⁹ Bonauē. licet ponat̄ in obliquo: intelligit̄ tn̄ intransitiue in recto: vt poculū vini: creatura salis: id est poculum quod est vinū: ⁊ creatura q̄ est sal: vt sit cōstructio intrāsitiua. Hec Bonauētura. ¶ Quare aūt dicit̄ calix/et nō simpliciter sanguis me⁹: Ratio statim supra ſm Alexandrū dicta est. Nec impedit q̄ in cōsecratiōe nō dicit̄: Hoc est cibus panis: quia panis de se est cibus. Nec hꝫ aliud officiū q̄ cibare. Non sic sanguis xp̄i: qui non est potus nisi quatenus ꝓpinatur in calice passiōis. ¶ R Sed hic statim oritur dubiū nō negligendū. Si em̄ forma illa quaten⁹ est forma efficax cōsecrationis: habet sensum illum metaphoricū/posset sacerdos ꝯsecrans hoc ignorare: ⁊ intentionē suā ad sensum orationis ꝓpriū reflectere ⁊ ita nō ꝯsecraret: q: deficeret debita intentio: q̄ semper ꝯformis esse debet sensui verboꝝ ſm quē instituta sunt: vt sint efficacia forme. Magis ergo cōgruebat formā instituere/nō habentē sic ambiguos sensus: qui etiaꝫ sunt occasio distractionis: cum nō possit concipi sensus metaphoricus: nisi prius concipiatur sensus ꝓprius: ⁊ ex eius similitudine fiat translatio ad sensum metaphoricum verum. Omnia aūt que vel distractionē vel errorem occasionare possunt: debent a tāto sacramēto remoueri: vbi nullum errorem: sed summā deuotionē ⁊ recollectionez esse congruit in ministrāte. ſm illud Esa. lvij. Auferte offendicula de via populi mei. ¶ Ad illud respōdet Alex. vbi supra. q̄ quātumcūq̄ sacerdos consecrans haberet simplicem et ꝓprium intellectum verboꝝ: ⁊ per hoc ex negligentia sacerdotis posset frustrari effectus sacramēti: tamen ꝓpter negligentiā illam que cōtingere posset: non debuit domin⁹ qd̄ congruebat omittere. Sed minister qui intendit cōsecrare: debet diligentius quo potest se recolligere ⁊ redire ad se: ⁊ etiam debet intelligere qd̄ ad officiū suū ꝑtinet: sine quo nō potest rite in officio ministrare: q̄ nihil omittat de ꝯtingentibus. Unde dicūt q̄ negligentia talis in hac operatione est peccatū mortale. ¶ S Sed illa sententia videt̄ nimis dura. Et si vera esset: frequēter tolleret effectū cōsecrationis: tum ex mētis distractione q̄ non est in potestate celebrantis: imo frequēter dum magis recollectus: ⁊ ad singula intētus esse cupit: magis distrahitur. Tum: quia maior sacerdotū numerus hoc ignorat: qui etiā ab ecclesia ad hec scienda nō diligenter instruūtur. Unde recurrendū est ad supra dicta lectione sexta. Ubi ſm ꝓbabiliorem opinionē/sufficit q̄ sacerdos intendat hoc qd̄ ecclesia intendit per hec verba efficere: ad que xp̄s ea instituit. etiā si verba ista penitus nō intelligat: quā intentionē habere pōt sacerdos hereticus ⁊ infidelis: etiā in hoc articulo sacramēti. Nō em̄ pendet verboꝝ virtus ex intentione sacerdotis: sꝫ ex institutione xp̄i. Et ideo quādo est intentio illa quā xp̄s habuit: instituendo. i. intendendo q̄ ad ꝓlationē v̄boꝝ fiat cōuersio quā xp̄s fieri voluit: ꝑ hec verba/sufficit. sufficit dico/ad effectum sacramēti: q̄uis non semper sufficiat ex parte dispositionis ministri: qui si ex sua negligentia ignarus fuerit aut distractus: a peccato minime excusatur.

¶ Lectio. liiij. A

Circa formā consecrationis sanguinis occurrunt aliqua dubia. ¶ Primū. Utrum ad ꝑfectionē huius forme ꝑtineant oīa verba illa ab eo loco: Simili modo/vsq̄ ad illuz: Vn̄ ⁊ memores. ¶ Ad illud cōiter respondet̄ ſm oēs doc. q̄ verba precedentia istam clausulā nō sunt de essentia forme: ⁊ illa sunt verba ꝓlata in ꝑsona sacerdotis referentis/qd̄ factū est. Consecratio aūt fit in verbis in ꝑsona xp̄i ꝓlatis. ſm beatū Amb. Illa v̄o verba: Accipite ⁊ bibite ex hoc oēs: q̄ ꝓferūtur vt ꝓlata a xp̄o: nō sunt essentialia forme cōsecrationis sanguinis: sicut nec illa: Accipite ⁊ comedite ex hoc oēs: req̄rūtur ad consecrationez corporis xp̄i sub speciebꝰ panis quia magis respiciunt vsum sacramēti q̄ eius perfectionē: imo eius ꝑfectionē. i. transsubstantiationem ꝑsupponūt. Sensus em̄ est. Accipite ⁊ bibite ex eo post conuersionē vini in sanguinē. de quo supra lec. xxxviij. Similr̄ ⁊ hec verba (Hec quotienscunq̄ feceritis/in mei memoriam facietis) non sunt de essentia forme: quia nō plus respiciunt consecrationē ⁊ sumptionem sanguinis q̄ corporis: q: vtrūq̄ corporis ⁊ sanguinis ꝯsecrationē ⁊ sumptionē eque ꝑcepit xp̄s fieri in memoriā. Si ergo pertinerent ad ꝯsecrationē sanguinis: pari ratione ad ꝯsecrationē corporis: ⁊ ita sub hostia panis nō esset verū corp⁹ xp̄i ante prolationē hoꝝ verboꝝ. Et ita cum prius per sacerdotis eleuationē ostendit̄ populo: populus adorās adorat et idoluꝫ/qd̄ est absurdissimū. ¶ Preterea ꝑ illa v̄ba (vt cōiter ꝯceditur: ⁊ ponit btūs Hiero. de illustribus viris) Christus cōtulit ap̄lis cōsecrandi potestatem eosq̄ ordinauit sacerdotes. Collatio aūt potestatis non fit per verba ad cōsecrationē ꝑtinentia: q: verba consecrationis respiciūt materiaꝫ q̄ consecrat̄: vel terminū ad quē cōsecratio terminat̄. Uerba aūt per que cōfertur potestas consecrandi/respiciūt eū cui cōfertur: ⁊ potestatē ipsam q̄ ꝯfertur. Ideo cōiter ꝯcessum est verba illa ad cōsecrationē nō ꝑtinere. ¶ B De illis vero v̄bis/Noui ⁊ eterni testamēti q̄ pro vobis ⁊ ꝓ multis effundet̄ in remissionē peccatoꝝ/est magis dubium: quia de his varie sentiūt doc. Sanctus tho par. iij. q. lxxviij. ar. iij. dicit q̄ ille clausule: Noui ⁊ eterni testamēti/et sequētes/sunt de substātia forme vsq̄ ad illam: Hec quotiēscūq̄ feceritis: q̄ ꝑtinent ad vsum hui⁹ sacramenti: q: ille clausule pertinent ad integritatem hui⁹ orationis: Hic est calix sanguinis mei: q: sunt determinationes ꝑdicati/sc; sanguinis

mei. Et idem est qđ dicit: ꝙ sacerdos eodem ritu ⁊ modo scʒ tenendo calicē in manibus: oīa hec verba ꝓfert. Lu. ca. xxij. interponūtur hec verba inter prima/cū dr̄: Hic est calix nouū testamentū in sanguine meo: q: ꝑtinent ad eandē oratione: ptinent ⁊ ad eandē formā. Similiter ⁊ hec clausula. Qui ꝓ vobis ⁊ ꝓ multis effundet̄: videt̄ ad eandē orationē pertinere: ꝓpter relatiuū qui: qđ implicat suū antecedēs/qđ est sanguinis mei. ¶ Alexā. de ales par. iiij. q. xxxiij. dicit ꝙ illa verba dūtaxat: Hic est calix sanguinis mei/sunt de sub̄a forme. Cui⁹ ratio est: q: illa sunt tm̄modo de forma q̄bus fit transsubstātiatio vini in sanguinē xp̄i. Sed ꝑ illa v̄ba que sequūtur: nō fit trāssubstantiatio. q: non transeūt super materiā transsubstātiandā: sed sunt ꝓprie declaratiua quarūdam cōditionū q̄bus excellentia hui⁹ sacramēti manifestatur. Hec autē verba: Hic est calix sanguinis mei: expressiua sunt totius effectus cōtenti in hoc sacramento: sicut ⁊ verba ꝯsecrationis corporis sunt hec: Hoc est corpus meū: que significāt corpus sub sp̄ebus panis cōtineri. vn̄ sicut illa: Accipite ⁊ bibite: que pertinent ad vsum sacramēti: nō sunt de essentia forme: ita neqꝫ (immo a minore) illa: Noui et eterni testamenti qui ꝓ nobis effundetur. Nec obstat ꝙ ille clausule in se nō sunt orationes perfecte: q: sufficit ꝙ forma illa consecratiua in se sit ꝑfecta sine illis clausulis adiunctis. Hec em̄ est ꝑfecta oratio: Hic est calix sanguinis mei. Neqꝫ obstat euāgeliuʒ Luce: qđ allegat̄ in quo verba aliqua ex sequētibus interponūtur. Quia vt dictū est: in ipsis euāgelijs nō traditur forma vt a dn̄o est tradita ad ꝯsecrandum instituta: sed vt a dn̄o dicta ⁊ gesta: que nō necessario eo ordine ⁊ eisdem verbis: sed equalētibus exprimūtur. Ritus etiam nihil arguit: q: verba illa breuia sunt/⁊ prioribus connexa: ꝓ quibus solis non oportuit aliū instituere ritum. ¶ Huic opi. cōsonat dn̄s albertus: ꝯsonat ⁊ sanctus Bonauē. dicēs: ꝙ hec est forma cōgrua/tota/⁊ ꝑfecta. Sufficiens em̄ est ad significandū transsubstantiationē vini in sanguineʒ xp̄i. Unde in his que sequūtur: describit̄ effectus sanguinis in hoc sacro significati ⁊ cōtenti in cruce effusi. ¶ C Scotus dicit in. iiij. dist. viij. q. ij. ꝙ nō est nobis traditū oino certitudinaliter: an ad formā ꝯsecrationis sanguinis pertinent aliqua verba q̄ sequūtur post illud: sanguinis mei. Ideoqꝫ periculosum est illud asserere: de quo sufficiens autoritas ⁊ ratio non habetur. Non est em̄ periculosum hoc ignorare: quia est ignorantia inuincibilis: quia non potest hō ex quacunqꝫ diligentia istud scire qđ queritur nisi sp̄ali reuelatione illustretur: qđ quia factū non legitur: certitudo in p̄misso negocio nō habet̄. ¶ Ex illo dicit: patet improbatio cuiusdā dicti sdiscreti: ꝙ necesse est in quolibet sacramēto scire precise que verba sint de forma/ad hoc vt sacramentum illud rite perficiatur. Illud em̄ manifeste falsum est: nō solum in ꝓposito: sed etiam in sacramēto penitentie ⁊ ordinis. Non em̄ dicit: est omoda certitudo que sit forma precisa ordinationis in sacerdotem: ꝓpter multitudinē sermonū quos profert episcopus in collatione p̄fati ordinis: ⁊ tm̄ nō est dicendum ꝙ nullus est in ecclesia vere in sacerdotem ordinat⁹. Similiter diuersi diuersis vtuntur formis in sacramēto penitentie: nec est certū de aliquibus verbis p̄cisis que sint forma: non tm̄ dicendum ꝙ nullus absoluat̄ in ecclesia. Sic de sacramēto matrimonij. Addit idem ꝯsiliū/dicēs: Sacerdos intendēs facere qđ facit ecclesia: legēs distincte verba canonis a p̄ncipio vsqꝫ in finē/vere ꝯficit. Nec est tutū alicui q̄ se reputat valde peritum de scientia sua/dicere: volo vel p̄cise istis v̄bis ꝓ ꝯsecratione sanguinis: sed securior est simplicitas qua apud se dicat: Uolo ꝓferre verba ista ea intentione qua xp̄s instituit ea ꝓferēda: vt que ex xp̄i intentione sunt de forma: dico vt de forma: ⁊ que ad reuerentiā: ꝓfero ad reuerentiā. Hic absqꝫ dubio rite ⁊ legitime ꝓcedit ⁊ vere cōsecrat. Hec de forme integritate. ¶ D Posset moueri dubiū de veritate forme: sed de hoc dicendum erit sicut supra dictū est de veritate forme consecrationis panis lect. xlviij. ¶ Sed specialiter dubiū facit verbū/effundetur: qđ est futuri tp̄is rōne cuius videt̄ forma ista cū nunc a sacerdote ꝓfertur nō eē vera: licet dum a xp̄o in cena ꝓferebat̄ fuit vera: q: in nullo futuro tp̄e post p̄sens instans sanguis xp̄i effundetur: sicut nec morietur: cui mors vltra nō dominabitur Rom. vi. Ad hoc faciliter respōdent q̄ dicunt verba illa sequētia participiū/dicens: vsqꝫ ad illa: Hn̄ et memores: accipi materialiter/⁊ nō significatiue: sic em̄ cessat ratio dubij: cū effundetur sic acceptū/non importet tēpus: q: nō est verbū: sed nomē: sicut oīs dictio materialiter accepta. ¶ Scd̄m alios q̄ dicūt oīa verba: hic est calix/cū sequētibus accipi significatiue: videt̄ dici posse ꝙ effundetur: refertur ad tp̄s: qđ in hora institutionis fuit futurū: ⁊ nō ad tēpus qđ nūc in hora cōsecrationis est futurum. Ita ꝙ tātū valeat ꝙ effundet̄. i. effundendū erat: nūc vero effusum est. Et sic vera est oratio: ⁊ hec significatio satis colligit̄ ex circūstantibus ꝯstructibilib⁹: ex q̄bus satis significat̄: ꝙ illa verba ꝓferūtur a sacerdote tanq̄ ꝓlata a xp̄o. Et ideo ad idem tempus referēda sunt: ad qđ xp̄s ꝓferens/retulit. ¶ Et si dicit̄: ꝙ verbū est/etiam ad idem tp̄s referēdū est: q: tota illa oro sequēs participiū dicens: dr̄ vt ꝓlata a xp̄o ⁊ in ꝑsona xp̄i: scʒ accipite ⁊ bibite ex eo oēs: Hic est calix ⁊c. Et ita est/importat tp̄s ꝓlationis xp̄i: ⁊ sic oro simplr̄ erit falsa: q: ꝓnomē hic/demonstrat sanguinē xp̄i: nō simplr̄: sed contentū sub illis speciebus vini: sicut dictū fuit de ꝓnoie hoc/in ꝯsecratione panis. Cū ergo ille species vini quas demonstrat hic pro suo cōnotato: pro tp̄e importato ꝑ est: scʒ ꝓ tp̄e ꝓlationis xp̄i nō fuerūt ꝓnomen hic/respectu copule est/tale tēpus importās nō supponeret. Opʒ em̄ conotatuʒ ⁊ substratū simul correspondere termino connotatiuo/respectu copule ad hoc vt supponat: alioqn deficiente cōnotato/deficit ⁊ suppositio. ¶ Ad hoc videt̄ dicendum/saluo melior iudicio: ꝙ nō est simile de verbo est/et de v̄bo effundet̄. Nā est/in forma ꝯsecratiōis iportat tp̄s ꝓlationis sacerdotis ꝓferētis vl̄ maius: illud tn̄ includēs vt supradictū est de forma ꝯsecratiōis panis: q: illa v̄ba hic est calix sanguinis mei: nō tm̄ proferūtur vt ꝓlata a xp̄o: sed vt instituta ab eo: vt forma efficax cōsecrationis sanguinis pro tp̄e: pro quo ꝓferūtur a sacerdote celebrāte legitime: rōne cui⁹ verbū est/importat tēpus celebrationis ꝓ quo est efficax forma. ¶ Et fm̄ hoc opʒ dicere: ꝙ illa clausula: qui effundet̄ ⁊c. nō est de essentia forme. Qđ etiā rōnabiliter videt̄ dici posse plus q̄ de illa: noui ⁊ eterni testa. q: illa oro/q̄ ꝓ vobis ⁊c. est ꝑ se ꝑfecta oro ⁊ cathegorica propositio copulatiue priori cōiuncta. qui em̄ valet tātū. i. ⁊ ille sanguis. Et ideo pōt verbū eius effundet̄: importare aliud tp̄s q̄ hoc verbum est: in alia cathegorica p̄cedente cui copulat̄. Cui nō placet hec solutio: aliam q̄rat: q: timidus quicq̄ asserere non ausim qđ nō inuenio a docto. priorib⁹ exaratū: semꝑ in his magis cupiens doceri q̄ docere. ¶ E Tertiū dubiū. Utrum ille due forme ꝯsecrationis corporis ⁊ sanguinis mutuo se expectent quātū ad eoꝝ efficaciā: aut vna sine alia effectum ꝓpriū sortiat̄. Hic quidā antiq̄ doctores dixerūt ꝙ ille due forme se expectant in agēdo: ita ꝙ p̄ma nō perficit suū effectū/nisi secūda ꝓferat̄: neqꝫ p̄us cōuertat̄ panis in corpus xp̄i/q̄ vinū cōuertatur in sanguinē: qđ fit finita ꝓlatione secūde forme. Motiuū eoꝝ est: q: si per verba ꝯsecrationis panis: panis conuerteret̄ in corpus xp̄i ante ꝯsecratione vini: sequit̄ ꝙ in hoc sacramēto corpus esset sine sanguine: ⁊ ita nō viuū: cum vita sit in sanguine. Et ꝓpterea sacr̄m corporis ⁊ sanguinis sunt vnū sacramentū. Nihil aūt est vnū/nisi positis his q̄ ad vnitatem requirūtur: quare ꝑ formā ꝯsecrationis panis/non ꝯstituit̄ sacramentū/nisi assit ⁊ forma cōsecrationis sanguinis. Sed his nō obstantibus dicendum est plane/ꝙ verba cōsecrationis panis effectum suū habent prius q̄

proferantur verba cõsecrationis vini: ita q̄ prolatis ver
bis consecrationis panis/ vere est corpus christi sub spe
ciebus panis: etiã si verba ꝯsecratõis vini omnino postꝫ
ea nõ proferantur. alias quõ verũ dixisset xp̃s: hoc est cor
pus meũ: ante vini ꝯsecrationẽ. Sic eñ dixisse debuisset:
hoc erit corpus meũ: scꝫ post ꝯsecrationẽ vini. Est etiam
hec positio ꝯtra ritũ ecclesie: ſm quẽ sacerdos corp⁹ xp̃i
sub speciebus panis ostendit pp̃lo adorandũ: anteq̃ cõ
secret sanguinẽ: q̄ si tunc nõ esset verũ corpus xp̃i: daretꝫ
simplicibus idolatrandi occasio ab ecclesia: qđ nefas est
de ea (que errare nõ põt) cogitare. Unde dicendũ q̄ ꝓ
lata rite hac forma verboꝝ: Hoc est corpus meũ/ vere in
cipit esse corpus xp̃i sub specie panis: ipsa panis substan
tia in corp⁹ trãseunte. Siquidẽ nullũ est ibi impedimentũ
nullũ deest requisitũ. Nec tñ sequitꝫ incõueniens ꝑ alios
inductũ: q: ſm supra declarata/ ad ꝓlationẽ verboꝝ sa
cramentaliũ nõ solũ incipit esse corpus xp̃i sub panis sa
cramẽto: sed totus xp̃s: q̄uis in solũ corpus fit cõuersio
Qđ vero obijciũt de vnitate sacramenti/ soluetꝫ infra in
dubio ſpãli. Uerũ q̄ sacerdos nõ debet ꝯsecrare corpus
xp̃i: nisi etiã in eodẽ officio cõficiat sanguinẽ sub spẽbus
vini: q: diuisio illius mysterij sine grandi sacrilegio fieri
nõ põt: vt in ca. cõperimus de ꝯse. dist. ij. Et hoc verũ ſm
dñm Albertũ regulariter: q: in casu forte oppositũ fieri
posset: vt in terris vbi vinũ non crescit nec posset adduci
de quo dicit Albertus. Ad hoc aũt qđ queritꝫ de terris in
q̄bus vinũ nullo modo haberi põt: dicendũ videtꝫ/ q̄ de
hoc consultatio haberi debet apud sedẽ apostolicam q̇d
sit agendũ: tum ꝓpter intolerabile damnũ animaꝝ qđ
incurritur ex sacramẽti defectu. Videtꝫ mihi ait/ cũ talib⁹
esse dispensandũ: vt corpus xp̃i haberent sine calice: ⁊ sic
sacerdotes ꝯficerent sacramentũ. ❡ F Dubitatꝫ quar
to in quo p̃cise cõsistit effectus hui⁹ forme. Respondetꝫ
breuiter correspõdẽter ad p̄dicta/ q̄ in duobus. Primũ
est: q̄ ad ipsius le gitimã ꝓlationẽ/ vini substantia desi
nit esse ſm se totã accidentibus seruatis: ⁊ cõuertitur ac
transsubstãtiatur in verũ ⁊ naturalẽ sanguinẽ xp̃i. Et de
illo dicendũ est per oĩa: vt supradictũ est de conuersione
panis in corpus xp̃i lectiõe. xl. Secũdum: q̄ ad hm̃oi le
gitimã forme prolationẽ/ p̄sens fit speciebus vini natu
ralis xp̃i sanguis. Et hui⁹ veritas patet ex verbis xp̃i di
centis: Hic est calix sanguinis mei q̇ pro vobis effundetꝫ.
Itẽ ex vbis apl̃i. j. Cor. x. Calix bñdictiõis cui bñdicim⁹
nõne communicatio sanguinis xp̃i est. Ad idem est etiã ec
clesie determinatio: ⁊ sanctoꝝ patrũ dicta. s. lectiõe. xxxix.
recitata. P̄sens aũt fit sanguis xp̃i/ q̇ est in corpore xp̃i
in celo existente. Unde si est aliq̇d de sanguine xp̃i derelī
ctum in terra post gl̃iosam xp̃i ascensionẽ: in hũc substã
tia vini nõ cõuertitur: neq: talis p̄ns fit sacro. Cuius ra
tio cõiter assignatꝫ: q: sic sacm̃ corporis ⁊ sanguinis xp̃i
est institutũ/ q̄ virtute ꝯsecrationis tota substãtia panis
⁊ vini cõuertitur in totã subam corporis ⁊ sanguinis xp̃i
⁊ in partes actualiter toti cõiunctas. Si autẽ esset aliq̇d
de sanguine xp̃i in terris relictum: ille esset a toto sangui
ne xp̃i separatus: qui inter corpus xp̃i continetꝫ: ⁊ ꝑ ꝯñs
in illum nõ fieret cõuersio: nec talis p̄ns fit sacramento.
❡ Similr̃ d̾: de carne p̄putij xp̃i: si est alicubi reseruata
in terris: ⁊ nõ reassumpta in resurrectione: que (vt dicit
Inno. de officio misse) creditꝫ a multis in lateranensi ba
silica reseruari: licet a quibusdã d̾: delata karolo magno
ab angelo qui transtulit ip̃m aquisgrani. Postea apud
carrofum/ apud ecclesiaꝫ saluatoris. Cui⁹ veritas dicit/
turius deo cõmittitur: q̄ aliq̇d de ipsa temere definiatur
Tamen si ex suppositione sit in terris: panis in ipsam nõ
cõuertitur: q: nõ est actu ꝑs corporis xp̃i. ❡ Et ita simili
ter videtꝫ dicendũ de sanguine si in terris reperitur. Nec
obstat si q̇s in triduo cõsecrasset: q̄ vinũ fuisset conuer
sum in sanguinẽ a corpore xp̃i separatũ. Non ideo si hoꝫ
die sit aliq̇d eius separatũ in ipsum vinũ cõuertitur. Nõ
eñ simile est hic ⁊ ibi. Naꝫ in triduo mortis/ sanguis xp̃i
fuit effusus ⁊ separatus a corpore ſm se totum ⁊ partes.
Et ideo si tũc quis celebrasset: vinũ fuisset conuersum in
sanguinẽ separatũ. ❡ Modo aũt etsi aliq̄ reliquie in eccle
sia reperiantur: tñ maxima pars sanguinis xp̃i in resurre
ctione fuit reassumpta ⁊ corpori reunita: ⁊ ita nũc habet
rõnẽ totius sanguinis xp̃i. ❡ Quocirca in sacramẽto eu
charistie substãtia vini cõuertitur in sanguineꝫ xp̃i reas
sumptũ qui habet rationẽ totius: ⁊ nõ in sanguinẽ q̇ nõ
est ꝑs illius totius. ❡ G Et q̄q̄ in solũ sanguinẽ xp̃i
substãtia vini cõuertatꝫ: nõ tñ solus sanguis ibi incipit eẽ
sub speciebꝫ vini/ ad ꝓlationem verboꝝ forme. Sꝫ ⁊ cor
pus xp̃i ⁊ aĩa excellentissimaq: diuinitas: ⁊ breuiter tot⁹
xp̃s/ ꝑfectus deus/ ꝑfectus hõ ſm eãdem naturam: par
tes ⁊ ꝓprietates naturarũ: sicut ⁊ vere ⁊ realiter cõtine
tur sub specieb⁹ panis: vt simplr̃ non sit differentia inter
contentũ sub specieb⁹ panis: ⁊ contentũ sub speciebus
vini: sed idem p̄cise vtrobiq: continetꝫ: eodẽ modo conti
nentie/ quãtum ad diffinitionẽ localem: vt vtroq: totuꝫ
sub toto: ⁊ totũ sub qualibet parte specieruꝫ tam panis
q̄ vini cõtineatur. ❡ Uerũ quoad ordinẽ contentorum
sub his speciebus solet differentia assignari. Nã sub spe
ciebus panis p̄mo ex vi consecrationis est corpus tñ: ⁊
deinde cetera eodẽ ordine quo sunt corpori ꝓpinquiora
Hoc est secũdo sanguis ex concomitantia imediata: que
ꝑtinet ad ꝑfectionẽ corporis vt sit susceptiuũ aĩe rationa
lis. Tertio est ibi aĩa ex concomitantia ꝓpinqua: ꝑ quã
to que p̄supponit sanguinẽ in corpore ſm ordinẽ natu
re: cũ quo sic disposito/ ipsum informando cõstituit vnã
naturã humanã. Quarto est ibi diuinitas ex concomitã
tia remota: q: non ꝑtinet ad vnã naturã cum corpore: q:
tñ corpori vnita est hypostatice/ qđ nunq̄ reliquit: ideo
⁊ ip̃m concomitatur etiã in sacramẽto: de quo late dictũ
est lec. xlij. ❡ In calice autẽ q̄uis oĩa illa eadem ⁊ vere
sint: alio tñ ordine. Est eñ p̄mo ibi totus sanguis christi
reassumptus ⁊ vnitus corpori ꝑ se ⁊ vi cõsecrationis. Se
cũdo est ibi corpus xp̃i ex concomitantia imediata: quia
corpus xp̃i imediate respicit in se sanguinẽ. Sanguis eñ
cum sit materia liquida: ꝓprijs terminis nõ cõtinetur: sꝫ
terminis extraneis. Hi aũt sunt partes corporis xp̃i inter
quas concluditur. Tertio est ibi aĩa xp̃i ex concomitãtia
ꝓpinqua. cum eñ hic sit sanguis ⁊ corpus: nec corp⁹ sit
exanime ac mortuũ: necesse est ⁊ animã hic contineri. Et
quia ipsa ad eandẽ naturã ꝑtinet cum corpore: d̾: hic esse
concomitantia ꝓpinqua: q̄uis nõ imediata: quia imedia
tum sanguinis receptaculũ est corpus: per qđ est ibi aĩa.
Quarto est ibi benedicta deitas concomitantia remota:
quia q̄uis ipsa ꝑtineat ad eandem ꝑsonam cũ aĩa ⁊ cor
pore cui inest sanguis: nõ tñ ꝑtinet ad eandẽ naturã cum
p̄dictis ❡ Est ⁊ notandũ q̄ ordo hic designatus/ nõ est
ordo tp̃is: nõ eñ prius est ibi sanguis/ q̄ corpus aut aĩa
seu diuinitas. Non eñ est ibi sanguis extra venas corpo
ris ⁊ extra corp⁹ mõ fluido: ad similitudinẽ quo species
vini in calice fluũt. Nam sanguis in resurrectiõe reassum
ptus corporis gloriosi venis inest: ⁊ nunq̄ extra illas in
sua naturali ꝯsistentia: sicut ⁊ fuit ante passionem. Talis
est aũt habitudo xp̃i sub sacramento qualis est in existẽ
tia naturali/ quãtum ad oĩa: excepta sola locali circũscri
ptione. Ideo nõ est in sacro sanguis extra venas: ⁊ ita nec
extra corpus. Sed ille ordo assignat⁹ est ordo nature et
p̄suppositionis: qua posterius nõ esset sub sacramento
sine priore: ⁊ nõ ecõuerso ſm declarationẽ supra lec. xlj.
habitam: q̇d sit ibi esse per se ⁊ p̄mo: ⁊ quid ꝑ concomitã
tiam mediatam vel imediatam/ propinquã et remotam.
❡ H Ex illo posset ⁊ alia ratio assignari: quare vinuꝫ
nõ cõuertitur in sanguinẽ in terra derelictũ/ nõ reassum
ptum/ si aliquis talis est: q: nihil est ibi in sacramẽto qđ
nõ pertinet ad xp̃m tanq̄ assumptũ a xp̃o: aut ꝑs nature
assumpte vel inexistens alicui hoꝝ. Nunc sanguis ille in
terra dimissus: nec est assumptus a verbo: nec inest natu
re assumpte aut eius parti: ideo in ipsum nõ cõuertitur.

¶ Patet etiam ex eodem ratio alterius dicti. s. scz q̄ qua
liscunq̃ liquor: siue aqua/siue vinū post ↄsecrationē mitta
tur in calicē: nō ↄsecratur: nec in sanguinē cōuertitur: q̄
tale vinū post ↄsecrationē immissum nō pōt xp̄i sanguinez
ↄtingere aut ei cōmisceri: q̄ vinū illud erit species sacra
menti tangit q̄bus immediate iungit̄: sed nō sanguinē xp̄i
qui nō est ibi fluide sicut species: sed intra venas q̄ semp
mediabunt inter vinū de nouo infusum: ⁊ sanguinē xp̄i
in eis inclusum: ⁊ ita cōtingere nō pōt: sicut nec cōtinge
ret sanguinē hoīs: si corpori hoīs superfunderetur: ppter
qd̄ dicit Innocē. in de offi. misse. Si post ↄsecrationē cali
cis aliud vinū mittatur in calicem: id quidē nō transit in
sanguinē: nec sanguini cōmiscet̄: sed accidentibus prioris
vini cōmixtū corpori qd̄ sub eis latet: vndiq̃ circūfundit̄
nō madidans circūfusum: ipsa tñ accidentia derelicta vi-
detur vinū appositū afficere. Qd̄ dicit inde cōuincit̄: q̄
si aqua pura fuerit apposita: vini saporē assumit. ¶ Sed
necesse est intelligat̄ q̄ afficiant vinū causaliter/causan-
do in eo saporē eis similē/scz saporē vini: non formaliter
inherendo materie vini. quia si sic: aut corpus xp̄i desine
ret esse sub illis speciebus eis manentibus: aut esset sub
eis cū substantia vini: quorū vtrūq̃ improbatū est. Simi
liter tunc accidentia prioris vini transsubstātiati inmigra-
rent de subiecto in subiectū: qd̄ nō ↄceditur. ¶ I Sed
forte ↄtra hoc quis replicaret. Sed sanguis xp̄i nō conti
netur vt liquor fluidus in calice: quō xp̄s nobis sangui-
nē suū dedit in potū. Potus em̄ noīat materiā fluidā nō
solidā. Respondetur breuiter q̄ sanguis datur nobis vt
potus in calice: non s̄m se vt quasi iste fluat in calice: sed
quoad species sub q̄bus cōtinetur. Proponitur em̄ sub
speciebus vini q̄ habent rōnē potabilis. Et s̄m hoc intel-
ligi debet dictū Innoc. quo dicit/Corpus xp̄i sub speciebus
vini nō comeditur: ⁊ sanguis sub speciebus panis nō bibi
tur. Verū quidē est p comparationē ad signa extrinseca:
sub q̄bus corpus xp̄i ⁊ sanguis eius continetur: ⁊ nobis
sumēda pponūtur. Quātum tñ ad effectū ⁊ corpus bibit̄:
⁊ sanguis comedit̄ sub vtraq̃ specie: q̄ sic idem est qd̄ bi
bere comedere: refici videlicz per gratiā s̄m aiam: qd̄ fit
ex sumptiōe corporis ⁊ sanguinis: q̄ sumptio fit sub vtraq̃
specie seorsum. Nam sumens hostiā/sumit cibū ⁊ potū: q̄
penitus idem in hostia ⁊ in calice ↄtinetur. Manducare q̄
dem nihil aliud est q̄ sumere cibū: ⁊ bibere/sumere po-
tum: ergo qui sumit hostiā/mādūcat ⁊ bibit: ⁊ hoc maxi
me quoad effectū spūalem mādūcationis ⁊ potatiōis. s.
refectionē aie: ppter quē effectū manducare ⁊ bibere ad
hoc sacramentū transferūtur. Quoad spēm aūt sacramē
talē/sumens hostiā/non dr̄ bibere: q̄ ille species non su
muntur vt liquide p modū potus corporalis. Sāguis tñ
xp̄i non dr̄ potus tm̄/rōne specierū: sed in se: q̄ spūaliter
extinguit sitim ⁊ ardorem ↄcupiscentie q̄ est ex peccatis.
Hoc aūt facit ita sumptus sub spēbus panis sicut vini: q̄
ille species corporaleo nihil faciūt ad effectū sacramēti:
sed dūtaxat sub illis speciebus caro ⁊ sanguis nobis pro
ponūtur: ne horrorem sensibus ingerant. Atq̃ fides ha
beat meritū: dum rerū sub alia specie traditarū/nullum
sensibile accipit experimentum: vt supra declaratum est.
¶ L Adhuc ↄtra p̄dicta posset quis dubitare: vbi di-
ctum est: q̄ deitas est sub speciebus vini p cōcomitantiā
remotā. Nam videt̄ q̄ deitas nō sit sub speciebus vini p cō
comitantiā sicut sub speciebus panis: vbi concomitat̄ cor
pus qd̄ ibi p se ⁊ p̄mo ↄtinet̄. Nullibi tm̄ est deitas p cō
comitantiā/nisi vbi est aliqd̄ assumptum a deitate p se et
primo. Nūc aūt sub specie vini est solus p se p̄mo: siue vi
cōuersionis. Sāguis aūt nunq̄ fuit assumptus a solo ver-
bo: qd̄ p̄z: q̄ sola humanitas est assumpta aut pars eius
idest cōpositū ex corpore ⁊ aia: ⁊ similr̄ partes/scz aia et
corpus. Sāguis aūt nō est tota humanitas nec ps: quia
nec aia. patet: nec corpus: nec ps corporis. Nam sanguis
nō est formaliter animatus: vt dicit Sco. distin. x. quarti. q.
iiij. ⁊ tenetur cōiter: sed est nutrimentū corporis in sub-
stantiā eius cōuertendū per virtutē nutritiuā: vt dicunt
philosophi ⁊ medici. Dicit em̄ phus. ij. de aīa. c. de sensu
tactus. Ex aere quidē impossibile est cōstare animatum
corpus: opz em̄ firmū esse. Relinquit̄ aūt mixtum ex ter
ra ⁊ ex his esse scz corpus animatū: vt est caro ⁊ pportio
nabile. Vn̄ p̄z q̄ opz corpus animatū nō esse fluidū: sed
firmū: ⁊ pprijs terminis terminatum. Vn̄ ⁊ cōmentator
ibidē cōmento. cxj. Impossibile est q̄ constitutio esset ex
aere aut aqua. Animalia em̄ indigēt ex necessario corpo
re duro: sup quo abundaret terrestreitas: vt est caro vel
aliqd̄ simile in aīalibus carentibus carne. Patet igit̄ q̄
sanguis nō est formaliter aiatus: sicut nec alius humor
corporis: licet sanguis necessario requiritur ad esse cor-
poris animati saltem pfecti: q̄ sine sanguine diu manere
nō pōt naturaliter: sicut nec sine spiritu ⁊ aere q̄ad aīalia
respirantia: nec tñ ideo aer inspiratus est aiatus: ⁊ ppter
hoc dr̄: sedes aie: nō q̄ aīa informet sanguinē: sed requi-
rit sanguinē vt informet carnē. Quia igit̄ corpus est ani
matū: sanguis nō est pars corporis: ⁊ p hoc deitas nūq̄
fuit hypostasis sanguinis sicut corporis. Assumpsit autē
xp̄s humanā naturaz ⁊ partes eius essentiales q̄lis non
est sanguis. Vn̄ etiā p̄z q̄ deitas nō fuit vnita sanguini
xp̄i in triduo. Alioqn sicut vere cōceditur p cōicationem
idiomatū/q̄ xp̄s iacuit in sepulcro: q̄ ibi iacuit corpus dei
tati vnitū. Et q̄ xp̄s descēdit ad inferna: q̄ descēdit ipsius
aīa deitati vnita. Ita etiā fuit ↄcedendū q̄ xp̄s fuit in pe
plo: xp̄s mansit in cruce: q̄ vtrobiq̃ mansit sanguis xp̄i
respersus: qd̄ tñ non ↄcedit̄. Hoc tñ sequeret̄: si sanguis
esset pars essentialis homis: sic em̄ fuisset vnitus deitati:
nec ab ea derelictus: cuz s̄m Dam. Qd̄ xp̄s semel assum
psit: nunq̄ dereliquit. ⁊ ppter hoc dicit Ricd. de media
villa in. iiij. dist. ij. q. j. scd̄e partis di. in solutiōe scd̄e rōnis
Si qs ↄsecrasset in triduo: sanguis xp̄i nō fuisset adorā
dus. Ratione ponit: q̄ nō est ps essentialis corporis: q̄s
bus solis vnita est suppositaliter maiestas diuinitat̄: q̄
ergo diuinitas nō est vnita sanguini q̄ ibi est p̄mo vi con
secrationis: videt̄ q̄ nō sit sub speciebus vini p concomitā
tiam. ¶ L Ad hoc dr̄: licet deitas nō sit hypostatice vni
ta sanguini: est tñ sic vnita corpori in quo est sanguis: et
per ↄñs est ibi p concomitantiā: nō quidē ppinquā: sed
remotā. Vn̄ vt dictum est: vi ↄsecrationis est ibi sanguis
xp̄i eo mō quo est in ↄsistentia sua naturali: ⁊ sic in corpe
quō est in corpore xp̄i in celo: ⁊ p ↄñs est ibi corpus xp̄i
p concomitantiā mediatā: cui corpori vnita est diuinitas
Iterū ibi est corpus nō mortuū sed viuū quale est in ce-
lo: ḡ animatū. Anime aūt similr̄ est deitas: ⁊ sic diuinitas
est ibi duplici ↄcomitantia: vna ad corpus: alia ad aiam:
⁊ vtraq̃ immediata quātum ad corpus/⁊ quātum ad aiam
sed mediata quātum ad sanguinē: q̄ si ibi esset solus san
guis extra corpus: sicut fuit separatus in triduo mortis: nō
esset ibi diuinitas p ↄcomitantiā: nec mediatā: nec imme
diatā. ¶ Ex quo p̄z q̄ si p immediatam ↄcomitantiā intel
ligitur illa qua ↄcomitatur aliquis circūscriptis: deitas est
sub speciebus panis p immediatam concomitantiā: nō autē
sub spēbus vini. Nam immediate cōcomitatur corpus illud
cui est immediate vnituz. ita q̄ si corpus separaretur ab aia:
nihilominus maneret deitas corpori vnita. Nō aūt sic con
comitatur immediate sanguinē: q̄ si sanguis esset separa-
tus a corpore nō ↄcomitaret̄. ¶ Verū supra vbi dictū est
diuinitatem ↄcomitari corpus sub spēbus panis: ↄcomitā
tia mediata siue remota: aliter accipit̄ cōcomitantia me-
diata scz pro ea qua id qd̄ ↄcomitat̄ nō ptinet ad eandez
naturam cū eo qd̄ cōcomitatur. Et p hoc p̄z solutio illius
replice. Negandū em̄ est q̄ nullibi sit diuinitas p conco
mitantiā: nisi vbi est aliqd̄ assumptū a diuinitate per se ⁊
primo. Hoc em̄ solū verū est de ↄcomitantia immediata:
nō de mediata. Sufficit em̄ ad ↄcomitantiā mediataz: q̄
sub speciebus sacramētalibus sit aliqd̄: siue primo: siue
nō p̄mo: cui vnita est diuinitas: ⁊ sic est in pposito vt p̄z
ex declaratis. ¶ M Aliud dubiū est de vnitate sacra-

menti eucharistie. Cum em̄ sit ibi diuersa materia: similr̄ diuerse forme: q̄ etiā nō simul habent suā efficaciam sed vna prius alia: quō posset dici vnū sacramentū. Nec valet/si diceret̄ hic sicut quidā dicūt de sacramēto baptismatis: φ bene possibile est plura sensibilia cōcurrere in fundamēto relationis: vt φ aqua ⁊ v̄ba sunt fundamentū significationis: q̄ significatio magis ꝓprie est forma: φ etiā hic tam vinū φ̄ panis ꝯcurrūt in vnū fundamentum significatiōis eucharistie: q̄ tūc neutrum illoꝝ esset aliquid sacramēti sine alio. Hic autē spēs panis continet suū signatū sine spēb⁹ vini ⁊ ecōuerso. ¶ Ad hoc respōdetur φ sacramentū corporis ⁊ sanguinis simpliciter loquēdo nō sunt vnū sacramentū vnitate indiuisibilitatis aut simplicitatis: Sed sic sunt duo sacramenta ab inuicē realiter separabilia: que etiam nō simul sed vnū prius et aliud posterius: imo vnū sine alio confici pōt: licet sacerdos sic faciens peccaret: vere tn̄ ꝯsecraret. Sunt em̄ diuersa signa. sunt ⁊ diuisa p se ⁊ p̄mo significata ⁊ ꝯtenta. De quo bona ⁊ patens glo. de ꝯse. dist. ij. cōperimus. quā nota. Dicūtur tn̄ vnū sacramētum vnitate integritatis ⁊ ordinationis. Ordinātur em̄ ambo signa: sciꝫ spēs vini ⁊ panis ad significandū idem ꝯtentū totale/⁊ eundem spūalem effectū. Idem ꝯtentū: q̄ idem corpus xp̄i acceptum: vt includit oīa ad corpus organicū requisita. ¶ Pro quo notandū s̄m Sco. dist. viij. quarti. q. j. φ corpus xp̄i dupl̄r accipitur. Uno mō stricte: vt includit tm̄ partes aīatas aīe xp̄i: cuius nō est sanguis vt dictū est: licet sit in potentia ꝓpinqua vt cōuertatur in carnem aīmatā: ⁊ sic corpus distinguitur essentialiter a sanguine: ⁊ in se ⁊ vt signatū. pōt em̄ hui⁹ esse signū sicut et ꝓpria diffinitio. Alio mō largius accipit̄ put oīa includit q̄ pertīn ēt ad corpus organicū: siue sint partes aīate siue aliа nō formaliter aīata: vt humores ⁊ spiritus. Et hoc modo accipiendo sanguis est aliq̄d corporis. Accipiendo corpus p̄mo mō: licet ip̄m ⁊ sanguis sint p̄us diuersa signata: tn̄ ꝯstituūt vnū significatū totale: qd̄ est corpus scd̄o mō. Sic ergo signū ꝓpriū corporis. p̄mo mō scꝫ spēs panis ⁊ signū ꝓpriū sanguinis/sciꝫ spēs vini possunt esse vnū signū vnitate integritatis corporis scd̄o modo. Corpus em̄ sic significatū scd̄o mō: est idem cōtentū numero sub vtrisq̄ spēbus. Ordinātur etiā ad significandum eundem effectū spūalem: scꝫ pfectā aīe refectionē. Illā aūt cōgruit significari sacro habente vnitatē integritatis non diuisibilitatis: q̄ tale signū ptinere debet ad perfectam refectionē corporis: q̄ nō fit aliquo vno simpl̄r: scꝫ cibo tm̄ aut potu tm̄: sed in his duob⁹ que sunt vnū integritate: quia integrant vnā refectionē pfecte nutrientē. Nutritio aūt pfecta aīe spūalis est gratia spūalis: p quā vnitur corpori xp̄i mystico: ad quā vtraq̄ signa ordinantur. ¶ Et hanc sniām Alex. de ales. par. iiij. q. xxxiij. ar. j. ita innuit. Ait em̄ φ he spēs vnitatem habent inquātum sacr̄m ab institutione effectu ⁊ fine. Ab institutione: q̄ a dn̄o institute sunt vt essent sacramentū corporis inquantum ꝯtinet carnē ⁊ sanguinē. Ab vnitate effectus: q̄ est p̄sentia xp̄i s̄m naturā corporis sacramentaliter sub his spēbus. Ab vnitate finis in significando. Significāt em̄ idē: scꝫ imolationē xp̄i per sanguinis xp̄i effusionē in cruce. Un̄ Luē. xxij. Hoc facite in meā cōmemorationē. ⁊ j. Corinth. xj. Quotiescūq̄ panē hūc mādu cabitis: ⁊ ca. bi. mor. dn̄i annun. do. ve. Etiā ab vnitate finis in efficiēdo: q̄ hec digne suscepta vnū efficiūt cū mystico xp̄i corpore quod est eccl̄ia. Nō vo bea. Grego. in collecta pluraliter loquit̄. Purificēt q̄s dn̄e sacramēta que sumpsim⁹: attendit ad materialē specierū distinctionē. Ideo ꝓpter vnitatem earum in ratione sacramenti: in eadē collecta subdit: vt hoc tuū sacramentum non sit nobis reatus ad penam: quia quantum ad effectum qui petitur: eundem effectum operantur: ⁊ quantum ad remotionem mali: ⁊ quantum ad promotionē boni: que in dicta collecta postulantur.

Noui ⁊ eterni testamē

ti. ¶ Licet text⁹ ille supra breuiter s̄m Albertū expositus sit: placet tn̄ ꝓpter aliqua ibidē dimissa eū lati⁹ ꝓsequi s̄m Alexā. ⁊ suos sequaces. Unde in his v̄bis siue sint de substātia forme: siue nō/s̄m Alex. par. iiij. q. xxxiij. tria significant̄ ad manifestationē excellentie ⁊ vtilitatis hui⁹ sacramēti q̄ sunt: Innouati testamenti cōfirmatio: secretoꝝ fidei insinuatio: peccatoꝝ nostrorū remissio. Primū tangit̄ ibi. Noui ⁊ eterni testamēti. Scd̄ꝫ ibi: Mysteriū fidei. Tertiū ibi. Qui p vobis et ꝓ multis. ¶ Circa primū aduertendū: φ cū testamentū sit vltima distributio bonorum morte testatoris firmata: seu cōstitutio vel traditio de ordinandis bonis attestatione legitima firmata: recte fides ⁊ lex xp̄i est testamentū nouū. In illa siquidē christ⁹ eternā hereditatē fratribus suis ⁊ fidelib⁹ distribuit/ordinat ⁊ ꝓmittit. Hec autē lex cōfirmata est per mortē ⁊ passionē christi: in qua sanguis eius effusus est: que effusio est sui testamēti legitima attestatio ⁊ cōfirmatio. Testamentū em̄ nisi p mortē testatoris roborēt: nō est immobile ⁊ stabilitū: ꝓ quanto semp a testatore poterit ⁊ reuocari ⁊ immutari: vt docet ap̄lus ad Heb. ix. et est allegatū. s. in prima hui⁹ text⁹ expositiōe Lec. precedēte. In morte aūt confirmat̄ et fit immobile. Ideo christ⁹ in cruce iamiāq̄ moriēs dixit: Cōsummatū est. Est ergo testamentū xp̄i eternū: q̄ immobile ⁊ irreuocabile tanta morte cōfirmatū. ¶ Nouū dicit̄ respectu veteris: qd̄ in institutione hui⁹/est terminatū ⁊ euacuatū. In cui⁹ signū in christi passione velū tēpli scissum: ⁊ clausa ve. te. mysteria exhibita v̄itate reuelata: s̄m φ multipliciter hoc testamentū nouū fuit in ꝓphetis repromissum. Dr̄ ⁊ nouū et eternū: q̄ noua ⁊ eterna bona ꝓmittit. Uetus em̄ testamentū: quod p hircoꝝ aut vituloꝝ sanguinē cōfirmatū est: ꝓmittebat tēporalia: que oīa: q̄ trāsitoria veterascūt ⁊ ad interitū tendūt. s̄m illud ap̄l ad Heb. viij. Dicendo nouū veterauit pri⁹: quod aūt antiquat̄ et senescit prope interitū est. Premisit aūt: Melioris testamēti mediator est. quod in meliorib⁹ ꝓmissionib⁹ sancitū est. De quib⁹ bonis ac ꝓmissionū firmitate: itē apostol⁹ ad Heb. ix. loquit̄. Christ⁹ inquit assistēs pōtifex futuroꝝ bonorū per amplī⁹ ⁊ pfecti⁹ tabernaculū non manufactū. i. nō hui⁹ creatiōis: neq̄ p sanguinē hircoꝝ aut vitulorū: sꝫ p ꝓpriū sanguinē introiuit semel in scā/eterna redēptiōe inuenta. ¶ Non q̄ sola scriptura diuīa ꝯtinēs mādata testamētum dr̄: sed ⁊ ꝓmissio testamentū dr̄: s̄m illud ad Heb. ix. Ideo noui testamēti mediator est: vt morte intercedente in redēptionē earū preuaricationū q̄ erant sub priori testamēto repromissionē accipiāt q̄ vocati sunt hereditatis eterne. Et s̄m hoc exponit̄. Hic est calix sanguinis mei noui ⁊ eterni testamēti. i. noue ⁊ eterne ꝓmissionis cōfirmator: sicut ꝓmittit ipse dn̄s Joh. vj. Qui manducat meā car. ⁊ bi. me. san. habet vitā eternā: q̄ vera est hereditas xp̄i. Hinc ait ap̄ls Rom. viij. Si aūt filij: ⁊ heredes. heredes quidē dei: coheredes aūt xp̄i: quoad perceptionē scꝫ btitudinis ⁊ glorie. Christus quidē est naturalis heres: q̄ naturalis dei filius: ⁊ sō natura beat⁹. Nos aūt dei filij sum⁹ adoptiui. Unde ⁊ nobis hereditas filij btitudo. s. xp̄i ꝓmittit̄ ⁊ datur ex testamēto morte xp̄i cōfirmato. Per hāc em̄ mortē meruit vt introit⁹ regni celorū ꝯcederetur oibus mādata ipsius ꝯseruantib⁹. Quapropter dixit: Si vis ad vitā ingredi serua mādata. Uel etiā s̄m Inno. dr̄ nouū. i. vltimū: idest post ve. te. institutū. quo mō ⁊ dies vltima dr̄ nouissima: vt s̄m Alexā. inde ꝓbet̄ eternū. i perpetuū: vn̄ asserit̄ nouū i. vltimū. Sic q̄ eternū dr̄ nō ꝓpter carentiā p̄ncipij: sed ꝓpter negationē successionis alteri⁹. Nullū em̄ aliud subsequit̄ istud: sicut illud secutū est ve. testa. Hinc dānatur quorundam error hereticoꝝ dicentiū: φ sicut testamento veteri qd̄ appellant testamentū patris: successit testamentū nouū qd̄ dicūt testamentū filij: ita ⁊ illi succedet testamentum ter

Matth. xix.

tiū: qd̄ erit testamentū spūssancti. Huius erroris falsitas manifesta est: q2 dicit veritas que fallere nescit: ꝙ hic est sanguis eterni testamēti. Eterno aūt nihil pōt succedere alioqn nō esset eternū. Si dicis nouū: quō eternū. Nam qd̄ eternū est: ita pncipio caret sicut fine. Ad hoc respondet: ꝙ quātum ad dei ꝓordinationē ⁊ ipsam hereditatez quā ꝓmittit: eternū est: q2 ab eterno ordinatum est: ⁊ ab eterno preparatū: sed quātum ad exhibitionē nouū. Sic ergo simul est eternū ⁊ nouū: sȝ respectu diuersoꝝ. hec Tho. ¶ Adhuc dr̄ testamentū xpi nouū: q2 nouo mō dedicatū. Vetus em̄ testamentū dedicatū est ⁊ ꝯsecratum, sanguine irrationalium pecudū. Vel lecto legis mādato a moyse oi ppl'o, ppl's testamentū accepit: ⁊ se ad obseruandū obligauit. Moyses ad cōfirmandū testamentū ⁊ legē, sanguine hircoꝝ aspersit librum et oēm ppl'm, dicēs: Hic est sanguis testamēti confirmatiu⁹ qd̄ ad vos mandauit dn̄s. Historia habet Exod. xxiiij. ⁊ commemorat apl's ad Heb. ix. Testamentū vero nouū nouo mō dedicatū est: scȝ sanguine noui hoīs: sanguine agni imaculati. Ex quo etiā patet excellētia noui testamēti supra testamentū vetus. Cōgruebat aūt nouū testamentū sanguine confirmari: vt sic esset correspondentia figurati ad figurā. Omnia enim ve. testa. cerimonie ⁊ sacrificia, figura fuerunt noui testamenti in vnico sacrificio christi consummato. Sequitur.

P

Mysterium fidei.

¶ Hic tangitur secūdus effect⁹ q̄ est secretoꝝ fidei insinuatio. Unde dr̄ sanguis ille mysteriū fidei referendo ad fidē passionis ⁊ mortis xpi: que fuit sacratissimū secretū sub figuris ve. testa. latens ⁊ absconditū: ꝑcognitū tn̄ a patrib⁹ tanq̄ mysterium generalis redemptionis totius humani generis. Hec aūt fides crucis ⁊ passionis xpi ꝑ sanguinem ipsius manifesta est. Nō em̄ effluxit sanguis sine vulneratione ⁊ corporis passione. Vel pōt referri ad fidē q̄ habet de veritate corporis ⁊ sanguinis: q̄ licet sint res ꝯtente sub specieb⁹ sacramentalibus: sunt tn̄ ⁊ ipsa sacramentū significatiuū vnitatis fideliū per grāz ⁊ charitatē. De quo supra lec. xxxix dictū est. Quia igit̄ sanguis xpi sacramentuȝ est spūalis virtutis fidei ⁊ charitatis: q̄bus fideles corpori mystico adunātur: quas in digna eius ꝑceptione suscipimus: sanguis ille dr̄ mysteriū fidei. Vel tertio dr̄ mysteriuȝ fidei: q2 est fidei obiectum. Ad cui⁹ intelligendā existentiā sub sacramētalibus symbolis fides est summe necessaria: q2 ad eius intelligentiaȝ humana fragilitas ascendere non pōt. Excedit quippe create rōnis acumen ⁊ sensum propter multa mirabilia q̄ sola diuina potentia sup naturaȝ operatur. vnde salubriter creditur: supuacue inuestigat. Est ergo mysteriū fidei: q2 obiectū secretissimū sola fide cognoscibile. Nec tn̄ ideo minus est in sacramēto corporis ⁊ sanguinis veritas: q2 mysteriuȝ hic a xpo dr̄. de quo. s. lec. xxxix. sufficienter puto dictum. ¶ Et licet sacramētū illud, sacramentū sit charitatis: vt dicit Chrys. Est enim indicium diuine ineffabilis charitatis: quam in passione (cuius memoriale est) exhibuit: ⁊ inductiuū ⁊ allectiuū ad charitatem: ⁊ similis effectus inductiuum sicut charitas. Hoc em̄ sacramēto vniūtur mēbra adinuicē capiti, sicut ⁊ charitate: Cōuenientius tamē dr̄ mysteriū fidei q̄ charitatis: q2 mysteriū dr̄ ꝓprie occultū vel secretum: qd̄ cōuenit fidei que est nō apparentium, quasi abscōditoꝝ vel secretoꝝ argumentum. ad Heb. xi. Charitati aūt proprie nō conuenit mysteriū: eo ꝙ ipsa fiunt quasi experimentaliter omnia manifesta. vnde Joh. xv. dixit domin⁹ apostolis. Vos dixi amicos: quia oia quecunq3 audiui a patre meo nota feci vobis. ¶ Quāuis etiam in omnib⁹ sacramētis sit aliquid occultum ⁊ secretū fide credendū tamen sicut baptismus specialiter dicitur sacramentum fidei: pro eo ꝙ dicitur ianua sacramētoꝝ (quia in eo primo infunditur fides: ⁊ ab eo est primus status fideliuȝ: scȝ generatio spiritualis iprimitq3 characterē fidei.) Ita ⁊ sacramentuȝ eucharistie, est sacramentū aut mysteriū fidei: q2 totū fidei est qd̄ in hoc sacramēto contingit: ⁊ sola fide cōprehensum in cōuersione, in contento, in accidentibus, in sumptione. Nihil tale est in alijs sacramentis: licet cooperatio coꝝ ad grām occulta sit ⁊ ad fidē ꝑtinens: nō tn̄ sic cetera oia. Sequitur.

Q

Ui pro vobis ⁊ pro

multis effundetur in remissionē peccatoꝝ. ¶ Hic tangitur effect⁹ tertius: q̄ est peccatoꝝ nostroꝝ remissio, ac multoꝝ salus ⁊ iustificatio. Unde dr̄, qui scȝ sanguis ꝓ vobis iudeis: quos ꝑ apostolos q̄bus loquebat̄ intellexit: qm̄ genere fuerūt iudei: ⁊ ꝓ multis scȝ gentilibus ꝑ vos ad fidem cōuertēdis: effundet̄ scȝ in passione statim iminente in remissionem peccatoꝝ. vn̄ dicit petrus. Nō corruptibilibus auro vel argento redēpti estis de vana vestra cōuersatiōe paterne traditionis: sed ꝓcioso sanguine quasi agni imaculati xpi, ⁊ incōtaminati. i. Pet. i. Et Apocal'. i. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. ¶ Dicit̄ aūt ꝓ vobis ⁊ pro multis ⁊ nō pro omnibus: quia licet quātum ex se sit sufficiens pro remissione peccatoꝝ omniū hoīm: non tamen efficatiā habet in omnibus hoībus: propter quorūdam hoīm indispositionem: qui ponūt obicem gratie dei: quā nobis meruit passio xpi. Unde dr̄ cōiter: ꝙ effusus est sanguis xpi pro oībus quātum ad sufficientiā: nō quātum ad efficaciam. Sufficit em̄ tollere omnia peccata: vbi nō inuenit obicem cōtrarie voluntatis. Efficit em̄ salutem in solis predestinatis ⁊ electis. Hi enim soli per ipsum consequuntur remissionis gratiam: ⁊ future hereditatis gloriam. Unde ad Heb. ix. Christus semel oblatus est ad multoꝝ exhaurienda peccata. Multoꝝ dicit, nō omniū. ¶ Electi autez erant discipuli quos signauit domin⁹ cum dixit, Pro vobis: ⁊ alij plures ex iudeis et gentibus: ꝓpter quos dixit: ⁊ pro multis. ¶ Vel potest ita distingui ꝺm Alex. quia sacerdotes debent pro se specialiter ⁊ pro alijs orare. vt dicit apl's ad Heb. v. loquēs de pontifice ex hominib⁹ assumpto. Quoniā ⁊ ipse circūdatus est infirmitate: ⁊ propterea debet quēadmodum pro populo: ita etiā ⁊ pro semetipso offerre ꝓ peccatis. Ideo dicit pro vobis scȝ sacerdotibus: ⁊ pro multis scȝ subditis. ¶ Effundetur, nō dr̄ ꝺm partē: sed ꝺm totū. Liquor quippe qui de vase funditur ꝺm partē: fundi quidē dicitur, sed nō effundi: de sanguine aūt christi hic dicitur effundetur. idest totaliter ⁊ penitus de corpore fundet̄. ¶ Quāuis autem vna gutta tam ꝓciosi sanguinis sufficiens fuisset pro totius mūdi redemptione: vt vult beatus Ansel. Cur deus homo. Et beatus Bern. Voluit tn̄ christus ipsum liberaliter ⁊ largiter fundere: vt dilectionis sue ⁊ virtutis magnitudinē demonstraret: quatenus ad se sup omnia diligendum nos inuitaret. ¶ R Certe quidē omnia deus fecit in pondere, numero ⁊ mensura: non, sic in sui effusione sanguinis. Ibi em̄ neq3 numerum seruauit, vt centū: aut mille guttulas funderet: nec pondus vt eius nobilitatem appreciaret: vt cum nostra indignitate per vncias libraret: nec mensurā vt calicem vnū vel duos propinaret: quibus reddendū premiū mēsura precisa cōpensaret. Sed totū dedit: totum fudit: vt copiosa esset apud eum redēptio. Ut in virtute effusi sanguinis iusticie nostre de se indigne premiū sublimissimū quod in cor hominis nō ascendit: pondus glorie imensum quod auris nō audiuit: ⁊ mensurā supeffluentē quā oculus nō vidit: longe actis prius pctīs oibus sortirent̄. Effundendus igitur erat sanguis: non de capite tm̄ aut tm̄ de manib⁹ ⁊ pedib⁹: sed de his ⁊ toto residuo corpe. qd̄ ꝓuidēs Esa. liij. ait. Non erat ei spēs neq3 decor: reputauim⁹ euȝ q̄si leprosum ⁊ ꝑcussum a deo ⁊ humiliatum. Haud dubiū ꝓpter plagarū vniuersalitatē. Un̄ ⁊ nō incōgrue dici pōt de eo quātum ad penaȝ: qd̄ dr̄ Esa. i. c. de peccatorib⁹ quoad culpā. A planta pedis vsq3 ad verti

Sap. xi.

sempiternum. j. Cor. xj. ¶ Regalis aūt nobilitatis digni/
tas significat᷑ p panes p̄mitiarū. Primitie em̄ nobiliores
fuerūt in fructib⁹. Hiere. ij. Sanctus israel dño p̄mitie fru/
gū ei⁹. ⁊ iterū: Honora dñm de tua substātia: et de p̄mitijs
oīm frugū tuaꝝ da pauperib⁹. De optimis nostris dñm ho
norare iubemur. ¶ Nutrimēti efficacia ⁊ viaticivirt⁹ signi
ficatur in pane helie: q̄ in panis sibi ab angelo p̄sentati for/
titudine: ambulauit quadraginta dieb⁹ ⁊ qdraginta nocti/
b⁹ vsqꝫ ad montē dei oreb. Et ideo viaticū appellat᷑: qꝛ p to
tā viā ambulātes nos cōfortat. vñ Josue. v. Per totā viam
deserti nō defecit cibus mānatis filijs israel. ¶ Triūphās
christi humilitas cōtra oēs inimicos: ac patientis mortali
tas figurat᷑ p panē subcinericiū/ ordaceū in somnis visum
volui i castris madiā: ipsaqꝫ subuertere/ ⁊ terre fundit⁹ coe
quare. Judi. vij. Humilis em̄ christi passio oia inimicorum
castra subuertit. Phil. ij. Exinaniuit semetipm formā serui
accipiēs in similitudinē hoim fact⁹ ⁊ habitu inuēt⁹ vt hō: hu
miliauit semetipm fact⁹ obediēs vsqꝫ ad mortē: mortē autē
crucis: ppter qđ et de⁹ exaltauit illū: ⁊ donauit illi nomen
qđ est sup oē nomen: vt in noie eius omne genu flectat᷑/ ce/
lestiū/ terrestriū ⁊ infernorū: ⁊ ois lingua cōfiteat᷑: qꝛ dñs
iesus in gloria est dei patris. Quāuis em̄ humilitas durua
cortex esse videatur: ⁊ mortalitatis passio decoctio videat᷑
sub cinere: tñ virtus cōfortatiua latet intus q̄ diabolū vin/
cit: ⁊ inimicoꝝ castra subuertit. ¶ B Cōtentū vero hui⁹
sacramēti christus passus: q̄ res est ⁊ signū: figurat᷑ p obla/
tionē aialiū terrestriū simul ⁊ volatiliū. In agro quē obtu
lit abel. Geñ. iiij. Vacca trienni quā obtulit abraam. Geñ.
xv. Per vitulū tenerrimū quē idē obtulit in cibū angelis.
Geñ. xviij. Per agnū paschalē ⁊ hedū. Exod. xij. Per arie/
tes vitulos ⁊ hircos q̄ in leuitico ⁊ locis diuersis p̄cipiun/
tur offerri. Precipue p immolationē veruecis seu arietis:
quē abraā patriarcha p vnigenito obtulit. Geñ. xxij. Per
holocaustum vitule rufe: cui⁹ cinerib⁹ ⁊ sanguine oia expia

Prouer/ biorꝝ. iij.

batur: et cui⁹ sanguis per pontificē semel in anno in sancta
sanctoꝝ inferebat᷑. Etiā in auib⁹ turture/ colūba et passere.
Leuitic. j. ⁊ xiiij. In agno quidē ppter patientis māsuetu/
dinē. Et ego tanqꝫ agn⁹ mansuet⁹ qui portabat᷑ ad victimā.
Hiere. xj. ⁊ Esa. liij. Sicut ouis ad occisionē ducet᷑: ⁊ quasi
agn⁹ corā tondēte se obmutescet: ⁊ non aperiet os suū. In
hedo aūt ppter passionis causam: que est duplex peccatū. s.
originale ⁊ actuale. Pergens affer mihi duos hedos opti
mos: quib⁹ libēter vescit᷑ pater tuus: quos cū coctos intule
ris/ benedicat tibi pater tuus. Hircus et capra duas seque/
las signant peccatorū: quas etiā xp̄s abstulit sua passione.
Hirc⁹ em̄ peccati fetorē in vilitate ei⁹ ppter cōsuetudinē ei⁹
significat. Capra aūt per libidinē/ pnitatē ad peccatū repre
sentat: que purgauit dñs in sua passione. Leui. iiij. de prin/
cipe dicit᷑: Offer ⁊ hostiā corā dño hircū de capris immacu
latū. Sol⁹ aūt christ⁹ similitudinē carnis peccati habens et
nullū peccatū: est hirc⁹ immaculat⁹ de capris: hoc est pecca/
toris et peccatricis/ a patribus descendēs. Veruex aūt siue
aries dux gregis principatū xp̄i in regno fideliuꝫ designat.
Vnū de bene gradiētib⁹ est aries dux gregis: nec est qui re
sistat ei. Hūc offert abraā: quo representat᷑ qualiter immor/
talis manet deitas sicut isaac: ⁊ immolata humanitas ducis
nostri gregis: quod significat aries immolat⁹. ¶ D Cō/
memoratio aūt passionis/ que quotidie fit in oblatiōe hui⁹
sacrificij in altari: per iuge sacrificiū quod mane fiebat ⁊ ve
spere de agnis: vt dꝫ Numeri. xxviij. Agnos anniculos im/
maculatos duos quotidie in holocaustū sempiternū: vnuꝫ
offeretis mane: alterū ad vesperū. Mane quidē ad gratiaꝫ
virtutis: q̄ mane in vita ista egem⁹ ad meritū. Vespere autē
in pculosa infirmitate: qꝛ tūc egem⁹ sacramēto ad viaticū:
de quib⁹ in Ps̄. dicit᷑: Dirigatur oratio mea sicut incēsum
supple matutinū. in conspectu tuo/ eleuatio manuū tuaruꝫ
sacrificiū vespertinū: scꝫ in recōmēdatione anime. Mane
semina semē tuū: ⁊ vespere non cesset manus tua: qꝛ nescis
quid magis oriat᷑ hoc aut illud: ⁊ si vtrūqꝫ simul: meli⁹ erit.
In vitulis aūt boū representabat᷑ hoc sacrificiū ppter sagi
nam/ maturitatē ⁊ vtilitatē. Saginat⁹ est em̄ vitulus omni
pinguedine deuotionis. Luc. xv. Occidit pater vitulū sagi
natū: qꝛ saluū illū recepit. Mature etiā icedit bos ⁊ caute:
⁊ fortiter vngulā figit: ⁊ vtilis est ad arandū. Sic christ⁹ cau
te pedē posuit: nulli malū: omnib⁹ bonū exemplum dedit:
hominuꝫ corda vomere p̄dicationis arauit. Prouerb. xiiij.
Vbi apparent plurime segetes: ibi manifesta est fortitudo
bouis. In auib⁹ aūt per turturē designat᷑ per gemitū: ⁊ hoc
in oratione. p columbā: qꝛ ad patriā reuolare christ⁹ docuit:
quod pre auib⁹ ceteris columba nouit. Qui sunt hi qui vt
nubes volant: ⁊ quasi colūbe ad fenestras suas. In passere
aūt: qꝛ fugere p̄sentiū insidias docuit. Passer em̄ aliud pre/
sidiū nō habet nisi fugā. Vñ i Ps̄. passeri se cōparat: Fact⁹
sum sicut passer solitari⁹ in tecto. In singulari tm̄ sacrificio
vitule rufe/ Numeri. xix. signatur: ideo qꝛ sicut in sanguine
vitule rufe vniuersa expiabant᷑: ⁊ cuꝫ sanguine eius erat in
troitus in sanctasanctoꝝ: Ita ⁊ in sanguine christi vniuersa
lis fit expiatio pctōꝝ: Et per sanguinē ei⁹ apertus est introi/
tus in regnū celoꝝ. Vñ ad Heb. xiij. Quoꝝ animaliū infert᷑
sanguis p peccato in sancta per pontificē: hoꝝ corpora cre
mant᷑ extra castra: ppter qđ ⁊ iesus: vt sanctificaret p suum
sanguinē populū: extra portā passus est. Et ibidē. ix. Nō em̄
in manufacta sancta introiuit iesus exēplaria veroꝝ: sed in
ipsum celū: vt appareat nūc vultui dei pro nobis. Sic igit᷑
signat᷑ in animalib⁹ cōtentū in hoc sacramēto christ⁹ passus
res simul et signū. ¶ J Signat᷑ tertio ppter diuersitateꝫ
gratiarū: quas cōtinet hoc sacramentū virtualiter ⁊ effecti
ue: que sunt res hui⁹ sacramēti: ⁊ nō signū per oblationē et
sacrificia rerū inanimatarum: vt salis/ simılaginis/ mellis/
olei/ thuris/ et adipis. Mel enim licet nō sit oblatio legis
Leui. ij. est tñ in verbis sapiētie: ⁊ ostendit dulcedinē sacri
ficij: que in sacrificijs holocaustis ⁊ pacificis offerebant᷑: si
cut tāgit᷑ Leui. j. ⁊. ij. et deinceps. ¶ In his igit᷑ sacrificijs
p̄figuratū est sacrm̄ sex modis. In sale discretio rōnabilitas

Leuit. xvj.

geñ. xxvij.

puerbio rum. xxx.

eccl'e. xj.

Esa. lx.

Leuit. ij. tio: q: nihil fecit christ⁹ nisi cõgrus ratiõe. In oi sacrificio offerẽs sal. Ad cui⁹ imitationẽ etiã apls nos hortat rationa bile obsequiũ vestrũ. Rom. xij. ¶ In similagine hui⁹ sacrificij mundissima puritas. Leuitici. ij. De simila purissima erit sacrificiũ. ¶ In melle sancti spũs dulcedo. Spũs me⁹ (Eccli. xxiiij.) sup mel dulcis: ⁊ hereditas mea sup mel ⁊ fauũ. ¶ In oleo aũt pinguedo figurat deuotionis. Oleũ effusum nomen (Cant. j.) eius. ¶ In thure notatur odor orationis ⁊ virtutis. Que (Cant. iij.) est ista que ascendit de deserto sicut virgula fumi: ex aromatib⁹ myrrhe ⁊ thuris. ¶ In adipe ⁊ pinguedine significat hoc sacrificiũ: quoad crassitudinis dulcedinẽ in spũ sancti intima cõsolatione. Omnis adeps dñi erit iure ppetuo. Et (Leui. iij.) in ps. Sicut adipe ⁊ pinguedine re. ani. me. et labijs exul. lau. os meũ. Hinc ecclesia canit. Pinguis est panis christi: et pbebit delitias regib⁹. Et ita sacramentũ hoc quãtũ ad multitudinẽ gratiarũ suarũ: ac pinguedinẽ ⁊ cõsolationem spũs in his sacrificijs est signatũ. ¶ L. Figuratur quarto quãtũ ad effectũ suorũ ⁊ opationũ multitudinem in modis oblationũ. Sunt autẽ modi illi vniuersi numero quinq: et sextus modus saluat in omnib⁹ illis. Et sunt holocaustũ/pacifica/victima/hostia/immolatio. In omnibus istis saluatur oblatio: quia quodlibet istorum deo offerebatur. ¶ Holocaustũ em dr qd totũ incendebat igne: sicut agni suge sacrificiũ: ⁊ sacrificiũ vitule rufe. ¶ Pacifica vero que pro pacis ppitiatione (vel iam facte vel in christo faciende: cũ p peccatorũ recõciliatione) offerebantur. Et hec non tota incendebatur: sed pars cremebatur domino: pars cessit sacerdoti offerenti: et pars in vsus eius qui obtulit pacificam: et pro quo offerebatur. ¶ Hostia autem vt dicit Esitius vel ideo dicebatur q ad ostiũ tabernaculi ducebatur/ manibus offerẽtium impositis capiti eius: vt sic significaret q per ipa ad sancta pateret accessus. Vel ideo: q: p vincendis/vel iã victis hostib⁹ offerebat. ¶ Victima autẽ vt idẽ Esitius dicit/dicebat: vel quia victa offerebat: vel quia offerebat in victoria qua homo vicisse gaudebat. ¶ Immolatio dicebat: q cum offerebatur molã quandam habebat in capite in signũ q hoc animal ad dei sacrificia ptinebat. Mola dr pulis ex farina aqua ⁊ sale: qua olim victime inter cornua pfundebant. hinc dr verbũ immolare. i. victimã mola perfundere: vt dicit Januens. ¶ In omnibus autẽ his saluat oblatio: q: qdlibet illorũ corã deo offerebat: anteq in toto vel in parte incenderet. ¶ Hec oia in nostro impleñt sacrificio spiritualiter. Nostrum quippe sacrificiũ totũ in igne charitatis ⁊ spũsancti oblatũ est: et offert qtidie. qd signatum est Geñ. viij. vbi postq noe de arca egressus est saluatus ex aqua: qd salutẽ p baptisma cõsecutam significauit. fm illud. j. Petri. iij. In dieb⁹ noe cũ fabricaret arca: pauci id est octo aie salue facte sunt p aquã. Qd ⁊ vos similis forme saluos facit baptisma. Postq igitur sic noe egressus arcã saluatus edificauit altare: ⁊ tollens de cũctis aialib⁹ ⁊ volucrib⁹ mundis: obtulit holocaustũ sup altare: et odorat⁹ est dñs odorẽ suauitatis: q: siue sint aialia dei q laborãt in necessitatib⁹ hui⁹ vite: siue sint volucres celi/cõtẽplatione celestia petẽtes in holocaustũ p ignẽ charitatis et spũsctĩ incẽsi in altari/hoc est in sacrificio altaris deo oblati: in odorẽ suauitatis acceptãtur. Immũdi vero nihil cũ altari nostro habẽt cõmune: q: sacrificio nr̃o nõ sunt vniti. (Geñ. xxij.) Tolle filiũ tuũ vnigenitũ quẽ diligis isaac: et vade in terrã visionis: atq ibi offeres eũ in holocaustũ sup vnũ montiũ quẽ mõstrauero tibi. Mons autẽ ille eleuationem spũs representat: quã in nobis operat virtus sacramẽti. ¶ L. Hec hostia etiã inter oẽs est singulariter pacifica: q pacẽ fecit inter nos et deũ. Ipse est pax nostra: q fecit vtraq vnũ ⁊ medium parietẽ soluẽs inimicitias in carne sua. (Ad ephe. ij.) et Joh. xvj. ait. In mũdo pressurã habebitis: in me aũt pacẽ. ¶ Hec hostia pacifica diuidit: q: pars deo ad laudẽ offert: pars aũt p ecclesia laborãte: pars p purgãdis in purgatorio participatur: de quo infra dicet. ¶ Hec etiã oblatio verissime hostia est: q: ⁊ hostes potẽter deuicit: ⁊ p seipm q ostiũ est/in celũ introduxit. Hinc Esa. lxiij. Propugnator sum ad saluãdũ.

Et Joh. xvj. Ego vici mundũ. Christ⁹ em exiuit vincẽs vt vinceret. Apoc. vj. Hec scdo dr Rom. v. Per ipm accessum habem⁹ ad deũ ⁊ gloriamur in spe filiorũ dei. ¶ Hec etiam oblatio specialiter dr victima: q: christus victus obediẽtia patris volũtarie se obtulit. Fact⁹ est obediẽs vsq ad mortẽ: mortẽ autem crucis. (Ad phil. ij.) His vinculis ligat⁹ fuit quãdo ait. Nõ sicut ego volo: sed sicut tu vis fiat. (Matth. xxvj.) His quoq paulus ligat⁹ fuerat qñ dixerat: Alligat⁹ spũ vado in hierlm que in ea ventura sunt mihi/ignorãs. (Actuum xx.) His vinculis vinciunt oẽs q seipsos victimãt p christo. Vincti manicis pergẽt: ⁊ te adorabũt: teq deprecabunt. (Esa. xlv.) Ideo etiã victima dicebat: q: in victoria offerebat. Per hãc em in christo oẽs vincim⁹ ⁊ mortẽ: ⁊ eũ q habet mortis imperiũ. Heb. ij. Vt p mortẽ destrueret eũ q habebat mortis imperiũ: ⁊ liberaret eos q timore mortis p totã vitã obnoxij erãt seruituti. Ubi ẽ mors victoria tua: vbi est mors stimul⁹ tu⁹. (j. Cor. xv.) Sequit. Deo aũt gratias q dedit nobis victoriã p dñm nostrũ iesum christũ. Hec deniq hostia singulariter immolatio vocabat: q: olim offerendo mola imponebat: vt deo sciret esse oblata. Ita christus in oblatione sanctã signatus est a deo patre et manib⁹ offerentiũ. A deo quidẽ sicut dr Joh. vj. Hũc em pater signauit de⁹. A manib⁹ offerẽtiũ purpura/veste alba/arundine pro sceptro/⁊ corona spinea signat⁹ est. Egredimini filie hierusalẽ: ⁊ videte regẽ salomonẽ in diademate quo coronauit illũ mater sua. (Cant. iij.) Ab hac mola/immolationis nomẽ cõgrue accepit nr̃a oblatio. ps. Immola deo sacrificiũ laudis: ⁊ redde altissimo vota tua. Circũ. ⁊ immola. in tabernaculo ei⁹ hostiã vociferationis. Itẽ. Tibi sacrificabo hostiã laudis. In oib⁹ his saluat salutaris oblatio: qua ipe summ⁹ pontifex obtulit se in oib⁹ his. Et ad oia hec q dicta sunt: Esa. liij. Oblatus est q: voluit: cui⁹ oblatio nostra sctificatio fuit. vñ Joh. xvij. Ego p eis sctifico meipm. hoc est: Ego p eis sanctifico meipm: vt ipi in me sint sctĩ ⁊ oblati. Oblati em sum⁹ semel in christo moriente in cruce: offerimur in eo qtidie in hac altaris hostia/ad celi ostiũ nobis p hostiã hanc apertũ. Hec oia Alber. li. ij. de mis. officio. ¶ M. Doctor vo irrefragabilis Alexã. de ales. q. xxix. parte. iiij. mẽbro. ij. octo ponit pfigurationes hui⁹ sacrificij. Prima fuit in oblatione panis ⁊ vini melchisedech. Geñ. xiiij. Scda i agno paschali. Exo. xij. Tertia i mãna. Exo. xvj. Quarta in aqua que fluxit de petra. Nume. xx. ⁊. j. ad Cor. x. Quinta in diuersis legis sacrificijs. Leui. ij. ⁊ sequẽtib⁹. Sexta in hedo quẽ coctũ obtulit manue. Judic. xiij. Tulit hedũ de capris et libamẽta/⁊ posuit sup petrã ⁊c. Septima in fauo mellis quẽ ionathas summitate virge cõuertit ad os. j. Reg. xiiij. Octaua in fluxu aque ⁊ sanguinis de latere christi. Johãnis. xix. Dicit em Aug. q fluxus ille figura fuit baptismi et eucharistie. Prima figura fuit figura hui⁹ sacramẽti quãtũ ad exteriorẽ formã ⁊ effectũ primũ/scz refectionẽ spũalem. In illa oblatione panis ⁊ vini representata fuit forma exterior sacri/⁊ refectio spũalis. Vñ sicut hic est in re: ita ibi fuit in figura. ¶ In scda scz agno paschali fuit figura sacramẽti ⁊ rei/hoc est christi: Nã sicut agnus paschalis datus fuit in signũ liberationis a seruitute egypti: ita agnus est in liberationẽ a seruitute diaboli. Nõ em dari debet hoc sacramẽtũ nisi existẽtib⁹ in gratia. Fuit etiã innocẽtia christi signata p agnũ cui⁹ mãducatio a calciatis ad iter pcinctis baculos in manibus habẽtib⁹: cũ lactucis agrestib⁹ ⁊ azymis panib⁹: dispositionẽ eorũ q mãducant quaten⁹ ad salutem sumant significat: vt scz sumẽtes sint sine pcti fermẽto. Penitẽtia p peractis amaricati pctis: fide diuinitatis ⁊ humanitatis imbuti in inquirẽdis mysterijs simplices nõ curiosi: mẽte ⁊ corpore casti: pcedentiũ patrũ imitatores: aiarũ suarũ custodes: ad patriã cũ desiderio festinãtes: q oia late psequitur btũs Grego. in homel. paschali. ¶ In tertia scz mãna signat effectus suauitatis. Sap. xvj. Panẽ de celo prestitisti eis/oẽ delectamentũ in se habentẽ: ⁊ ois saporis suauitatẽ. Suauitas nãq in mãna significat plenitudinẽ grẽ in christo: de cuius plenitudine accipiens aia delectat. ¶ In quarta scz aqua que fluxit de petra significatur effe

tus huius sacramēti/q̄ est extinctio estus peccati:cuiusq̄ ab/
lutio facta p sanguine christi: vnde Amb.ii.de sacra. Illis
aqua de petra fluxit:nobis sanguis fluxit de christo. ¶ In qn
ta.s.sacrificijs significat oblatio christi in hoc sacro repsen
tata. Oblatus enim fuit in passione tanq̄ holocaustū: tanq̄
hostia pacifica: ⁊ quasi victima p pctō. Inquātum enim in/
nocens fuit et nullius debitor: immolatio illius holocau/
stum fuit:quod non obtento aliquo:sed totū in obsequiū
dei offerebat. Totus inquā p nobis nihil p se. Inquātum
aūt fiebat in recōciliationē cū deo et angelis/fuit hostia pa
cificoꝝ.pacificans oia/⁊ que in celis ⁊ q̄ in terris.ad Col.i.
Inquantū fuit redēptio nostra fuit victima p peccato. In
oblatione manus supra petra signat/q̄ oblatio nostra fieri
debet in fide christi qui est petra.de qua aplus.i.Corinth.x.
Petra autē erat xp̄s. ¶ In septima scz fauo mellis/qd ad
os suū virga intincta ionathas applicuit: qualitas signifi/
cat offerētis sacerdotis qui debet habere vite sanctitatem:
quod p ionathā significat/q̄ gratia interpretat:et ordinis
dignitatē quod per virgā importat:⁊ xp̄i cuius psonā gerit:
fidei ⁊ vite imitationē: quod per intinctionē virge in fauū
mellis ⁊ applicationē ad os importat. Christus enim fauū mel
lis est ppter duplicē naturā: diuinā in humana/qd est mel
in cera. ¶ In octaua scz effluxu sanguinis de christi latere
ostendit/vn hoc sacrm habet efficacie sue ortū:scz ex passio
ne christi q̄ in lateris apertione est cōsummata. Hec alexā.in
sententia. ¶ N Qd vero magister sniaꝝ dis. viij.quarti li/
bri ponit tm̄ quattuor figuras.s.māna:effluxū sanguinis
de latere christi:oblatione melchisedech: ⁊ agnū paschalē:
pōt breuiter dici q̄ magr nō voluit ponere oēs figuras:sed
magis expssas. Possunt enim he quattuor figure distingui/
penes quattuor pncipales effectus huius sacri:scz Viuifica/
re: ⁊ quātū ad illū figurat p sanguinē q̄ est vita hois causa/
liter:quia aia ois carnis in sanguine est. Leuit.xvij. Et san
guis christi emūdauit cōsciētias nostras ab opibus mortis.
ad Heb.ix. Alius est viuificata nutrire: ⁊ quātū ad hoc signifi
catur p māna. Sap.xvj. Angeloꝝ esca nutriuisti ppl'm tuū.
Tertius effectus est vires restaurare: ⁊ quātū ad hoc signi
ficat p panē ⁊ vinū oblatū a melchisedech abrae reuertēti
de plio/in quo pdita restaurauit. Quartus effectus est ptege
re a ptāte aduersarioꝝ: ⁊ quātū ad hoc significat p agnū
paschalē:cuius sanguine custoditi sunt filij isrl ab angelo ex
terminatore. ¶ Vel pōt dici q̄ ille quattuor figure posite
sunt fm quattuor q̄ in hoc sacro cōcurrūt:scz signū tm̄:res
et signū:res tm̄: ⁊ causa:q̄ sunt spēs panis et vini/christus/
gra/sanguinis effusio. Primū p oblationē melchisedech. se
cūdū p agnū paschalē. tertiū p māna. quartū p effluxū san
guinis de latere repsentat. Alie ab alijs assignant cause:sz
ille sufficiāt: ⁊ tm̄ de numero ⁊ sufficiētia figuraruz. ¶ De
tertio scz figuraꝝ ordine ⁊ excellētia: Dicit aūt figura excel
lētior q̄ expssius significat: ⁊ quātū ad hoc dr̄ q̄ figure se ha
bēt sicut excedētia ⁊ excessa. Nā fm diuersa in hoc sacramē/
to cōsiderata/nec hec figura excellit:nec illa. Nā quantū ad
sacrm tantū repsentandū/excellit figura melchisedech: quā
tū ad sacrm ⁊ rē/agnus paschalis:quātū ad rē tm̄/māna de
serti:quātū ad causam/effluxus sanguinis christi. Et hec sa
tis patēt ex pmissis. ¶ O Sed sunt duo dubia. Primū/
cur plus sacrificia horum trium patrū abel/melchisedech/
abrae:q̄ ceteroꝝ cōmemorant. Scd̄m/cur potius hec sacrifi
cia de lege nature/q̄ de lege moysaica i canone assumunt.
¶ Ad primū dicit/q̄ ideo horū patrū sacrificia cōmemorā
tur:q: sicut illoꝝ sacrificia typi fuere ⁊ figure sacrificij nos
tri:ita ⁊ patres ipsi fuere figura christi. Abel enim innocēs ⁊
iustus a fratre suo inuidiose interfectus est:p qd significat
christus:q̄ a fratribus suis iudeis inuidia obcecatis/malicia
se in mortē traditus:ppter qd dicit Ioh. apoc.xiij. q̄ agnus
christi ab origine mūdi occisus est:in suis scz i abel: in cuius
occisione prefiguratus est: vt dicit glo. Abraam quoq̄ fi/
gura fuit christi in magna sua obedientia/qua paratus fuit
offerre ppriā suā substantiā in filio suo vnigenito. Et chris
tus obediens fuit patri offerendo seipsum in mortem/ad

voluntatem et beneplacitū patris. Fuit etiā in hoc abraam
figura christi/q̄ patriarcha fuit ⁊ pnceps patrū/nō tantuz
israelitice plebis:sed ⁊ ppl'i christiani:illius p carnē:isti⁹ p
fidē:fm illō Gen.xvij. Nō vltra vocabit nomē tuū abram:
sed appellaberis abraā:q: patrē multaꝝ gentiū te cōstitui.
Sic christus pater est omniū q̄ fecit vtraq̄ vnuz: qui lapis
est angularis:duos in se parietes/iudeos et gentiles cōiun
gens in fidei vnitatē. In quo ⁊ oēs modo spūaliter renasci
mur:et filij dei efficimur per gratiā adoptionis:qui ⁊ iuxta
pmissionem abrae factā de suo fuit semine ortus. Melchi
sedech quoq̄ figura christi fuit:q: fuit rex salem.i.rex iusti
cie ⁊ pacis. Fuit sine patre ⁊ sine matre/⁊ sine genealogia:
Sacerdos dei altissimi:bndixit abrae: ⁊ obtulit decimas:p
que christū apte figurabat:de quo pphēta: Orietur in die/
bus eius iusticia ⁊ abūdantia pacis donec auferat luna.i.
ecclesie mortalitas. ⁊ Esa.ix. Ipse pnceps pacis:pater futu
ri seculi. Hic princeps pacis fuit sine patre ex tempore:sine
matre in eternitate:sine genealogia in diuinitate. Benedi/
xit oibus fidelibus: ⁊ occurrit pulsans ad ostium: pueniens
singulos in benedictionibus dulcedinis. Occurrit qdē pec/
catoribus in multa miseratione p immissionē sanctaꝝ cogita
tionū: vt a peccatis se cōuertāt. Occurrit ⁊ iā conuersis in
multa dulcedine/p multiplicationē gratiarū donoꝝ ⁊ vir
tutū. Obtulit ⁊ decimas p restaurationē ruine angelice. Ce
cidit qdē draco magnus lucifer: ⁊ traxit secū tertiā partem
stellarū. iuxta visionē beati Iohānis in apoc.cap.xij. Chri/
stus autē p nature humane assumptionē/obtulit se deo pa
tri/q̄ illa pars angeloꝝ q̄ cecidit est integrata:ne vacuitas
esset in illa hierlm supna. Et sicut patres christi:ita eoꝝ ob
lationes figure fuerūt nostri sacrificij: vt patet ex supradi/
ctis. ¶ P Ad secūduz dubiū respōdet fm Alber.q̄ ideo
sacrificia legis nature sunt adducta:q: illa in fide semp fue
rūt accepta: Hostie aūt legis ve.minus accepte fuerūt: ⁊ ad
tempus tolerabant: vt eas carnalis ppl's magis deo offer
ret:q̄ idolis immolaret:eo q̄ ppl's ille pnus fuit ad idola
triā. Vn̄ Leuit.xvij.postq̄ mādauit de bobus ⁊ eoꝝ adi/
pibus immolari dn̄o:quasi causam assignās addidit: Et ne/
quaq̄ immolabūt vltra hostias suas demonibus cū qbus for
nicati sunt. Vnde de sacrificijs ⁊ hostijs illius legis scribit
per Hiere.vj.ca. Holocaustomata vestra nō sunt accepta:
victime vestre nō placuerūt mihi. Et p Osee.c.vj. Miseri
cordiā volo ⁊ nō sacrificium. Et iterū in ps. Non accipiam
de domo tua vitulos:neq̄ de gregibus tuis hircos. Nuquid
manducabo carnes tauroꝝ:aut sanguinē hircoꝝ potabo.
Et similia multa q̄ ostendūt sacrificioꝝ illoꝝ inacceptabi
litatē/quantū ad pctōꝝ remissionē ⁊ gratie collationē. Nā
quoad primū dicit apls: Impossibile est sanguine tauro/
rū et hircoꝝ auferri peccata. ad Heb.x. Quoad scd̄m ait
Rom.iij. Ex opibus legis non iustificabit ois caro. Et ad
Gal.ij. Si p legē iusticia: ergo christus gratis mortuus est.
Sed de hoc latius.s.lec.xx. ¶ Potest etiā dici q̄ nō tm̄ cō
memorant sacrificia horū patrū tanq̄ figure nostri sacrifi/
cij:quantū cōmemorant ppter patrū illoꝝ acceptabilita/
tē. In quorū primo cōmēdat pstans iusticia:in scd̄o fides:
in tertio obediētia. Vn̄ orat sacerdos vt accepta sint sacri/
ficia/sicut patrum illorum fuere. Sequitur. Q

S Upplices te roga/
mus oipotens deus: Iube hec perferri p ma/
nus sancti angeli tui/in sublime altare tuū/
in conspectu diuine maiestatis tue:vt quot/
quot ex hac altaris participatione sacrosanctū filij tui cor/
pus et sanguinē sumpserimus:omni benedictione celesti ⁊
gratia repleamur. Per eundē dn̄m nostrū Amen. ¶ Hec
est tertia pars partis q̄nte pncipalis canonis: in qua post
petitā oblatoꝝ acceptationē/petit sacerdos diuine gratie
⁊ bndictionis participationē. Et habet tres particulas. In
pma ponit petitionis instantia. In scd̄a petitionis forma/
ibi: Iube hec. In tertia iungitur petitionis finis et substā
tia/ibi: Vt quotqt. ¶ Quoad primū dicit: Supplices.i.

Ps.lxxi.

humiles te rogamus. Allegamus aūt humilitatē nostram in petendo benedictionis grām: instructi doctrina iacobi apli dicētis: Deus supbis resistit: humilib⁹ dat grām. Eius dē. iiij. Hinc rogam⁹ nō ex nostra iusticia: qm̄ illa ante faciē tuā est tanq̄ pānus mēstruate. Esa. lxiiij. sed innitētes humilitati/ p quā nihil de nobis p̄sumimus: sed solum de tua misericordia rogam⁹ ⁊ petim⁹/ sciētes q̄ oratio humiliū celos penetrat: ⁊ non discedit donec altissimus eā inspiciat. Eccl. xxxv. Rogamus igit̄ te omnipotens deus: qui emo potēs est p̄stare q̄ petim⁹. Quis em̄ impabit angelis vt vota nostra pferāt ante cōspectū tue celsitudinis: nisi tu deus oīpotens: q̄ rex es ⁊ dn̄s angelorū. Quis pfundere pōt celesti bn̄dictione/ ⁊ imbre supne gratie corpus ⁊ sanguinem christi filij tui participātes: nisi tu deus oīpotēs q̄ pater es misericordiarū ⁊ totius cōsolatiōis: q̄ preuenis in bn̄dictionib⁹ de mensa quā parasti mādueātes. Jube hec perferri. Tante sunt pfunditatis hec verba/ dicit Inno. vt intellectus humanus vix ea sufficiat penetrare. Nā ⁊ btūs Greg. tanti sacramenti dignus interpres in. iiij. libro dialo. cap. l. tanq̄ de re ineffabili ineffabiliter loquēs: Quis inq̄t/ fidelium dubiū habere possit: in ipa immolationis hora/ ad sacerdotis vocē celos aperiri: in illo iesu christi mysterio angelorū choros adesse: summis ima sociari: terrena celestib⁹ cōiungi. Unū quoq̄ ex visibilib⁹ ⁊ inuisibilib⁹ fieri. Idē: Uno eodēq̄ tpe ⁊ momento ⁊ in celū rapit̄ ministerio angelorū sociādus corpori christi: ⁊ ante oculos sacerdotis in altari videt̄. ⁊ ponunt̄ hec verba de cōse. dis. ij. Quid sit sanguis. Quorū expositionē require. s. lec. xlvij. ¶ R Subdit Inno. Saluo tn̄ occulto celestis oraculi sacro/ psit hec verba: licet simplicius/ tn̄ securius intelligi sic/ tripliciter quidē: sm q̄ pnomē hec/ pōt demonstrare: vel fideliū vota: vel corporis ⁊ sanguinis sacra: vel per ea mystice significata. Primo modo sic: Jube hec scz vota fideliū: supplicationes ⁊ p̄ces Perferri. i. representari Per man⁹ sancti angeli tui. i. p ministeriū angelorū: q̄ (vt apls ait ad Heb. j.) sunt oēs administratorij spūs. Hi quidē nunciant deo nostras orationes quas fundim⁹: iuxta illud qd̄ ait angel⁹ ad tobiā eiusdē cap. xij. Qn̄ orabas cū lachrymis ⁊c. ego obtuli orationē tuā dn̄o. Et sm Alber. Non d̄r hic/ p sctī angeli tui p vno angelo tm̄: vel p vno angelorū choro: sed pro oībus. Oēs em̄ celestes essentie (vt dicit beatus Diony.) angeli vocant̄: quorū innumera est multitudo: sm illud Dan. vij. Milia miliū ministrabāt ei: ⁊ decies centena milia assistebāt ei. Hoc aūt maxime intelligēdū est fieri/ dicit in sacramēto altaris: allegās illud Grego. statim supra positū. Assistūt aūt angeli non ad hoc sacr̄m cōsecrādū: q̄r ad hoc nō acceperūt ptātem: sed in hac ab hoībus excedunt̄: vt. s. habitū est lec. iiij. Assunt aūt vt honorē ⁊ reuerentiā exhibeāt regi suo christo: in cui⁹ vultū respicere (vt Pe. ait) semper delectant̄: Ut quoq̄ vota ⁊ p̄ces et desideria sacerdotis/ et totius ppl̄i deo repñtent: sm illud Apocal. viij. Ascēdit fumus aromatū in cōspectu dn̄i de manu angeli. Nō aūt hoc petit̄ sm btm̄ Aug. vt deus p angelos noscat p̄mo q̄d petimus aut desideramus: q̄ oīa nouit anteq̄ fiāt. Dan. xiij. vn̄ et christus ait: Scit pater vester q̄d opus sit vobis anteq̄ petatis. Math. vj. Sed q̄r necesse habet rationalis creatura tpales causas in deū ⁊ ad eternitatē referre: siue petēdo quid erga se fiat: siue cōsulendo q̄d faciat: aut q̄d deo iubēte implēdū esse cognoscat: hoc nobis euidēter vel latenter angel⁹ reportet. Sic em̄ de⁹ iuxta ordinem sue sapiētie statuit/ vt infima p media reducant̄ ad suprema: vt vult Diony. in li. de ange. hierar. Sic docet hoies p angelos: inferiores p supiores: vt oīa illi uninario a pr̄e luminū ordinate p cedat. ¶ Uel aliter exponit̄ hec particula: Jube hec perferri. Hec. i. corpus ⁊ sanguinē filij tui: In sublime altare. i. in celū: nō sm realē loci trāslationem: q̄r iā ibi residet in forma gloriosa: sed sm acceptationē gratā inquātū tibi hec corp⁹ et sanguinē offerim⁹: petētes vt ex eorū participatione celesti gratia repleamur. ¶ S Uel tertio/ Jube hec perferri. Hec. i. signatū per sacramēta corporis et sanguinis: qd̄ est ecclesia militanō: Ecclesiam militantē eiusq̄ mēbra: Jube tu pater celestis pferri in sublime altare tuū. i. ecclesiam triumphantē q̄ altare dicit̄: iuxta hoc Leui. vj. Ignis in altari meo semp ardebit. i. feruor charitatis in ecclia triūphante: ⁊ dicitur altare: q̄r ibi sacrificat̄ sacrificium laudis. Ps. Beati qui habitāt in domo tua dn̄e: in secula seculorū laudabūt te. In cōspectu diuine maiestatis tue. i. supreme ⁊ altissime diuinitatis tue: que in celo et ecclesia triumphante singulari fulgore rutilat. Per man⁹ sancti angeli tui. i. p ministeriū ⁊ seruitiū angelorū: vt. s. Uel p manus sancti angeli tui. i. christi filij tui qui est angelus magni cōsilij: sm illud Esa. ix. Uocabit̄ nomen eius magni cōsilij angel⁹. Ut quotquot/ de seruitute cleri vel voto ppl̄i: Ex hac altaris participatione. hoc est ex sacrificij altaris cōlone: Sumpserimus: ⁊ hoc sacramētaliter vt celebrans: vel spūaliter tm̄ vt ppl̄s circūstans: Sacrosanctū filij tui corpus: qd̄ operatione spūssancti de purissimis sanguinib⁹ virginis formatū/ inseparabiliter mō ineffabili excellētissime diuinitati vnitum est: propter qd̄ rectissime sacrosanctū dicit̄; quasi bis sctm̄ ex plenissime gratie et verbi psonali vnione. Et sanguinē/ naturalē p nobis fusum/ eiusdem filij tui/ Omni celesti benedictione. oim spiritualiū charismatū/ gratiarū/ donorū ⁊ virtutū: Repleamur: q̄r sine horū largitione oē opus nostrum est inualidū. Repleamur sm mentē a te patre luminū: a quo est oē datū optimū/ ⁊ oē donū pfectū. Cōcludit̄: Per eundē christū dn̄m nostrū. quē constituisti mediatorē inter te ⁊ nos pctōres miseros: atq̄ aduocatū: vt causam nostrā corā te pijssimo iudice et iustissimo ageret: ⁊ pro nobis efficaciter interpellaret: quasi diceremus: Nō p merita nostra placere tibi poterit nostra oratio: Placeat igit̄ tibi saltē per dn̄m nostrū iesuz christū filiū tuū in quo tibi bene cōplacuisse testatus es. Per hūc ad te accedim⁹ quatenus ad te ipse p semetipm accedat: cui ⁊ p̄us cōcessisti vt introiret p sanguinē propriū in sancta tua eterna nostra redēptione inuenta. ad Hebre. ix. ¶ T Sacerdos aūt hāc dicens orationē humiliter se inclinat: osculat̄ altare: man⁹ cōplicat: et tres cruces format. Inclinatio illa sm Inno. ⁊ alex. significat christi humiliationē ⁊ inclinationē: qua imminente passione positis genib⁹ pcidit in faciez orās: Pater mi si possibile est transeat a me calix iste. Uel sm alios significat illā in cruce inclinationē qua christus inclinato in cruce capite tradidit spiritū. Uel tertio sacerdos humiliter se inclinat: vt per signa sensibilia significet internā humilitatem/ qua debet supplicās vestiri: vt eius oratio sit acceptior exaudiri: vtq̄ humilitatē corpore demōstret quā sermone explicat se tenere/ dicēs: Supplices te rogam⁹. ¶ Cancellat etiā sub hac oratione man⁹ suas ante pectus: sm quarundā consuetudinē eccl̄iarū sm magistrum in rationali/ ad designandū q̄ humilitas orationis p inclinationez designata/ tunc primū digna est exaudiri: dum ex fide pcedit pectoris atq̄ mētis. Ex fide dico p dilectionē operāte: q̄ operatio p manus intelligit̄. ¶ Uel sm aliarū cōsuetudinē eccl̄iarū/ orat cancellatis manib⁹ ad altare: quasi facto ⁊ opere ipso dicat: Obsecro te per passionē ⁊ crucē filij tui: iube hec ⁊c. Cācellatio em̄ manuū ⁊ suppositio ad altare crucifixionez christi significat: in quo se obtulit sacrificium p expiatione peccatorū. Rursus dum dicit: Ut quotquot ex hac altaris participatione/ altare osculat̄: et representās p hoc osculuz iude/ vt dicit Innocen. et vt sicut ad proditoris osculum se christus inclinauit: ita inclinet se sacerdos ad osculū reuerentie et honoris. Secūdum Alber. ho vt se fieri participē altaris sacrificio cū alijs omnib⁹ ostēdat. sicut olim dauid se participē omniū bonorū fieri petijt cum ait: Participez me fac de⁹ omniū timētium te: ⁊ custodientiū mādata tua. ¶ Secūdum alios/ osculū altaris significat reconciliationē nostrā cum deo/ factam in morte christi per hoc sacrificium cōmemoratā: nā osculū/ pacis est signū. Osculantur aūt q̄dā ter altare: sm magistrū in rationali: agentes p hoc gratias trinitati: cui per passionem christi humanum gen⁹ est reconciliatū. Alij autem bis/ ad representandum genus

1. Pet. 1.

nam in christo naturam:seu ad significandu3 ipsum in cor
pore ⁊ aia passum. Alij semel/ad significandū illud vnicum
osculū proditoris: vel vnicā christi mortē et nostri reconci
liationē. ¶ A Deinde facit sacerdos quartā crucis signa
tionem: que licet multipliciter a diuersis exponat in ordi
ne ad diuersa in corpore christi vero vel mystico significa
ta: tñ sequens ordinez supra lec.xxi. in his signis expositū/
dico post scm̄ thomā parte.iij.q.lxxxiij.ar.v. ꝙ in hac quar
ta signatione fit trina crucis signatio. Prima in verbo cor
pus: scda in verbo sanguine: tertia in verbo oi bñdictione.
Prima fit sup oblatā quo corp⁹ christi: scda sup calicē/quo
sanguis christi vi cōsecrationis pmo cōtinetur: tertia ante
faciē sacerdotis. Per primā igr̄ cōmemorat corporis chri
sti rigidissima extensio: qua iuxta pphete vocē/oia eius os
sa dinumerari poterāt. Foderūt inquit manus meas ⁊ pe
des meos: dinumerauerūt oia ossa mea. Ps̄.xxi. Cui q̄si cō
patiētis affectu ecclesia canit: Flecte ramos arbor alta: ten
sa laxa viscera: ⁊ rigor lentescat ille/quē dedit natiuitas: vt
superni mēbra regis miti tendas stipite. ¶ Per scdam crucē
effusio largissima sanguinis: qua oi defluxo humore/corp⁹
sctissimum torruit: qd idē pphetа nō tacuit/cū in persona
christi ps̄. preallegato ait: Sicut aq̄ effusus sum: ⁊ dispersa
sunt oia ossa mea: factū est cor meū tanq̄ cera liquescens in
medio vētris mei. Aruit tanq̄ testa virt⁹ mea: ⁊ lingua mea
adhesit faucibus meis: ⁊ in puluerē mortis deduxisti me. ⁊
in hymno prefato Clauis mite corp⁹ perforat: sanguis vn
da pfluit: terra/pont⁹/astra/mūdus/quo lauant flumine.
¶ Per tertiā passionis fructus: vñ pfluit in nos ois bene
dictio designat: que ideo ante sacerdotis faciem figuratur.
¶ X Hanc aūt benedictionis plenitudinē/Alb. dicit per
omnes illas tres cruces significari: vt per primā sup corp⁹
factaz/significet plenitudo benedictionis/a pmo pfectore
sanctitatis scz christo in corp⁹ christi mysticū pcedere. Per
scdam sup calicē signatā/significat in idē corp⁹ christi mysti
cuz gratiā recipi. Per tertiā ante faciē sacerdotis figuratā/
significat eādē gratiā in sacerdote ⁊ eis p quib⁹ offert per
manere. Scdm magistrū in rōnali/prime due cruces signi
ficant ꝙ christ⁹ p duob⁹ populis passus est. Vel sm alios/
ꝙ per mortez christi ⁊ sanguinis effusionē a duplici morte/
corporis scz ⁊ anime liberati sumus. ¶ Tertia aūt fit ante
sacerdotis faciē: vt crucis et passionis xpi teneat memoriā:
sicq3 passionis socius fact⁹/fiat particeps ⁊ regni: sm illud
apostoli: Si sustinebim⁹ ⁊ cōregnabim⁹. ¶ Vel per tertiā
crucē significari pōt/ꝙ per christi passionē in cruce cōsum
matā: crux facta est figura demonib⁹ formidabilis: qua con
tra eos efficaciter munimur ⁊ defensamur. ¶ Vel sz alios
per has tres cruces significat diuersitas passionis. corpo
ris quoad vulnerationē: sanguinis quoad effusionē: faciei
quoad velationē: cōtumelias: ⁊ multiplicē irrisionē. Inno.
vero non attendēs ordinē le. pallegate positū/dicit ꝙ ideo
fiunt tres cruces: qr christ⁹ in agonia fact⁹ tertio orabat/eū
dem sermonē dicēs ⁊c. Vel crux sup corp⁹/vincula signifi
cat q̄b⁹ ligat⁹ fuit dñs: sup calicē/flagella representat: ante
faciē sacerdotis signata/sputa ⁊ alapas quib⁹ christi facies
lita est atq3 percussa significat. Sic vario mō exponitur ista
crucis signatio: sed pma expositio rationabilior videt ⁊c.

ij. Timo the. ij.

¶ Lectio.lvij. A

MEmento etiā domi-
ne famulorum famularūq3 tuarū. N. ⁊ N. qui
nos precesserūt cū signo fidei: et dormiūt in
somno pacis. Ipsis dñe et omnib⁹ in christo
quiescētib⁹ locū refrigerij lucis et pacis vt indulgeas de
precamur. Per eundē christū do. no. Amē. ¶ Hec est sexta
pars principalis toti⁹ canonis: in qua post cōsecratorū re
memorationē ⁊ petitā salutez his qui sacrificio pfruunt: in
parte ista subinfert refrigerij ac suffragij postulatio ⁊ ite
rata sanctorū inuocatio: quatenus petita a dño cōcedant. Et
diuidit in partes duas. In prima petit refrigeriū p defun
ctis. In scda petit suffragiū p viuis/adiunctis sanctorū me
moriis/ibi: Nobis quoq3 ⁊c. ¶ Circa primū duo facit. Pri
mo orat p quibusdaz mortuis specialiter. In scdo p oibus
in christo quiescentib⁹ generaliter/ibi: Et oib⁹ in christo ⁊c.
¶ Quoad primū dicit: Memēto etiā. Etiā signū est cōti
nuatiuū distinctorū abinuicē: ⁊ in pposito cōtinuat hāc ora
tionē pxime precedēti: vt sit sensus: cū hoc ꝙ petim⁹ ꝙ nos
viui celesti bñdictione ⁊ gratia repleamur: etiā petim⁹ do
mine vt memoriā habeas famulorū famularūq3 tuarū ⁊c.
credētes nostrū sacrificiū nō solū pdesse viuis: sed ⁊ defun
ctis. vñ Inno. Orat pia mater ecclia nō solū p viuis: sed
etiam p defunctis: ⁊ eos sacre oblationis intercessioni cō
mēdat: certissime credēs/ꝙ sanguis ille preciosus q̄ p mul
tis effusus est in remissionē pctorū/non solū ad salutē viuē
tiū: verūetiā ad absolutione valeat mortuorū. Et vt magis
ostenderet ecclesia fidē qua tenet ad nostrū sacrificiū mor
tuis pdesse: statuit ⁊ decreuit vt in quibuslibet missarū so
lēnijs/loco debito defunctorū memoria habeat: vñ de cō
se. dis. j. Visum. decretū est in cōcilio cabilonēsi in hūc mo
dū. Visum nobis est vt in oibus missarū solēnijs/p spiriti
bus defunctorū loco cōpetenti in ecclia ad dñm depcetur.
Sicut em̄ nulla dies excipit/qua nō p viuētib⁹ et quibusli
bet necessitatib⁹ dñm deprecet: ita nimirū nulla dies exci
pi debet/qn pro aiabus fideliū pces ad dominū in missarū
solēnijs fundant. Antiquitus igitur hunc morē tenet eccle
sia vt in missarū solēnijs: ⁊ alijs precib⁹ dño spūs quiescen
tiū cōmendent: dicente btō Aug. Nō sunt pretermittēde sup
plicationes p spiritib⁹ mortuorū: quas faciēdas p oibus
in christiana ⁊ catholica societate laudamus. Defunctorū3
etiam tacitis nominib⁹/eorū quos sub generali cōmemora
tione suscepit ecclia: vt q̄bus ad ista desunt parētes aut fi
lij aut q̄cunq3 cognati vel amici: ab vna eis exhibeatur pia
matre ecclia. ¶ B Orat ergo Memēto dñe ⁊c. Hoc est
sm Alber. Nō sint erga te famuli tui et famule de numero
illorū de quib⁹ nullā vis habere memoriā ⁊ noticiā. de qui
bus p pphetā dixisti: Nominū eorū nō recordabor ampli⁹
p labia mea. ⁊ Matth. vij. Multi dicēt mihi in illa die: do
mine dñe ⁊c. et tunc pfitebor illis: qr nunq̄ ego noui vos.
Illi em̄ in dei memoria nō sunt: qui deleti sunt de libro vite.
de quib⁹ dicit. In ciuitate tua imaginē eorū ad nihilū redi
ges. Hi sunt quib⁹ grē bñficiū nō impendis: sed his q̄ sunt
in noticia tua: sicut ille cui dixisti/Exo. xxxiij. Inuenisti gra
tiā coram me: ⁊ teipm noui ex noīe. Dicit autē/Memēto:
nō ꝙ velit deū quasi oblitum aliquorū ad memorandū exci
tare: qr in deuz nulla penitus cadit obliuio. Immutabilis
est enim: neq3 in ipo quorūcūq3 actuū est vicissitudo: vt Ja
co. j. Apud quē nō est trāsmutatio: nec vicissitudinis obum
bratio. ¶ Dicit ergo sacerdos: Memēto dñe: vt sic pijci
at in deū oēm affectū suuz tanq̄ patrē clemētissimū: vt quod
desiderat et petit iā deo cognitū/misericorditer tribuat/ac
largiat. Ita dicit beatus Aug. ij. cōfessio. se locutū fuisse ad
dñm dicēs: Cur inquit tibi dñe tot narrationes rerum dixi
go. Nō vtiq3 vt p me noueris ea: sed affectū meū excito in
te: cōfitēdo tibi miserias nostras/⁊ misericordias tuas sup
nos: vt liberes nos: vt desinam⁹ esse miseri in nobis: ⁊ bea
tificemur in te qui pauperes sum⁹. ¶ Sequit. Famulorū
famularūq3 tuarū: qui tibi in obediētia mandatorum tuo
rū famulati sunt: quia de his qui nūq̄ famulari voluerūt:
nulla est apud deuz recordatio. ij. Timo. ij. Cognouit dñs
qui sunt ei⁹. Joh. x. Cognosco oues meas: ⁊ cognoscūt me
mee. Exprimit autē sacerdos famulatū eorū p quib⁹ orat:
vt qd petit valeat citius impetrare: exēplo sapientis: qui cū
sapientiā de sede magnitudinis sibi mitti petijt: statim in
duxit famulatū di. Da mihi dñe sediū tuarū assistricē sapiē
tiā. Et post pauca subdit: Qm̄ seruus tu⁹ sum ego: ⁊ filius
ancille tue. Et pphetа dauid petēs ab inimicis suis ac tri
bulationib⁹ liberari/seruitutis sue memorat. In misericor
dia tua inq̄t/disperdes inimicos meos: ⁊ pdes oēs q̄ tribu
lāt aīam meā: qm̄ ego seru⁹ tuus sum. Fit aūt hoc qr more
humano famulat⁹ ⁊ humilis seruitus: animum ad exaudi
tionē inclinare consueuit. ¶ C Seq̄tur. Qui nos pcessē

Sap. ix.

Ps̄. cxlij.

tunt. Tangit mortuoꝝ pietatem ⁊ ꝓfessionē: Qui nos pre cesserūt ante nos decedendo. Cum signo fidei. hoc est sacra fidei venerabiliter ⁊ reuerēter suscipiēdo. De illis em̄ spes est apud ecclesiam: ⁊ ꝓ illis intercedit. j. Coꝛ. v. Quid mihi inquit aplūs/de his q̄ foris sunt: iudicare. Uel sm̄ Inno. cū signo fidei. i. cū charactere christianitatis: q̄ fideles ab in fidelib⁹ discernūtur. sm̄ illud: Audiui numerū signatoꝝ cē tū quadragintaquattuoꝛ milia ex oī tribu filioꝝ isrl̄. In su sceptione q̄dē baptismatis: q̄ introit⁹ est/et fidei ianua: im primit quoddā signū spūale ac indelebile in animā bapti zati: ꝑ qd̄ discernit baptizatus a nō baptizato: fidelis ab in fideli. de quo. s̄. dictū est lec. ij. Et hoc cōi nomine dr̄ chara cter ⁊ signū christianitatis. de q̄ habet in cap̄. Maiores. de baptismo ⁊ eius effectu/vbi dicit Inno. Qui ficte accedit/ ad sacrm̄ baptismi scʒ/characterē recipit christianitatis im pressum. Uel sic: q̄ nos p̄cesserant cū signo fidei. i. q̄ dū vixe runt/apparuerunt in eis signa q̄ fuere fideles ⁊ vere chri stiani: de q̄bus desperandū nō est: sed magis ꝓ eis orandū.

Apoca. vij.

¶ Sequit: Et dormiunt in somno pacis. i. in pace cōscien tie mortui sunt sine pctis mortalib⁹ ⁊ dei offensa: sed in dei amicitia ⁊ gr̄a. His em̄ dūtaxat ꝓsunt orationes viuētium. Frequēter autē scriptura defunctos dormiētes vocat: p eo q̄ sicut dormiētes somno naturali a somno euigilant: sic et mortui a somno resurgēt. vnde Aplūs: Nolum⁹ vos igno rare de dormiētib⁹ vt nō cōtristemini sicut ⁊ ceteri q̄ spem nō hn̄t. j. Thes. iiij. ⁊ Ioh. xj. dn̄s inquit: Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitē eū. Et declarans quali somno dormiret subdit euāgelista: Dixerat iesus de morte eius. Illi aūt scʒ discipuli putauerūt/q̄ de dormitio ne somni diceret. Tunc ergo iesus dixit eis manifeste: La zarus mortu⁹ est. ⁊ Lu. viij. Puella nō est mortua sed dor mit. ⁊ deridebāt eū: sciētes q̄ mortua esset. Et vere q̄ natu re mortui sunt: deo dormiūt. nā sm̄ Aug. non tā facile quis dormientē a somno excitat: q̄ facile de⁹ a morte resuscitat. Ex hoc aūt verbo qd̄ hic dicitur: In somno pacis. dicit Al ber. Hi dormiūt in somno pacis: vel qui nūc in regno rece pti pace fruunt/dicētes: In pace in idipm̄ dor. ⁊ re. ⁊ Apo cal. xiiij. Amodo iam dicit spūs/vt requiescāt a laboribus suis. Uel qui sunt in purgatorio: hi em̄ ꝑ certā expectatio nē sunt in pace cordis: q̄ in securitate grē: et liberati ab oī mutabilitate: ⁊ strepitu mūdi: vnde secure expectāt sue pur gationis terminū: ⁊ liberationē a penis ac penaruꝫ locis. ¶ D Ex hoc etiā verbo videt innui sm̄ Alber. q̄ aie in purgatorio nō affligunt ministerio demonū: q̄ cū demoni bus somnū pacis nō haberēt: sed purgant ꝑ seipsas: sic au rū purgat ⁊ rutilat in igne. vnde. j. Coꝛ. iij. Uniuscuiusq̄ opus quale sit: ignis ꝓbabit. Si cuius opus arserit: detri mētū patietur: ipe tn̄ saluus erit: sic tn̄ quasi ꝑ ignē. Unde nō opinoꝛ ait Alber. q̄ demones aias purgādas deferāt ad loca penaꝝ: q̄ sancte sunt aie ille. Et dicit dauid: Nō tradas bestijs aias cōfitētes tibi. hoc est nō tradas eas ptāti demo nū affligendas: qui sunt bestie dicte: ⁊ aias pauperū tuoꝝ ne obliuiscaris in finē: q̄ purgatos educis de locis penaꝝ. Sed potius aie pōdere venialiū pctoꝝ: que secū portāt de corpore exeūtes: tendūt ꝓfunde/⁊ minus ꝓfunde ꝓ diuer sitate venialiū delatoꝝ secū ad loca penarum: sicut diuersi pōderis grauia tēdūt deorsum. ⁊ ideo Zach. v. dicit iniqui tas sedere sup talētū plumbi. et in ps̄. xxxvij. dicit de pctis: Sicut onus graue grauate sunt super me. Illis ergo valēt suffragia. ¶ Hic aūt sm̄ Inno. Alexan. ⁊ Alber. sacerdos quoꝝ voluerit: habere debet memoriā specialē: scʒ defun ctoꝝ/parentū/cōsanguineoꝝ/specialiter cōmissoꝝ: ⁊ eoꝝ quib⁹ missam suā specialiter applicare voluerit: quoꝝ me moriā nō vocaliter noiatim exprimat: sed tn̄ mētaliter per sonas ipas cogitabit: ne scʒ astantiū deuotio turbet: aut ne in vanā laudē missas dici procurantes extollant. De hac me moria quorum scʒ fieri debeat: ⁊ quo ordine: ac ceteris hāc materiā respicientib⁹ satis dictū est. s̄. cū ageret de memo ria viuoꝝ lec. xxvj. ⁊ sequēti que hic supfluū foret repetere Tactuꝫ est ibidē/ꝙ memoria esse debet breuis. additi sunt

ps̄. lxxiij

etiam modi breuiandi. Cui cōsentit Guil. paris. in diuina rhetorica: vbi de breuitate orationis loquitur/ita dicens: Qui missas adeo lōgas faciūt/ q̄ tedio ꝓlixitatis sue cor da circūstantiū a gratia deuotionis arescunt: ⁊ ipam refe ctionē spūalem quam in missis ꝑcipere deberēt: in molestie amaritudinē eis vertūt. De his igit pōt cōqueri pplus cir cūstans ⁊ dicere: Dederūt in escā meā fel. Crudelitas igitur huiusmodi hoim hec est: vt ꝓ pugillo deuotiōis qd̄ eis in missis tribuit: totius ppl̄i deuotionē deo auferūt: ⁊ ꝓ trib⁹ aut quattuoꝛ (vt ita dicat) lachrymis cōpunctionis aut de uotionis/vasa magna. i. corda deuote ⁊ lachrymose oran tiū effundāt. Ibi ergo breuis eē debet oratio: vbi breuitas e⁹ alioꝝ deuotioni orantiū militat ⁊ deseruit: nunq̄ tn̄ ꝓli xitas ⁊ lōgitudo orationis deo displicet: nisi vbi ipa ꝓlixi tas alijs impedimētū p̄stat orādi. Hec Guil. De illis ergo sacerdotib⁹ q̄ in publico corā pplo celebrāt loquitur Guil. ¶ Sequit: Ipis dn̄e ⁊ oib⁹ in christo q̄escētib⁹. Ubi post q̄ sacerdos aliquoꝝ defunctoꝝ memoriā habuit specialr̄: hic oim facit memoriā generaliter. vn̄ dicit: Ipis scʒ q̄s spe ciali designouim⁹ recordatiōe: Et oibus in christo quiescē tibus. i. in fide ⁊ ꝓfessione christi defunctis. Uel sm̄ Alber. in signis fidei q̄escētib⁹ a laborib⁹ vite exterioris. Iob. iij. Requieuerūt fessi robore. ⁊ ibidē: Nūc em̄ dormiēs silereꝫ ⁊ somno meo requiescerē. De quib⁹ etiā dr̄: Apoc. xiiij. Bti mortui q̄ in dn̄o moriunt. Ut indulgeas. i. cōcedas ex tua beniuolentia ⁊ misericordia q̄ supexcet iudiciū. Iacobi. ij. Locū refrigerij: in quo nō est ardoꝛ penaꝝ. Nō hoc erat/q̄ si in gr̄a decedētes expertes sint refrigerij diuine cōsolatio nis. Nō em̄ sunt de illis quib⁹ nullū subuenit refrigerium/ qualis fuit diues epulo q̄ in penis clamauit: Pater abraā miserere mei: et mitte lazarū vt intingat extremū digiti sui in aquā: vt refrigeret linguā meā: q̄ crucioꝛ in hac flāma. Nec tn̄ qd̄ postulauit obtinuit: q̄ dicēte abraā: Inter nos et vos chaos magnū firmatū est: vt hi qui volūt hinc trāsi re ad vos/ non possunt: neq̄ inde huc transmeare. Chaos hoc profundissimū imobilitas est diuine snie: q̄ nullā san ctoꝝ in patria ꝑ cōpassionis suffragiū/permittit trāsire ad subuentionē in inferno damnatoꝝ. Nec aliquē dānatoruꝫ ꝑmittit ꝑ refrigerij adeptionē trāsire liberatū ad locū bea toꝝ. Hic est locus refrigerij/qui petit in gr̄a defunctis: scʒ quātū ad penā ignis. Quia licet cōsolationē hn̄t ex certitu dine adipiscende beatitudinis: ⁊ charitate dei quo replen tur: non tamē habēt refrigeriū a pena quam adhuc sustinēt ꝓ peccatis in vita p̄senti cōmissis: ⁊ nō plene quātū ad sa tisfactionē remissis. Tale est refrigeriū qd̄ ꝑ aquā designat Zach. ꝓpheta cap̄. ix. Tu in sanguine testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua/ refrigerij scʒ ab afflictione penarū: q̄uis nō sit refrigeriū diuine cōsolatio nis. ¶ Sequit: Lucis. i. locū illū in quo nō est obscuritas tenebrarū. Sunt em̄ aie in purgatorio priuate aperta diui sione in q̄ua est lux maxima: habitat em̄ lucem inaccessibi lē. In his ergo tenebris sunt: nō in tenebris culpe infideli tatis aut desperationis: habēt em̄ lumē cognitiōis spei et charitatis. De q̄b⁹ illud Michee. vij. accipi pōt Ne leteris inimica mea sup me: q̄ cecidi. Cōsurgā. Cū sedero in tene bris: dn̄s lux mea est. Iram dn̄i portabo q̄m peccaui ei: do nec causam meam iudicet et faciat iudicium meum. Edu cet me in lucem: et videbo iusticiam eius. ¶ Et pacis: in qua non est afflictio hostiū. Apoc. xxj. Absterget deus om nem lachrymam ab oculis sanctoꝝ ⁊c̄. Uel pacis/contra vermē conscientie: qui in his que a pace eternitatis ꝓfecta sciuncti sunt nō morit. Donec perueniat ad locū vbi dele ctabunt multitudine pacis: cū placebūt corā deo in lumi ne viuētiū. Hic locus refrigerij lucis ⁊ pacis/celū est empy reū: locus beatoꝝ: locus cōsolationis ⁊ refrigerij: de quo Sap̄. iiij. Iustus si morte preoccupatus fuerit: in refrige rio erit. Locus claritatis et lucis/quem claritas dei illumi nat: sm̄ illud Apocalipsis. xxj. Ciuitas non eget sole neq̄ luna vt luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit eam: et lucerna eius est agnus. Locus securitatis et pacis. Esa.

Lu. xvj.

j. Timo the. vj.

xxxij. Erit opus iusticie pax: et cultus iusticie silentium: et securitas vsq; in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis: ⁊ in tabernaculis fiducie: ⁊ in requie opulenta. Hic locus celestis est ciuitas: cuiꝰ pax est ordinatissima ⁊ cõcordissima societas fruendi deo/ ⁊ inuicez in deo: vt dicit Augu. xix. de ciuita. dei. c. xiij. Deprecamur/ oẽs scz nos qui sacrificiũ tibi offerimꝰ siue sacramẽtali ministerio siue voto. primũ sacerdotẽ: secundũ respicit ppl'm circũstantẽ. ¶ ff Concludit: Per eundẽ christũ dñm nostrum: qui ad inferos descendens defunctos liberauit a locis penarũ: inducens in locũ refrigerij btitudinis eterne. Ipse etiã est splendor paterne glorie: lux ⁊ veritas: quẽ expectabant sedentes in tenebris: vt educerent ad locũ diuine claritatis. Ipse est qui post labores ⁊ miserias ⁊ angustias pacem ⁊ requiem repromisit dicens Joh. xvi. In mũdo pressurã habebitis: in me aũt pacem. Cõgrue igit petimus ꝑ dñm iesum christũ/ vt in ipso donet quiescentibꝰ defunctis locꝰ refrigerij/ lucis ⁊ pacis. Et q̃uis multi in christo dormierunt: qui de facto locũ lucis ⁊ pacis inhabitant quantũ ad animã: ⁊ ita suffragio viuoꝝ non egent: tñ hos ab alijs nõ discernimꝰ: sed gñaliter pro oibꝰ in christo dormientibꝰ supplicamꝰ. Vñ dicit Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda: ⁊ habet. xiij. q. ij. Non estimemꝰ. Quãuis enĩ altaris siue orationũ/ siue elemosynarũ sacrificia nõ ꝓ quibus fiunt oibus ꝓsint: sed his tñ pro quibꝰ dũ viuũt cooperantur vt ꝓsint: sed q2 nõ discernimꝰ qui sint: oportet ea ꝓ regeneratis omnibꝰ facere: vt nullus eoꝝ pretermittat/ ad quos hec beneficia possint ⁊ debeant ꝑuenire. Meliꝰ enĩ supererunt illa his quibus nec obsunt: nec prosunt: q̃ eis deerunt pro quibus ꝓsunt. ¶ Et quia hic memoria agitur mortuoꝝ: cõgruũ est aliq̃d de eoꝝ suffragijs tractare: ea tñ que circa memoriã viuorũ tractata sunt minime repetẽdo.

De suffragijs mortuorum.

¶ D In hac etiã oblatione intentio dirigit nõ solum ad viuos: sed etiã ad mortuos. Intentio dico nõ solũ ministri celebrantis: sed ecclesie vniuersalis: que memoriã defunctoꝝ in missa fieri instituit: eiusq̄ʒ p̄sonã sacrificãs minister gerit. In hui⁹ officij cõmissione/ sacerdotali scʒ ordinatione/ dr̄: accipere ptãtem offerendi p viuis ⁊ pro mortuis. Est ergo nũcius eccl̄ie ad deum orando p mortuis: quare p̄sonã rep̄sentat ecclesie se mittentis. Est etiã ibi ratio meriti. Nam si ꝓbatur q: opus aliquod meritoriũ est in ecclesia/ siue glorie/ siue gratie/ siue remissiõis culpe aut pene. poterit ne aliq̇d esse magis meritoriũ illo sacrificio. In hoc em̄ illius vnici ⁊ p̄fectissimi sacrificij fit memoria ⁊ inuocatio/ per cui⁹ virtutẽ celi aperti sunt gratia datur p quã solam opera nostra esse possunt meritoria: ⁊ oim pctã hoim remittũtur: ac celestis gloria nostro pctõ p̄dita redonat. Ipse em̄ q̇ in hoc sacrificio patri offertur: clauis est dauidis: q̇ claudit ⁊ nemo aperit: aperit ⁊ nemo claudit. Apocal. iij. Ipse fons gratiarũ et caput ecclesie. de quo solo gratia fluit in barbã aaron descendẽs in orã vestimẽti. psalmo. cxxxij. De eius nãq̄ʒ plenitudine oẽs accepimus/ gratiã p gratia. Joh. j. Ipse est quẽ deus pater fecit pctm̄ ꝓ nobis. ij. Cor. v. Idẽ sacrificiũ quo oim pctã hoim expiant. Ipse est sine cuius vnione (quã hoc sacrificiũ p̄stat) nemo gl'iam in celo cõsequit ipso dicẽte: Nemo ascendit in celũ nisi q̇ descendit de celo: filius hois q̇ est in celo Johã. iij. Nec potest aut vnq̄ potuit post p̄mi hois lapsum/ opus aliqđ gratum esse deo patri ⁊ acceptũ: nisi in vtute hui⁹ sacrificij vesp̄tini/ in fine hui⁹ seculi oblati. ad Col. j. Cõplacuit p eum reconciliari oĩa in ipso pacificãs p sanguinẽ crucis eius: siue que in terris: siue q̇ in celis sunt. Et ideo sacr̄m illud sacrificium dr̄: ⁊ eucharistia. Sacrificiũ ꝓpter peccatorũ remissionẽ: eucharistia ꝓpter gratie infusionẽ. Est autẽ ibi ratio meriti/ nõ tam ex operante q̄ ex opere: nõ enim solũ effectũ habet expiandi pctã ex celebrantis deuotione: sed multo magis ex ipsa oblatione. i. xp̄o iterũ in memoriã sue passionis benedicte oblato: q̇ effectus nõ minuitur p quãcũq̄ʒ sacerdotis indispositionẽ/ formã et intentionẽ ecclesie obseruãtis. Et licet habere effectũ ex opere operato cõmune sit oĩbus legis noue sacramẽtis magis tñ huic appropriat sacrificio: in quo vere ⁊ realiter cõtinet xp̄s/ sacerdos ⁊ sacrificiũ/ seip̄m patri rep̄sentans: ⁊ pro nobis offerẽs in holocaustuʒ: vt deducit apl̄s ad Heb.

¶ In hoc quoq̄ʒ sacrificio est ratio pie supplicationis: nã in eo fiũt expresse orões pro defunctis: ⁊ spãliter cõmissis: ⁊ generaliter pro vniuersis: vt ptʒ ex p̄missis. ¶ Hec aũt oratio ⁊ supplicatio q̄ fit in misse officio/ ceteris oĩbus efficacior est: quoniã fit in p̄sona non tm̄ sacerdotis (vt dictũ est) sed etiã spãliter ex p̄sonis eorũ qui missam ipsam celebrari ordinauerũt: sit defunct⁹ ipse dum vixit: siue testamẽtarij: siue amici: siue circũstantes: siue offerentes. Generaliter vo ex p̄sona toti⁹ ecclesie sponse xp̄i vnice: cui⁹ oratio repulsam nõ patitur. Ex oim hoꝝ deuotione ⁊ merito efficaciã suã colligit oratio celebrantis. ¶ Preterea: si aliqua oratio p̄uilegiata est ƀm p̄dicta: vel q: a xp̄o instituta: aut q: ab eccl̄ia ordinata: nihil ita sicut misse officiũ p̄uilegiatũ esse cõstat. Hoc em̄ quoad essentialia a solo xp̄o institui potuit: ⁊ quãtũ ad supaddita/ videlʒ cerimonias/ orationes/ ⁊ cetera ab ecclesia noscitur ordinata. Nihil ibi sonat a sacerdote sua spõte dictatũ: sed verba xp̄i in euãgelio/ in cõsecratione ⁊ dñica oratione: in ceteris verba ꝓferunt eccl̄ie. Non em̄ debet sacerdos verba sua miscere: aut de suis addere: aut de institutis minuere: sed vba xp̄i ⁊ ecclesie in ei⁹ p̄sona/ itegre/ solicite ⁊ deuotissime p̄sonare. ¶ Deniq̄ʒ quicq̇d poterit deuotio celebrãns cooperari: in hoc maxime officio exhibet. Nã qui ad hoc officiũ celebrãs vl' circũstãs indeuotuʒ se exhibet: vbi rogo deuot⁹ apparebit: Toti⁹ em̄ eccl̄ie deuotio in hoc officio colligit/ nutrit ⁊ auget: vt bene declarat Sco. in. iiij. dist. viij. q. j.

¶ E Posset etiã exemplis plurimis misse efficacia in subueniẽdo defunctis ostendi: quoꝝ nõnulla recitat btũs Grego. lib. iiij. dialo. c. liiij. ⁊. lvj. ⁊. lvij. ⁊ alijs q̄ relinquo p̄dicatoribus inquirẽda. Rationẽ aũt efficacie idem Greg. allegato ca. lviij ponit: q: hec singulariter victima in q̄/ ab eterno interitu saluat: q̇ nobis mortẽ vnigeniti p mysterium reparat: q̇ licet surgẽs a mortuis nõ morit: ⁊ mors ei vltra nõ dominabit: tñ in ipso imortaliter ⁊ incorruptibiliter viuens: iteruʒ ꝓ nobis in hoc mysterio sacre oblationis imolatur. ¶ Sed circa hoc occurrit duplex dubiuʒ. Primũ vtrũ ad aĩe liberationẽ tantũdem valeat missa a quocũq̄ʒ sacerdote bono vel malo celebrata. Scđo vtrũ intersit aliquid quale officiũ dicat. Requiẽ videlicet: vel aliud: de nostra dña: aut de passione dñi: aut scõ aliquo.

¶ Ad p̄mũ p̄suppositis his q̄ supra lectione. xxvj. dicta sunt: respondet breuiter q̄ quantũ est ex ope operato/ tantundẽ valet missa ad liberationem defunctoꝝ/ siue a bono sacerdote celebret: siue malo. Malum dico qui in mortali pctõ de quo nõ penitet irretitur. Sacramẽta em̄ nõ ex ministro: sed ex institutione xp̄i suã habẽt efficaciã vt supra dictũ est: Ideo dũ missa rite p̄ficitur: fruct⁹ queʒ ex vi sacramẽti operat: nec minuitur nec aufert: dicente beato Aug. in lib. de corpore xp̄i: In mysterio corporis ⁊ sanguinis dñi/ nihil a bono maius: nihil a malo min⁹ p̄ficitur sacerdote. ¶ Quãtum vo est ex parte operis operantis (⁊ hoc vt gerit p̄sonam ecclesie: vel vt est instrumentũ motũ p aliuʒ ad celebrandũ: q: vt sic nõ gerit p̄sonam suã: sed p̄sonam ecclesie vel ordinãtis missaʒ) nõ impedit malicia sacerdotis plus q̄ cuiuslibet alteri⁹ non celebrantis: sic em̄ fructus misse colligit ex merito ecclesie/ resultante ex membroꝝ deuotione: vel spãliter eius

qui ordinat missam celebrari. de quo late dictū est lectio ne. xxvij. circa pncipium. Inquātum vero gerit psonā suaꝫ ppriam/malus sacerdos celebrando parū vel nihil pro ficit defuncto. Sic em̄ locū habet verbū Greg. in pasto. etiam supra allegatū ⁊ expositū. Si is qui displicet ad intercedendū mittitur: irati animus ad deteriora puocat. Unde ⁊ q̄ scienter malū sacerdotem in sua malicia pdurantem ad celebrandū induceret: haud dubiuꝫ grauiter peccaret. Non tn̄ leuiter quisq̄ iudicandus est malus: cū duodecim sint hore diei: in quarū singula pctōr potest per penitentiā conuerti: ⁊ interior cōuersio ac iustificatio nobis sit occulta. Bon⁹ vero sacerdos deuote celebrās multū cooperatur liberatiōi aīe defuncte: quoniā si multum valet oratio iusti assidua: fm̄ sententiā Jacobi apli: etiam vbicūq̧ fiat: quāto magis quādo fit in missa: ⁊ tāto iungitur sacramento. Ideo ceteris paribus ⁊ secluso pusillorꝫ scandalo/magis optanda est ⁊ procurāda missa boni sacerdotis ⁊ deuoti/q̄ suspecti ⁊ vagi. Hec sunt de intentione doctorū: beati Tho. in quarto scripto dist. xlv. q. iiij. ar. iij. ⁊ dist. xiij. q. j. arti. v. similr̄ Scoti dist. xiij. quarti. q. ij. ppe fineꝫ. ¶ F Ad scdm̄ dr̄ q̄ in missa duo sunt/scꝫ sacrificiū ⁊ orōnes. Sacrificiū qḋ est precipuuꝫ in missa: idem est in oībus missis quecūq̧ officia dicant. Ideo ex hac parte idē valet defuncto quodcūq̧ officiuꝫ dicat: siue requiē: siue de nostra dn̄a. Sed quātū ad orationes/ille vident efficaciores per quas magis excitat deuotio orantis: ⁊ intētio magis dirigit ad eos ꝓ q̄bus oratur. Et q: in officio requiē/orōnes ⁊ laudes ibi dicende expresse sonāt ꝓ defunctis: nō sic in alijs: ideo ex hac parte officiū requiē videt plus valere. Potest tn̄ ex parte deuotionis excitande plus valere officiū de dn̄i passione: aut de nr̄a domina: aut alio sctō: ad quē celebrans vl̄ missam dici pcurans maiorē habet deuotionē. Similiter ppter intercessionē sancti de quo missa dr̄: ⁊ q̄ ad subuentionē defuncti suppliciter implorat: potest missa de sctō magis valere defuncto. ¶ Reducūtur etiā ad sacrificij oblationē cetera que ꝓ defuncto offerūtur ad dei cultū ptinentia: vt oleum/cerei/thura: vel cetera q̄ ad cultus dei ⁊ ecclesiarū ornatū offerunt. Hinc Dama. in sermo. de morientibus/docet cereos/oleū ⁊ hmōi ꝓ defunctis offerri. Dum em̄ cerei circa altare/feretruꝫ aut tumulos incendūtur/ex psona defunctorꝫ xp̄m verū lumen ⁊ eternū eiusdēq̧ fidem: q̄ lumen est intellectus viatoris: ꝓfitemur. Dum thura incendimus/ex eorꝫ psona xp̄m vna cum patre ⁊ spūsancto vnū solum deū verum adoram⁹. Dum aquā benedictā spargimus/demones ne orationes fidelium impediant: ⁊ ne corporibus illudant: fugamus. Sic quecūq̧ ad altare offerūtur: siue in pecunia: siue in alijs esculentis/poculentis ac ceteris vel ad ꝓtestationē fidei: vel cōmunionis tanti sacrificij: vel ad sustentationē ministrorꝫ altaris ⁊ eccl̄ie/plurimū valere aīabus fideliū dinoscūtur. Unde vt allegatum est supra: Judas machabeus pecunias misit hierosolymā offerri ꝓ pctīs defunctorꝫ. Et ita quecūq̧ taliū ad honorē dei fm̄ ritum ecclesie/ꝓ defunctis offerūtur aut agunt: ad oblationē sacrificij reducūtur. ¶ G Propositio secūda: Post sacrificij oblationē multū prodest ꝓ defunctis exorare/ac deuotas p̄ces fundere: maxime eas q̄ fiūt in psona eccl̄ie aut q̄ sunt puilegiate: vt supra dictū est. Similr̄ ⁊ meditationes sancte ꝓ defunctis assumpte: studium theologie: p̄dicationes: sacramentorꝫ participationes/eucharistie/ penitentie ⁊ aliorꝫ. Sicut ⁊ quecūq̧ meritoria opera possunt quātum ad meritū defunctis applicari: pōt em̄ quilibet meritū suū vndecūq̧ acquirat aīabus fideliū īpartiri: vt īfra dicet. ¶ Propositio tertia: Dehinc plurimuꝫ valent elemosyne tam corporales q̄ spūales: ⁊ ille non tm̄ ex dantis deuotione: sed etiā ex pauperū q̄bus impēdūtur: suffragijs ⁊ oratione. ¶ Propositio quarta: Ualent demū ieiunia/discipline/peregrinationes/ et quecūq̧ corporis afflictiua pro defunctis assumpta: q: eo q̄ sunt penalia: sunt pro pena defunctorꝫ satisfactiua. Penamq̧ penā soluit: minuit: ⁊ si sufficit totaliter liberat. Et tantū de illa q̄stione. ¶ H Ad quartā p̄ncipalē. q. Utrū indulgentie ꝓsint defunctis. Non querit hec q̄stio de indulgentijs quas defunct⁹ cōsecutus est dum vixit: de his em̄ dubiū nō est quin plurimū ꝓficiant. Ipse em̄ sunt q̄ tollunt penā pctīs debitam: quorꝫ debito sublato nō remanet in purgatorio pena soluenda. Sed de indulgentijs quas viui defunctis amicis impetrant vel cōsoq̄ mittuntur. Gratia exempli: Papa oībus ꝯtribuentib⁹ tantū ad huius ecclesie fabricā concedit relaxationē trium annorꝫ: vel partē satisfactionis aut totius. est questio: si quis cōtribuit pro patre suo: vtrū pater defunctus participet hmōi indulgentias. De isto sunt opi. apud docto. Beatus Tho. in quarto scripto dis. xlv. q. vj. arti. ij. tenet partē affirmatiuā: tn̄ sub quadā distinctione: quē sequit Aug. de anchona ⁊ Antonin⁹ parte. iij. ti. xxiij. ⁊ plures alij. ¶ Distinguit igit: q: indulgētie possunt fieri sub duplici forma. Uno mō largiūtur illis q̄ certum op⁹ pietatis implent: vt q̄ visitat ecclesiam sancti petri: habebit tales indulgentias. Aliq̄n etiam extendunt pro illis ꝓ quibus fit tale opus: vt si hec sit forma: quicūq̧ hoc op⁹ pietatis facit: ipse vel alius ꝓ quo facit/talem remissionem ꝯsequit. Primo mō indulgētie nō ꝓsunt defunctis: q: nō pnt opera pietatis facere pro q̄bus indulgentie sub tali forma emanantes ꝯcedūtur. Nec viuus tale opus perficiens/pōt fructum indulgentiarū in alios transferre: q: ei⁹ nō est applicare ad aliquid intentionē eccl̄ie per quā cōmunicantur cōmunia suffragia thesauri spūalis: vnde indulgentie vigorē habent. Hec em̄ applicatio ad papā ptinet: ⁊ ecclesie p̄latos/potentes ꝯcedere indulgētias. ¶ Secundo modo ꝓficiunt defunctis/si opus pietatis pro quo date sunt indulgentie: p facientē mortuis applicatur. Illa em̄ applicatio fit fm̄ intentionē concedentis. Non em̄ est aliqua ratio ait Thom. quare ecclesia possit transferre merita cōia q̄bus indulgentie innituntur ad viuos ⁊ nō ad mortuos. Adducit ad hoc rōnem: q: meritū totius ecclesie est efficacius merito vnius psone: sed meritum psonale suffragat defunctis/vt dictū est: g̅ multo fortius ecclesie meritū cui innitūtur indulgentie. Itē indulgentie ꝓsunt existentib⁹ de foro eccl̄ie: sed existentes in purgatorio sunt de foro eccl̄ie: alioquin ecclesie suffragia eis nō ꝓdessent. Itē ꝯsuetudo eccl̄ie dum facit p̄dicare crucem: ꝯcedit q̄ assumens crucē habet indulgentias etiā ꝓ duabus vel tribus: aliq̄n ꝓ decē aīabus tam viuorum q̄ mortuorꝫ: qḋ esset deceptio nisi mortuis ꝓdessent. ¶ Alia est opinio hostien. q̄ indulgentie ex vi indulgentie nō valent defunctis: cū nō sint de foro ecclesie. Nam forꝫ ecclesie ligandi ⁊ soluendi/tm̄ extendit se ad viuentes in terris: dicente dn̄o petro. Quodcūq̧ ligaueris super terram/erit ligatū ⁊ in celis: ⁊ quodcūq̧ solueris super terrā/erit solutū ⁊ in celis. ¶ Et dr̄: notāter ex vi indulgentie: q: opera illa bona ꝓ q̄bus indulgentie conceduntur: possunt valere defunctis: sicut alia opera bona ⁊ meritoria: si eis applicātur: nō tn̄ plus valent propter indulgentias: nec min⁹ q̄ si nulle indulgentie essent concesse. ¶ Et arguūt ad incōueniens: q: sic papa posset liberare quēcunq̧ vellet de purgatorio: imo dando plenarie remissionis indulgentias/posset euacuare totum purgatoriū. Semp etiam inueniret causas rationabiles ita ꝓ defunctis sicut ꝓ viuis: puta beneficiā ⁊ auxilia impendenda necessitatib⁹ ecclesie cultui diuino augmentādo: hospitalibus pauperib⁹: ⁊ sic de alijs que reputātur cause sufficiētes indulgentias largiendi. ¶ Item tūc ecclesia ⁊ papa negligenter agerent: in tā crebris indulgētijs tp̄ibus nostris ꝯcessis: nō extendendo illas ad aīas defunctorꝫ/p cōuenientes clausulas bullis inserendas. De qua tamē tanq̄ de pia matre p̄sumendū nō est/q̄ ita obliuioni traderet filios suos defunctos: maxime cū nō esset certior modus liberandi aīas a purgatorio: q̄ per

Jaco. v.

Math. xvi.

indulgentias plenarias. Sicut em̄ viuus qui consequit̃
indulgentias plenarie remissionis (si moritur sine reci-
diua) euolat: vt dicũt doctores. Ita defunctus tentus in
purgatorio si p eo quis indulgentias plenarie remissio-
nis cõsequeretur: simplr̃ liberaretur. Stulte igitur tanti
sumptus fierent in exequijs: ac labores in sacrificijs/ora
tionibus/elemosynis/ieiunijs: quoꝝ quãtitas effectiuꝫ
incerta est: cum p impetrationẽ indulgentiarũ certe libe
rari possent ⁊ euolare. ¶ Item in oĩ genere suffragioꝝ
apud beatũ Aug. vel Greg. nulla fit mentio de indulgẽ-
tijs. Cui hec opinio hostien. placet: posset respondere ad
rõnes beati Tho. Ad primã que querit rõnẽ quare meri
ta cõmunia ecclesie per indulgẽtias possunt a papa trãs
ferri ad viuos ⁊ nõ ad mortuos. Dicit̃ ꝙ ratio est: q: hec
translatio nõ fit nisi rõne potestatis clauiũ iurisditionis
spũalis. Hec aũt data est tm̄ quoad viuos sup terram: nõ
quoad defunctos qui sunt extra ecclesiã militantẽ ⁊ eius
iurisditionem. Non ergo extendit se vltra restrictionem
qua a dño qui eaꝫ dedit restricta est. ¶ Et per hoc patet
solutio secũdi: licet em̄ meritũ totius ecclesie sit efficaciꝰ
merito vnius ꝑsone: tm̄ meritũ cõmune ecclesie non est
ita in potestate/sicut meritũ persone quãtum ad satisfa-
ctionẽ est in potestate facientis: nam opus satisfactoriuꝫ
personale/est in potestatẽ ꝑsone faciẽtis tanꝙ suũ: ideo
potest illud reseruare sibi vel dare alteri cui maluerit/vi
uo vel defuncto. Sed meritũ cõmune ecclesie/cui innitũ
tur indulgentie: est in ptãte pape ex cõmissione xp̄i quã-
tum ad eius dispensationẽ que limitata est tm̄ ad viuos.
¶ Ad tertiũ dr̄: ꝙ defuncti nõ sunt de foro ecclesie mili-
tantis: nec sequit̃ ꝙ ideo ecclesie suffragia eis nõ ꝓsint:
q: illa suffragia que ꝓsunt sunt personalia merita: licet
aliqua facta sint in persona ecclesie. Illa aũt: vt dictũ est
possunt transferri in viuos ⁊ defunctos: q: personali me
rito põt quis satisfacere pro eo q̃ non est de foro suo: aut
de eodem de quo ipse est. Non aũt iudex vt talis soluere
vel ligare põt eum qui nõ est de suo foro. De hoc qd̃ ad-
ditur de cõsuetudine ecclie in p̄dicatione crucis ⁊c. Dico
ꝙ nõ ꝯstat de hoc modo: nã ⁊ ꝯtra turcos nostris diebꝰ
etiam cõtra bohemos crux predicata est. Similr̃ plenissi
me indulgentie in reductione grecoꝝ tẽpore cõcilij Ba-
silienß. Item in anno iubileo tempore Nicolai pape an-
no ⁊c. M.cccci. Et nullibi apposite sunt conditiones p
quas extenderetur ad purgandos in purgatorio. Esti-
mo autem ꝙ in casu huius dubij esset necessaria determi
natio ecclesie.

¶ Circa hanc indulgentiarũ materiã defunctis applicã
darũ sequit̃ additio necessaria que nũc suo loco hic ad-
iuncta est: q̄ꝙ non ab re collector ⁊ post ipsum impres-
sor in fine huius operis primaria impressione eam anne
xuerint: cuius tenor is est. Z:

CUm in lectiõe quin-
quagesimaseptima tractarem de indulgen
tijs/inquirens verũ indulgentie ꝓsint aia-
bus defunctoꝝ: recitatis opinionibꝰ cõtra
rijs doctoꝝ: in solutionibꝰ rõnũ p opi. tenentiũ partẽ. q.
affirmatiuã/cõtra hostiẽ. q̃ tenet partẽ negatiuã. Respõ
deo ad rõnẽ btĩ Tho. Dixi nõ ꝯstare de hac cõsuetudine
ecclie: dum scꝫ p̄dicat crucẽ ꝙ assumẽs crucẽ p certo nu-
mero aiarũ assequit̃ remissiones plenarias pctõꝝ. Pre-
sertim q: nostris tp̄ibus/ꝯtra bohemos tp̄e martini pa-
pe q̃nti/⁊ ꝯtra turcos tp̄e Pij secũdi p̄dicata sit crux: silr
tp̄e ꝯcilij Basilieñ. p reductõe grecoꝝ. Et anno dñi. M.
cccel. quo fuit iubileus magnꝰ: date sunt indulgentie ple
nissime remissionis: q̃ tm̄ ad aias defunctoꝝ extense non
sunt. Dũ itaqꝫ illa scripsi/nõdum venerat ad manꝰ meas
declaratio dñi Sixti pape/nouissime de medio sublati:
qua declarat indulgẽtias ꝓficere p modũ suffragij etiaꝫ
aiabus in purgatorio existentibꝰ/dũ ad ipsas p summũ
pontificẽ expresse extendũtur. Hinc ⁊ modernus ponti-
fex dñs Innocentius octauus indulgentias hmõi olim
per Pium scdm ⁊ Sixtum p̄fatũ/visitantibus ecclesiam
xantonensem: ⁊ fabrice eius contribuentibus ad aias in
purgatorio redimendas p modũ suffragij extẽsas: etiam
ad ꝯtribuẽtes ad sanctã cruciatã ꝯtra turcos extẽdit. Si
militer calixtus papa tales indulgentias dedit in hispa-
nia ecclie tyrasinensi. Sic ⁊ paschasius q̃ntus dedit in-
dulgentias plenarias p modũ suffragij aiabus in purga
torio: quas vndecim summi pontifices cõfirmauerũt: vt
legit̃ in lr̃a autentica/in introitu capelle ecclie scẽ Pra-
xedis de vrbe: in qua ꝯtinet̃ colũna/ad quã saluator no-
ster in domo pilati ligatus fuerat ⁊ flagellatꝰ. ¶ Et fuit
data indulgentia sub hac forma: Quicũqꝫ celebrauerit:
vel celebrari fecerit q̃nqꝫ missas p aia parẽtis vel amici
existẽtis in purgatorio: dictus Paschasius dat remissio-
nẽ plenariã p modũ suffragij tali aie. Et ibi hr̃ ꝙ dictus
paschasius post mortẽ cuiusdam sui nepoꝭ/dictas q̃nqꝫ
missas p aia nepotis sui in ipsa capella celebrauit: ⁊ post
celebrationẽ q̃nte misse/dum esset adhuc in altari/appa
ruit sibi supra altare in testudine fenestre/q̃ est añ altare
virgo maria visibiliter extrahens nepotis aiam a purga
torio. De autentice scripture legũtur in introitu dicte ca
pelle. ¶ Itẽ summi põtifices dederunt plenarias indul
gentias p aiabus in purgatorio/visitantibꝰ eccliam btĩ
Laurẽtij extra muros vrbis: in hũc modũ: Quicũqꝫ sin-
gulis quattuor ferijs totius anni/dictaꝫ eccliam deuote
visitauerit: p aia pr̃is: aut alterius existentis in purgato
rio: dicti summi põtifices dãt remissioneꝫ plenariã aie p
moduꝫ suffragij: p qua ecclia ipsa mõ p̄dicta est visitata.
¶ Z Et qd̃ frequẽter repetitũ est: p modũ suffragij. nõ
est intelligendũ/quasi modus suffragij tollat efficaciam
indulgẽtiarũ: ita ꝙ opus illud p quo dant̃ indulgentie
factũ p oibus: nõ plus valeat aiabus: q̄ si idem opꝰ vel
suffragiũ factũ esset p eis/nullis indulgentijs adiũctis.
sicut quidã intelligere voluerũt. Sic em̄ frustra daretur
indulgentia p aiabꝰ: nihil em̄ ꝓficeret: nec aliq̃d suffra-
gio impẽso supadderet: ⁊ p hmõi indulgentiarũ ꝯcessio-
nẽ ppls deciperet̃: qd̃ de ecclia ⁊ de sede aplica est nulla-
tenus p̄sumendũ. Sed qd̃ addit̃ p modũ suffragij/exclu
dit modũ iudiciarie ptãtis: q̃ dicit iudicialẽ absolutioneꝫ
⁊ pene debite in aliã penã volũtarie ac deuote assumptã
cõmutationẽ. Et ille modus iudiciarie autoritatis: tm̄ ha
bet locũ in viuis: q̃ iudicialiter absoluũtur: ⁊ q̃bus pena
debita in aliã volũtarie/ab eis ac deuote assumptã com-
mutatur: vt vult Alexan. de ales par. iiij. q. lxxxiij. mẽ. v. ⁊
post eũ scťus Bona. in. iiij. dist. xx. q. v. Viui em̄ dũtaxat
assumũt volũtarie opus illud vt puta peregrinationem:
elemosynã: orationẽ: ꝯtributionẽ ad opus salutare: vel
aliud hmõi p quo dant̃ indulgẽtie. Cũ autẽ hmõi opus
defuncti adimplere non pñt: dum illud fit p eis ab alio:
iã opus alteriꝰ suffragat̃ eis vt possint ꝯseq indulgẽtias
nõ minus q̄ si ipsi p se opus illud iplẽuissent. Et ita idul
gentie ꝓficiũt eis p modũ suffragij. i. ppter aliqd̃ opꝰ ab
alio factũ: ⁊ eis p modũ suffragij applicatũ. Sicut cũ pa
pa dat indulgẽtias oibus ꝯtra infideles pugnãtibꝰ: aut
pugnatorẽ p se mittentibꝰ: tũc indulgẽtias pugnãtes as-
sequũtur p modũ autoritatis iudiciarie: ⁊ mittentes p mo
dũ suffragij: qd̃ maxime verũ est/si esset aliq̃s paup non
habẽs suis expẽsis mittere: ⁊ alius suus amicꝰ p paupe
siue paupis noie mitteret: iã pauperi ꝓficerẽt indulgẽtie
p modũ suffragij: p quãto opꝰ p quo indulgẽtie cõcesse
sunt: sibi p modũ suffragij applicatũ est. ¶ Uerum dicit
scťus Bonauẽ. Si q̃s ꝯtendat vicarium iesu xp̄i hr̃e iudi
ciariã ptãtem sup eos q̃ sunt in purgatorio: nõ est ei mul
tũ resistendũ: dũmodo h̃ dicteт rõ vel autoritas manife-
sta. Sana em̄ fide h̃ tenendũ est/ꝙ dñs suo vicario ple-
nitudinẽ sue ptãtis cõtulit: ⁊ tantã quantã decebat puro
hoi dari ad edificationẽ corpis sui/qd̃ est ecclia. Hec bo-
naue. Cui alludit autoritas Chryso. sup illud Mat. xvi.
Tibi dabo claues regni celoꝝ. quã allegat Alexã. vbi sũ.

Domini mortali celi ꝛ terre et oim q̄ in eis sunt: cōmisit potestatē de⁹: ꝛ ecclīam validiorem celo demōstrauit. Et subdit Alex. Ex hoc patet ꝙ in collatione clauiū maxima fuit summo pontifici collata potestas: Et ꝓbabiliter vel verissime ꝑsumit / ꝙ thesaurus eccłie est i illi⁹ potestate: Et ꝙ illis qui sunt in purgatorio: q꞉ ratione charitatis in qua decesserūt: sunt idonei ad beneficioꝝ ecclesiasticoꝝ susceptionē: pōt illis beneficia cōmunicare: ꝛ sic pōt illis facere indulgentiā ꝛ relaxatiōes. Hec Alex. ¶ Hāc ergo sententiā asserentē indulgētias ꝓficere animab⁹ in purgatorio / p modū suffragij eo mō quo supra i pma opinione recitatū est lectiōis hui⁹ nō iā velut opinionē: sed sententiā certā amplecti deberi existimo: Tū ꝓpter pluralitatē doctoꝝ eā asserentiū scʒ Alexā. de ales / sancti Bona. beati Tho. Egidij / Durādi / Pe. de tharātasia / Ricħ. de me. vil. Tho. de argētina ꝛ alioꝝ plurimoꝝ. Tū maxime ꝛ principaliter ꝓpter determinationē summoꝝ pōtificū prioꝝ ꝛ modernoꝝ. ¶ Et ideo restat respōdere rōnib⁹ ꝛ motiuis ꝓ opposita opi. adductis lec. p̄senti: et ibidē nō solutis. ¶ M Ad primā que arguit ꝙ anime in purgatorio nō sunt de foro eccłie ligādi ꝛ soluēdi. hoc em̄ solū extēdit se ad existētes in terra ꝛc. Rūdetur ꝑm Alexā. ꝙ sup terrā eē dicūtur quātū ad solutionē ꝛ ligationē / quousq꞉ fiat reductio siue ingressus in regnū: vtpote dū aie tpalibus ꝛ terrenis iuuant̄ suffragijs. ¶ Itē aie in purgatorio dicūtur esse sup terrā: q꞉ sunt de ecclesia militante ꝛ nō triūphante. Et sicut hi q̄ sunt in terra: sunt in via ꝛ nō in termino: ita existētes in purgatorio sunt in via et nō in termino. Sūt em̄ in transitu ad patriā quātum ad purgationē qua purgant̄ p penā: p quā velut p viā transeūt ad patriā: licet sint in termino quātū ad ꝯfirmationē: q꞉ amplius peccare nō pñt: nec mereri. Etiā si conceditur ꝙ nō sunt supra terrā simplr̄: sunt tñ sup terrā quātū ad absolutionē a penis: q꞉ h̄ meruerūt existētes in terris a qua discesserūt in charitate: vt scʒ illis indulgētie ꝛ cetera applicari possint eccłie suffragia. Sūt ergo in terris quātū ad suffragia eccłie / ꝛ indulgētias q̄ eis cōicari pñt Et ita sunt de foro eccłie rōne meriti quo meruerūt in terris vt iuuari possint: licet ꝑm statū p̄sentē nō sint de foro eccłie ad aliq̄d de nouo merendū vel demerēdū. ¶ Itē sunt de foro eccłie ꝓpter delictū. Nā q̄libet reus sortitur foꝝ rōne delicti quocūq꞉ se trāsferat: etiā extra locum in quo cōmisit delictū: remanet semꝑ quātum ad delictum sub iurisditione dñi in cui⁹ dñio deliquit: ad quē spectat cū ꝓpter tale delictū punire vel penā remittere. iij. q. vi. c. vlti. scʒ qui crimē. Et lō pōt papa remittere penā existētibus in purgatorio / debitā pctis in terra cōmissis: non tñ pōt simili rōne absoluere existētes in inferno / a penis pctōꝝ in terra cōmissoꝝ: q꞉ illi nō sunt capaces remissionis: q꞉ charitate nudati in pctis sunt obstinati: manente aūt pctō in volūtate / nō pōt tolli pena pctō debita. Vel dicūtur esse sup terrā quātum ad foꝝ mie: etsi nō quoad foꝝ iusticie. ¶ Itē q꞉ virtute clauiū eccłie duʒ existerent super terrā: fuerūt obligati ad sustinendū penā tpalem / hic vel in purgatorio soluēdā: in quā in ꝯfessione fuit eis cōmutata pena eterna. Jō licet nūc nō quoad oia sint de foro eccłie: tñ quātum ad solutionē pene / sunt de foro ecclesie: ꝛ pñt solui de thesauro eccłie. ¶ N Quidā etiā tractātes autoritatē xpi. Quodcūq꞉ solueris super terrā ꝛc. dicūt ꝙ illa additio: sup terrā / pōt determinare ꝓnomen tu inclusum in verbo solueris: ꝛ tunc est sensus: Quodcūq꞉ tu petre existēs sup terrā meus vicari⁹ / solueris erit solutū ꝛ in celis. i. approbabit̄ a me in celis. claue scʒ nō errāte. Alio mō pōt determinare / quodcūq꞉: ꝛ tūc est sensus: Quodcūq꞉ solubile sup terrā existēs / tu petre solueris: illud erit solutū ꝛ in celo. Et vterq꞉ sensus ver⁹ est / etiā referēdo ad aias in purgatorio. De pmo sensu manifestū est: q꞉ petrus existēs in terra p modū suffragij soluit aias in purgatorio. De scđo etiā sensu patet: q꞉ ꝛ papa soluit aias q̄ sunt sup terrā quātū ad meritū ꝛ foꝝ: et tales sunt aie in purgatorio. ¶ Si dicis papa nō hʒ aias ligare existētes in purgatorio: g nec soluere: cum vtraq꞉ autoritas simul cōiunctim est tradita. Rūdet Alex. verū est antecedēs: nisi ex aliqua cā spāli meruit aliq̄s eiectionē a liminib⁹ eccłie: ꝛ ita subtractionē suffragioꝝ. Consequētia tñ nō valet: et est rō: q꞉ aie dū viuerēt in corpore / nō meruerūt vt ligari possent post mortē: meruerūt aūt vt iuuari ꝛ solui possent post mortē: etiā tūc nō est tps ligandi sed soluēdi. Patet ita multiplex expositio autoritatis / Quodcūq꞉ solueris sup terrā ꝛc. ¶ Posset etiā breuissime dici / ꝙ autoritas illa loquit̄ de ligatiōe ꝛ solutiōe p modū iudicialis autoritatis: nō aūt de solutione p modū suffragij: quo mō soluit papa aias in purgatorio: ꝛ illo modo pōt aliq̄s soluere bona / cōicando ei q̄ nō est de sua iurisditiōe. ¶ Ad scđm qđ inducit incōueniēs / ꝙ papa posset quēcunq꞉ liberare de purgatorio: ꝛ etiā posset euacuare purgatoriū qñ vellet: Dicit̄ ꝙ sicut dicūt sctūs Tho. ꝛ Bonauē. ꝙ indulgētia vt valeat requirit̄ cā rōnabilis. Et dispensatio bonoꝝ eccłie cuʒ moderamine et discretione faciēda est: Alioq̄n nisi discrete fiat: deus nō acceptabit: q꞉ ipse pater misericordiarū sic miseretur: vt semꝑ velit tueri suā iusticiā. Preterea indulgētie nō dātur nisi ꝓpter aliqđ opus piū ꝛ vtile eccłie: qđ necesse est fieri p viuos ꝓ defunctis vt extēdat se ad defunctos: vix aūt vel nunq̄ a viuis tot pietatis opa fierent: vt p ea oēs aie in purgatorio existētes a penis euolarēt. Si tñ ita fieret p viuos: nihil incōueniēs est p indulgētias euacuari purgatoriū: sicut ꝛ p cetera suffragia eccłie in tantū multiplicata / ꝙ sufficerēt ꝓ redēptione aiarū oim in purgatorio penas soluētiū / purgatoriū posset euacuari. Nō g̃ quascūq꞉ vult papa de purgatorio liberat: sed eas ꝓ quibus fit opus piū: ꝓ quo indulgētie ꝯcedūtur. Et si semꝑ inuenit cās rōnabiles dandi indulgētias: pōt semꝑ eas dare: nec tñ sic euacuat̄ purgatoriū: q꞉ nō semꝑ ꝓmi: sed desides sunt viui ad agendū pia opa ꝓ defunctis. Et vtinā tant⁹ esset in viuis feruor charitatis: vt suis suffragijs aie oēs de purgatorio tollerent̄. ¶ O Ad tertiū qđ inducit negligentiā eccłie ꝛ pōtificis ꝓ eo ꝙ nō extendūt indulgētias q̄ cōiter dant̄: ad aias defunctoꝝ. Cui addatur q̄rta rō: q̄ arguit ꝙ in gñe suffragioꝝ / apud btm̄ Augu. ꝛ Greg. nō fit mētio de indulgētijs: Rūdet̄ ꝙ: vt dictū est: cū discretiōe multa thesaur⁹ eccłie dispensandus est ad eccłie vtilitatē. Vñ maiorib⁹ eccłie necessitatib⁹ maiores indulgētie reseruant̄. Ita quoq꞉ defunctis suffragia impēdenda sunt: vt p hec viuis occasio nō detur desidie: ꝛ abijciēdi onera satisfactionis ꝓprie. Hoies em̄ tardi ad opa satisfactiōis / si passim darent̄ indulgētie plenarie ꝓ aiabus: cū p eos liberarent̄ a penis: omitterēt opa satisfactiōis: qđ foret magnū malū viuētib⁹: cū p hoc p̄uarent̄ p̄mio essentiali eterno correspōdente opibus satisfactorijs: qđ est maius malū q̄ pati penā quācūq꞉ tpalē. ¶ Et qđ addit̄ de Aug. ꝛ Greg. dicendū / ꝙ ante tpa bti Greg. modicus vel nullus fuit vsus indulgentiarū. Nūc aūt crebrescit earū vsus: ꝙ sine dubio / eccłia habēs spm̄ spōsi sui xp̄i: ꝛ iō nō errās: singula ꝓut expedit tpib⁹ suis distribuit / mota ꝛ illuminata a spū dei: q̄ nouit tpa q̄ pater in sua posuit ptāte: quoꝝ mysteria indagare nō sufficimus: dicēte filio. Non est vestrū nosse tpa ꝛ momēta q̄ pr̄ posuit i sua ptāte. Act. j. ¶ Possum⁹ tñ cōijcere aliq̄s causas / cur magis mō q̄ olim vsus indulgētiarū crebrescit: qm̄ in eccłia pmitiua calescēte adhuc recenter effuso xp̄i sanguie / hoies feruidi sanctissime vixerūt. Et si q̄nq꞉ humana ex fragilitate ceciderūt: magnā egerūt pniam: vt pʒ in sctis martyrib⁹. Et in lib. vitaspatrū ac legēdis sctoꝝ: idcirco indulgētijs nō egebāt. ¶ Itē vt timor trāsgressionis mādatoꝝ dei induceret̄ in conuersos fideles: graues pnie iniūgebant̄ ꝛ pene: sicut patet de saphyra ꝛ anania marito ei⁹: q̄ ꝓpter mēdaciū stati subitanea morte correpti sunt: vt hr̄ Act. v. vñ magnus timor cecidit in ecclesiā. ¶ Fuerūt ꝛ hoies ꝓmi ad suscipiendū ꝛ agēdū

Mat. et Luc. iij.

cōdignos pnīe fructus: ſm̄ exhortationē Johā. baptiſte
Jdeo tunc non fuit neceſſarius/nec cōueniēs indulgen-
tiarū vſus. Nūc vō tepeſcēte charitate in his vltimis tem
poꝛib⁹: nec ſatiſfactiões condigne iniūgunt: nec modice
iniūcte ꝑficiunt: idō valde neceſſarius eſt copioſus indul
gentiarū vſus: vt qd̄ ꝑ accidiam deficit: ꝑ alioꝝ ſuffragia
ſuppleat. Sic cū viuētes tepidi ſunt ad iuuandū aīas ꝑ
ſatiſfactionis opa cōdigna: decēs eſt ⁊ nūc indulgentias
ad eas extendere: vt nō careāt beneficio auxilioꝝ. Vn̄ de
hoc arguit Alex. de ales ad ꝓpoſitū/dicēs: Pater miſe-
ricoꝛdie oībus ꝓuidit ſm̄ oꝛdinatiſſimā diſpoſitionē: et
miſericoꝛdiſſimā ſuā pietatē: ſed recta oꝛdinatio charita-
tis q̄ exigit vt vnus ab alio poſſit adiuuari: hoc maxime
exigit circa eos q̄ ſe iuuare nō poſſunt. Si ḡ hoībus in h̄
ſeculo cū indigent auxilio: ꝓuidit deus de auxilio per in
dulgentiā ecclīe ꝯferendā: cū illi de purgatoꝛio idigeāt
auxilio: ⁊ ſe iuuare nō pn̄t: videt̄ ꝙ de indulgentia eis cō
ferenda maxime ꝓuidere debuit. Adde/maxime eo tpe
quo alia auxilia negligentiis impēdunt̄. Non ḡ pia ma-
ter ecclīa negligēs fuit circa filios ſuos defunctos non
ſemꝑ/nec frequēter indulgētias hmōi impēdendo: ſꝫ oꝛ-
dinate eas diſtribuit vt vtriſqꝫ cōuenit/viuētib⁹ ⁊ defun
ctis: ꝓut tēpus ⁊ cōditio exigit: ⁊ ꝓut regit̄ directōe ſpūs
ſancti. ¶ P Ad quartū qd̄ arguit ꝙ inutiliter ſumpt⁹
fierēt in exequijs anniuerſarijs ⁊c. Dicendū ꝙ neqꝫ ſtul
te neqꝫ fruſtra fiunt ſuffragia defunctoꝝ in ſacrificijs/in
oꝛonibus/abſtinētijs ac elemoſynis: licet aīe pro q̄bus
hec fiūt: indulgentias plenarias ꝯſequerent̄. Jn cui⁹ rei
ſignū etiā ꝓ baptizatis in infantia defunctis/nō inutili-
ter exequie ꝑ ſacrificij oblatiōes ⁊ cetera fiūt. vn̄ Alexā.
de ales parte. iiij. q. xlij. arti. vlti. ait: Ecclīa inſtituit ſacri-
ficiū altaris offerri debere ꝓ paruulis decedētib⁹ in ino
centia baptiſmali: de q̄bus ꝯſtat ꝙ ſtatim euolant: cuius
multe ſunt rōes/ſcꝫ ꝯfoꝛmitatis eccleſiaſtice: ꝯſeruatio
deuotiōis fideliū ⁊ maxime parentū excitatio: bn̄ficij re
dēptionis recoꝛdatio: cōnexiōis paruuloꝝ cū cōmēbꝛis
coꝛpoꝛis xp̄i myſtici ſignificatio: aīarū purgandarū ſar-
cine ſubleuatio: debite laudis diuine expſſio. Vt eīm cō-
foꝛmitas ecclīe in exequijs moꝛtuoꝝ ꝯſeruet̄: vt deuotio
fideliū ⁊ maxime parentū excitetur: vt bn̄ficiū redēptio
nis qd̄ maxime locū habet in paruulis merito paſſionis
ſaluandis rememoꝛet̄: vt ꝯnexio paruuloꝝ cū cōmēbꝛis
coꝛpoꝛis xp̄i myſtici ſignificet̄: ex hoc paruuloꝝ exequie
ſicut ceteroꝝ mēbꝛoꝝ celebrant̄: vt purgandarū aīarum
ſarcina ſubleuet̄: ⁊ vt debitū diuine laudis expꝛimat̄: q̄
ſcꝫ ſaluatoꝛi exhibenda eſt/ex hoc ꝙ ſine paruuloꝝ meri
tis gratie ſue ſinceritate ſaluātur: cōuenit: vt ꝓ illis miſ-
ſarū ſolēnia celebꝛent̄: ⁊ ſalutaris hoſtia offerat̄. Ex hoc
eīm ꝙ pena aīarū purgandarū illoꝝ grā mitigat̄: ⁊ laus
deo exoluit̄: ⁊ deuotio fideliū ad eoꝛūdē meritū excitat̄:
accreſcit paruulis materia gaudioꝝ. hec alexāder. ¶ Si
ḡ hec ꝓ paruulis nullis actualiū pctōꝝ maculis fedatis
agenda ſunt: de quoꝝ btītudine nullū relinquit̄ dubiū:
quāto magis omittēda nō ſunt ꝓ adultis ꝓ q̄b⁹ indulgē
tie plenarie ꝓcurant̄: vbi adhuc de earū liberatōe a pur
gatoꝛio aliquale dubiū eſſe poſſet: nō q̄n ſi indulgentias
participēt plenariā: euolēt. Sed dubiū eſſe poſſet an cā
indulgentiarū fit ea quā deus appꝛobat: an ꝯferentis in
tentio ſana fit ⁊ integra: ⁊ non ſubdola ex ſimonie vitio
vel auaricie ꝓcedens: q̄ licet nō ſint facile p̄ſumēda: non
tn̄ ſunt vndequaqꝫ certa: nā claue errāte/ptās clauiū de
bita caret efficacia. ¶ Q Deniqꝫ etſi certū foret defun
cti aīam indulgētie effect⁹ ꝯſecutā eē: nō ideo ex p̄miſſis
cauſis ⁊ rōnib⁹ omittēda ſunt ſuffragia: ſicut nec ꝓ par-
uulis quoꝝ certa eſt ſaluatio: qꝛ magis hic q̄ ibi dicte mi
litāt rōnes. Nā ꝑ hec ſuffragia magis q̄ ꝑ indulgētias ꝓ
curatas/laus ⁊ honoꝛ reddit̄ deo: fruct⁹ amplioꝛ accre-
ſcit ſubueniēti amico: ⁊ auget̄ cumulati⁹ gloꝛia accidēta
lis liberādo. Manifeſtū eſt eīm ꝑ miſſe ſacrificiū: ꝑ oꝛo-
nes deuotas: ꝑ multiplicatas elemoſynas: ⁊ crebꝛa ieiu-
nia/magis deū gloꝛificari: cui⁹ ptātem/miſericoꝛdiā/iu-
ſticiā/benignitatē in his operib⁹ ex charitate dei gl̄iam
p̄mo ⁊ p̄ncipaliter/⁊ ſecūdario ad aīe liberationē exhibi-
tis p̄ſtamur/q̄ ꝑ vnū ſolū opus ꝯtributiōis ad ſanctā
cruciatā: vel ecclīe particularis edificationē: vel paupe-
rū in hoſpitali aliquo collectoꝝ ſuſtentationē. Sic etiā
qꝛ illa ſuffragia defunctis impēſa ꝑ modū ſatiſfactionis
magis ꝓficiūt facientib⁹ viuis/q̄ indulgētie defuncti ac
quiſite/nō ſunt aliquaten⁹ omittenda. Quō autē ſuffra-
gia defunctoꝝ facientibus ea/ꝓficiāt: dicet̄ lec. lviij. ⁊ in
allegatis ibidē. ¶ R Magis deniqꝫ ꝓficit aīabus li-
beratio ꝑ ſuffragia ſatiſfactoꝛia charoꝝ/q̄ ꝑ ſolas indul
gentias ꝯceſſas ex ptāte clauiū: nā ꝑ iſtas tantū tollitur
pena: ſed ꝑ ſatiſfactoꝛia charoꝝ opa/⁊ pena aīarū tollit̄
⁊ gaudiū eis accidētale perpetuū cumulat̄. Gaudēt eīm
plurimū de ꝓfectu amicoꝝ ſuffragia impendentiū: gau-
dent amplius de honoꝛe deo ꝑ hmōi ſuffragia exhibito:
gaudent de auxilio ceteris aīabus ꝑ hmōi ſuffragia im-
penſo. Siquidē indulgētie alicui aīe acq̄ſite/ei tm̄ ⁊ non
alijs ꝓficiūt ad pene mitigationē aut totalē liberationē.
Nunq̄ aūt ſuffragia fiūt ꝓ vna ſola aīa: licet p̄ncipaliter
fiant ꝓ vna. Semꝑ eīm in diuinis officijs oꝛonibus ⁊ ce
teris ſuffragijs/nō ꝓ vna ſola fit ſacrificiū oꝛo vl' ſuffra-
giū: ſed etiā memoꝛia fit oīm defunctoꝝ in charitate de-
cedentiū. Siquidē ab oībus oꝛando additur. Et aīe oīm
fideliū defunctoꝝ requieſcant in pace. Vn̄ magis ꝓficit
aīabus liberari ꝑ opa ſatiſfactōis/q̄ ꝑ indulgētias: licet
ꝑ illa tardius: ꝑ iſtas citius liberent̄: q̄m ſatius videt̄ ad
tēpus penā pati/q̄ gaudio etiā accidētali ꝑpetuo p̄uari
Quia tm̄ raro a viuis opa ſatiſfactoꝛia impēdunt̄/q̄ ſuf-
ficiant ad aīe liberationē: ideo ꝯſultū eſt vt indulgentie
dum ꝓ aīabus ꝯferūtur nullaten⁹ negligant̄. Nec ꝓpter
indulgētias acq̄ſitas cetera omittātur: q̄m etſi aīabus ꝑ
indulgentiā liberatis nō ꝓficit ſatiſfactionis ſuffragiuꝫ
ad pene ſubiationē: ꝓficit tm̄ eis ad gloꝛie augmentū. ꝓ-
ficit alijs aīabus ꝓpinquoꝝ: vl' generaliter oībus ad pe
ne mitigationē: ꝓficit facienti ad meritū gratie/⁊ gloꝛie
augmentū: deo ad honoꝛē: ⁊ cetera. Per hec etiā deduci
pōt inſufficientia ſolutionū rationū adductarū pꝛo hac
opinione: immo ꝓ declarata veritate. Et tantum de illo.
¶ S De q̄nta queſtione p̄ncipali/ſcꝫ ad q̄d ſuffragia
valeant defunctis: iā ex p̄miſſis patet reſpōſio. Jdō bꝛeuli-
ter reſpondet̄ ꝑ quattuoꝛ ꝓpoſitiōes. Pꝛima. Suffragia
viuoꝝ nō valent defunctis ad ſtat⁹ mutationē. ſtatus di
co dānationis vel btītudinis. Pꝛobat̄: qꝛ ꝑ nulla ſuffra-
gia ecclīe ipetrari pōt vt aliq̄s defunct⁹ de ſtatu dānatio
nis mutet̄ ad ſtatū ſalutis: ſtāte imutabiliter hac ſenten
tia Eccl'e. xi. Lignū vbi ceciderit ſiue ad auſtrū: ſiue ad
aquilonē: ibi erit. glo. Locum quē hic tibi pꝛeparaueris:
in futuro habebis. Rōnē aſſignat btūs Tho. q. iiij. diſt.
xlv. quarti ſcripti arti. j. qꝛ ſoꝛs glīe reddit̄ ſm̄ menſurā ac-
cipientis: h̄ eſt diſpoſitiōis dignitatis ei⁹ ad p̄miū. Vnuſ-
quiſqꝫ aūt ex ſuo actu diſponit̄: nō ex actu alterius: actu
inquā volūtario. Nihil autē voluntariū eſſe pōt: niſi ſua
ꝓpꝛia voluntate. Et ad hoc facit illud Diony. eccle. hie-
rarchie. Qui pie inq̄t/vixerūt lucidiſſima diuinaqꝫ vita/
ꝓ merito ab equiſſimis lancibus reddit̄: ꝓ merito haud
dubiū ſuo/nō alioꝝ ¶ Secūda ꝓpoſitio: Per viuoꝛum
ſuffragia defunctis nō cōparant̄ merita noua. Patet: qꝛ
ſi nouū eis meritū acquireret̄: acq̄reret̄ nouus gradus
btītudinis: ⁊ mutaret̄ ſtatus p̄mij eſſentialis: cui⁹ oppo
ſitū dicit p̄ma ꝓpoſitio. Patet etiā ex allegatis autoꝛita
tibus in p̄ma q̄ſtione: ex q̄bus ſufficienter deductū eſt/
ꝙ btītudo vnicuiqꝫ reddit̄ ſm̄ ꝓpꝛia merita. ¶ Tertia ꝓ
poſitio: Suffragia viuoꝝ valēt defunctis ad btītudinis
accelerationē. Pꝛobat̄: qꝛ ſuffragia ſm̄ p̄miſſa valent ad
remiſſionē pene ſatiſfactoꝛie in purgatoꝛio in toto vel in
parte: quā tenent̄ in grā decedētes pati/in ſupplemētuꝫ
ſatiſfactionis cōdigne hic neglecte. Cuius pene debito
manēte nullus beatificari pōt: quia nec cū debito petīē

simul soluende in beatitudine. Hoc em̄ est impossibile: q: omnis pena repugnat beatitudini. Nec posteri⁹ soluē de: q: nihil est post beatitudinē: cū ipsa sit eterna sine cessatione: et ꝑ cōsequēs etiā omne debitū pene repugnat beatitudini. Remisso itaq̧ huiusmodi debito sublatū est impedimentū beatitudinis: quo sublato acceleraṫ beatitudo. Sentētia est Scoti in quarto scrip. dist. xxi. ¶ Quarta ꝓpositio: Suffragia a viuis defunctis impēsa/ augent in eisdē beatitudinē accidentalē. Patet illa ꝓpositio: q: cū anime ī purgatorio sunt beatificāde: et in beatitudine nō solū gaudebunt de ꝑfectionib⁹ diuinis (qḋ ꝑtinet ad beatitudinē essentialē) sed etiā de bonis ꝓpriis et omniū electoꝝ. Et q: suffragiū est quoddā bonū etiā in faciētib⁹ remunerandū: gaudebunt de hoc bono proximi sicut de omnib⁹ bonis ꝓximoꝝ. Hoc aūt gaudiū: q: est de bono creato/ et de bono creature/ ꝑtinet ad beatitudinē accidētalē. Sic et de liberatiōe vni⁹ aīe a penis purgatorij/ oēs alie anime in purgatorio gaudēt: et cōsolationē quandā accipiunt. ¶ Z Et ſm hūc modū suffragiū vni aīe specialiter impēsum/ valet omnib⁹. Tho. q. vij. dist. xlv. Valor em̄ suffragioꝝ vno mō valet ex radice charitatis que facit oīa cōmunia: et sic attendiṫ magis ſm quandā interiorem cōsolationē: ſm q̄ in charitate existēs gaudet ac cōdelectaṫ de bonis alteri⁹/ q̄ ſm pene diminutionē. Et sic magis valet ei qui habet maiorē charitatē: licet pro eo specialiter nō fiat. Nā q̄ magis diligit ꝓximū: magis gaudet ac delectaṫ de bono ꝓximi: quis per hoc pene nō minuanṫ: nisi quantū illud gaudiū de alteri⁹ bono/ puta liberationis/ aut merito suffragiū impendētis/ sensū pene quasi suspendēdo vel patientē ꝯfortādo minuit: quia ſm phm. vij. Ethi. Delectatio de quocūq̧ minuit tristiciā inexistentē. Et ſm hūc intellectū vadit opinio ꝑpositini supra lec. xxvij. recitata/ scꝫ q̄ suffragia ꝓ vno facta non magis ei ꝓficiāt ꝓ quo fiūt/ q̄ illi q̄ sunt magis digni: sicut cādela aliqua q̄ accendiṫ ꝓ aliquo diuite: magis prodest illis secū existētib⁹ q̄ hn̄t oculos clariores: et lectio q̄ ꝓ vno legiṫ/ nō min⁹ ꝓdest alijs q̄ simul audiūt: imo eis ampli⁹ q̄ sensu magis sunt capaces. Secus aūt de valore ex hoc q̄ ꝑ intentionē faciētis alteri applicaṫ: sic em̄: vt dictū est: hꝫ rōnē satisfactiōis trāsfare in alterū. Satisfactio aūt ꝓprie ad pene remissionē ordinaṫ: quātū aūt ad dimissionē pene/ pcipue ei valet ꝓ quo fit: et quātū ad hoc nō assimilaṫ suffragiū lumini vł lectioni. Nā lumē postq̄ accēsum fuerit: naturalr̄ agit illuminādo: nō ſm intētionē et volūtatē ponētis seu accēdentis. Debiti em̄ solutio liberare solet ſm intentionē soluētis: ꝓ q̄ em̄ debitū soluēs intentionē suā dirigit et ordinat: is et nō alius/ a debito liberaṫ. Quātū aūt ad ꝯsolationē et gaudiū qḋ infert ceteris de bono ꝓximi dilecti: sic nō agit ſm intentionē faciētis suffragiū: sed q̄si naturalr̄ ſm dispositionē alioꝝ in charitate. Quare velit nolit impēdens suffragiū pro vno: ceteri q̄ hūc/ aut īpendentē diligūt: magis de suffragio gaudēt. Et quātū ad hoc nō incōuenientē assimilaṫ lectioni et lumini. Et de hac materia lati⁹ vide in lectiōe iā allegata: vbi etiā lati⁹ tractaṫ: vtrū suffragiū si pluribus īpendiṫ/ tantū valet cuilibet pluriū: quātū ad pene solutionē: quātū valeret/ si vni soli impēdereṫ. Itē quō se habeant obligati ad suffragia plurib⁹: vtrum vno suffragij actu (exēpli cā) vna missa celebrata satisfaciāt oīb⁹. Silr̄ et de applicatiōe suffragioꝝ/ ꝑsertim fruct⁹ misse: quēadmodū fieri possit et debeat a sacerdote: et multa alia ad hoc ꝑtinētia/ supra cū de memoria viuoꝝ ageret: lati⁹ tractata sunt: et iō hic dimissa. ¶ & Restat sexta q̄stio. s. mota: scꝫ quoꝝ suffragia ꝓsint: an tm̄ existētiū in gr̄a: an etiā pctōꝝ. ¶ Ad hāc q̄stionē quātū ad ea suffragia q̄ꝝ virt⁹ ꝯsurgit ex ope opato: iam respōsum est statim. s. Similr̄ quātū ad opus operās dū faciēs agit vt minister in ꝑsona alterius. Ideo breuius dī post sctm̄ Tho. dist. xlv. q. iiij. arti. iij. et Ricħ. eadē dist. q̄ opus suffragij fieri potest ab aliquo dupl'r. Vel vt a causa ꝑncipali non mota: sed mouente mandante aut ordinante opus fieri. Alio modo tanq̄ a causa instrumentali: puta dum faciens opus agit vt mot⁹ ab alio: vt qui facit ad alterius mandatum vel ordinationē. Sequiṫ autē opus conditionē agentis ꝑncipalis magis q̄ instrumētalis. Unde si autor operis ꝑncipalis/ siue per se faciat: siue ꝑ alium mādet fieri: nō fuerit in charitate/ dum mādat vel ordinat: siue fiat executio operis ꝑ bonū vel malū ministrū: nō ꝓdest defuncto nisi forte ꝑ accidēs: vt si pauperes elemosynā recipientes excitātur per hoc ad orandū ꝓ defuncto. Sed iste est effectus operis operati: de quo nūc loq̄mur. ¶ Et dico notanter dum mandat: q: licet autor ꝑncipalis postq̄ mandauit ante operis executionē iustificetur: q: tamen opus sequiṫ conditionē autoris: duꝫ autor fuerit operis idest dum ordinauit opus fieri: nō prodest defuncto. Similiter et ecōuerso: si dū ordinat opus fieri/ fuerit in gratia: licet post incidat in mortale priusq̄ opus fiat: nihilominus valet opus defuncto: q: habet vigorem suū ex prima eius ordinatione. Si ṽo faciens opus facit ipsum vt instrumentū motū ab alio: quia opus fit in ꝑsona principaliter mouētis ex cui⁹ ꝑsona fit. vnde si fit ex ꝑsona ecclesie: que nunq̄ caret gratia: semꝑ valet. Si ṽo ex persona ꝑuati hoīs ordināris: sequitur illius cōditionē. si fuerit in gratia/ tunc cū ordinauit: valet suffragiū: nō autem valet si tunc fuerit in mortali: licet recuperet postea gratiā ante executionē operis: nisi de nouo mādaret aut de nouo acceptaret. Verū eligibilius est executionem operis fieri per bonū ministrum q̄ per malum: q: si ꝑ bonū opus ordinatur: et ꝑ bonū fiat executio: tūc cū ꝑncipali concurrit etiam deuotio ꝑsonalis ministri: quā minister vt ꝑncipaliter agens sue deuotionis potest transferre in defunctum. ¶ X Ex illo sequiṫ/ q̄ cautius est ordinare suffragia pro defunctis per officia ecclesie/ vt ꝑ missas et exequias funerales. Illa etem̄ semꝑ valent defuncto si capax fuerit/ nō obstante indispositione ordinātis particularis seu ministri exequētis. Nā ista suffragia fiūt ex ꝑsona ecclīe vt principaliter agentis: et vices suas ministris cōcedentis vt ex ecclīe ꝑsona suffragia sua applicent cui voluerint: vt. s. patuit lec. xxvi. ¶ Scđo seq̄tur q̄ cautum valde et vtile foret: vt volens ordinare elemosynas vel alia suffragia ꝓ defuncti/ siue alijs: siue ꝓ seipso post mortē exequenda: se ꝑus per penitentie sacrm̄ purgaret ac se deo recōciliaret: quaten⁹ ea in gratia existēs ordinaret: q: tunc in virtute illius ordinatiōis in gr̄a ordinatoris facte/ valerēt futura suffragia: etiā si pctōres exequerentur. ¶ Hec aūt rn̄sio fundatur in alia sancti Thom. qui tenet q̄ satisfactio iniūcta/ facta in mortali/ nō tollit penam pctō dimisso debitam: quā tenet in. iiij. scrip. dist. xv. q. iij. arti. ij. ¶ Uerum tenētes oppositam opinionē doc. subtilis in quarto dist. j. q. j. scꝫ q̄ in peccato mortali potest quis satisfacere ꝓ pctō prius dimisso: ita q̄ satisfactio illa tollat penam: licet nō sit placans nec recōcilians: ita q̄ si quis pro mortali sic post priorem pniām cōmisso dānaretur: pro peccatis ꝑus dimissis quoad culpā et impleta satisfactione iniūcta: si fuerat condigna in mortali non punietur in inferno. Et supposito q̄ alter pro altero potest satisfacere quod omnes tenēt: videtur posse dici q̄ suffragia pro defunctis facta ab existente in mortali tanq̄ a principali causa: pro quanto sunt opera satisfactoria: etiam valent existentibus in purgatorio ad pene solutionē. Si nāq̧ is qui facit/ posset pro suis peccatis satisfacere q̄uis sit extra gratiā: quāto magis ꝓ alio existente in gratia: quales sunt vincti in purgatorio. Et ista opinio est magis pia: licet prior sit securior et minus dubia. Satis em̄ certū est q̄ suffragia q̄ impenduṫ ab eo q̄ est in gratia tanq̄ a ꝑncipali agente/ valēt. de alijs nō ita certum. ¶ Y Et q: incidit materia de ordinatione suffragioꝝ: videndū est vtrum ordinans aliquid in testamento ꝓ se fieri: vt celebrare missas: dare elemosynam: augeri cultum diuinum; idq̧ per testamentarios negli-

gatur: aut etiā ordinatū per ministros ecclesie aut here-
des omittatur: defunctus nihilominus fructū absolutio
nis a pena cōsequatur. Sed hec determinatio questiōis
sequenti lec. reseruetur. ¶ Lectio. lviij. A

Uperest soluere que-
stionem in calce statim lectiōis ꝑcedētis mo-
tam. Pro cuiꝰ solutione rememorandū est qđ
supra in ꝑncipio ꝑcedentis lectiōis latius habitū est: ꝙ
suffragia ex duobꝰ valēt: scꝫ ex ope operātis tam ꝑ ncipa-
lis ꝙ instrumētalis exequētis. Scđo ex ope oꝑato nō so
lū ex institutiōe christi vel ecclie: vt pꝫ in sacris ⁊ orōni-
bus ⁊ actibꝰ priuilegiatis. Sed etiā qñq ex effectu cōse-
quēte ipm opus operatū: vt ex orōne pauperū ꝓ defun-
ctis elemosynas recipiētiū. Quo in memoriā reuocato/
simul ⁊ ad qđ valēt mortuoꝝ suffragia: Rñdetur per ali
quas ꝓpositiōes. ¶ Prima: Ordinās in testamēto ali-
qd ꝓ se aut suis: aut quibuscūq fidelibus post mortē: si
tūc cū ordinat fuerit in charitate: efficaciā suffragij ꝑ euꝫ
ordinati/correspōdentē operi operāti ꝑncipalis agētis
quatenus est meritoriū p̄mij essentialis/qđ est augmē
tū grē ⁊ glorie: plene cōsequet: siue fiat opus ordinatū:
siue nō. Ipsa ꝓpositio est beati Tho. in q̄rto scripto dis.
xlv. q. v. arti. ij. in solutiōe vltimi argumenti. Et ꝓbat: q2
talis effectꝰ correspōdet bono motui aīe quem elicuit ex
charitate: ordinādo hmōi suffragiū in fine debitū ⁊ vlti-
mū qui deꝰ est. Hoc est ordinās hmōi suffragiū ꝓ se ⁊ su-
is: vt citius deo iungat: eorūq cōsortio: de quibꝰ psalmi
sta dicit ps. lxxxiij. Beati q habitāt in domo tua dñe: in se
cula seculoꝝ laudabūt te. Sicq ꝑ eū cū ceteris deus col
laudet: ac sua volūtas in sanctoꝝ ꝑdestinatione implea
tur: ⁊ ita finaliter ꝓpter deū. Iste aūt actus boni motus
ordinātis iā perfectꝰ est: nec depēdet a suffragio post fu-
turo quantū ad merita: ergo siue fiat suffragiū/siue nō:
nō fraudabit premio sibi debito: imo quantū ad augmē
tū gratie/statim cōsequit premiū: ⁊ quantū ad gloriam/
stat similiter ipsum consequi prius ꝙ suffragia fiant.
¶ B Scđa ꝓpositio. Ordinās in testamēto vel alr
suffragiū post mortē agēda: si illa nō fiāt: frustrat suffra-
gioꝝ efficacia correspōdente operi operāti agētis princi
palis quantū ad premiū aliqđ accidētale qđ est pene al-
leuiatio: ⁊ detētionis in purgatorio abbreuiatio. Hec est
Rich. in. iiij. dist. xlv. q. v. principali arti. iiij. Et patet: q2
quantū ad hūc effectū meritū est cōditionale si fiat: ideo
nō existēte cōditione/nō existit meritū. Ubi aduertendū
ꝙ ordinās aliqđ fieri in charitate/sic ordinando dupli-
ter meret: scꝫ premiū essentiale qđ est augmētū gratie in
presenti: ⁊ glie in futuro. de quo ꝑcedēs ꝓpositio. Scđo
meret premiū accidentale multiplex: quoꝝ est vnū/ꝙ si
fiat ordiatū ꝑ ipm: ꝓdest sibi ad pene purgatorij alleuia
tionē: ⁊ isto pmio frustrat/si ordinatū ꝑ ipsuꝫ nō fiat: q2
vt patet ex dictis/generaliter suffragia post morteꝫ illis
ꝓsunt dūtaxat: qui dū vixerūt meruerūt vt eis post mor
te ꝓdessent: nec tñ ꝓsunt si nō fiāt: ita in casu nostro spe-
ciali: alioqn nō plus ꝓdessent facta ꝙ nō facta. ¶ Et no
tanter dictū est: si tūc cū ordinat fuerit in charitate: q2 si
ordinās nō fuit in charitate dū ordinauit: nihil meret ꝑ
suā ordinationē. etiā si ordinata fiāt quātū est ex operan
te: siue postea recuperet charitatē siue nō: nisi ꝑ nouū actū
recuperata charitate ordinationē illā innouēt eā ratihabē
do: q2 tūc ex illo actu nouo in grā elicito sortit efficaciā:
siue nō recuperet ⁊ dānet. Nec eñ tūc ꝓficiet quoad penā
ꝓ venialibꝰ ⁊ mortalibꝰ hic dimissis in inferno tēporali-
ter soluēdā: vt patet ex ꝑmissis. ¶ Tertia ꝓpositio: Or-
dinās in testamēto suffragiū post mortē ipendendū/nul
lū penisꝰ effectū cōsequit ex opere oꝑato/si suffragiū ne
gligat. Patet manifeste: q2 neglecto suffragio nulluꝫ est
opus operatū. Ex nihilo aūt nihil fit: ⁊ qđ nō est futurū
nihil vtiq causabit. ¶ Quarta ꝓpositio: Ordinās in te
stamēto suffragiū/si negligit: effectu eiꝰ frustrat: quē cō
sequeret ex opere operato: quantū ad orōnes ministro-
rū ecclie tā earū q̄s facturi erāt ex ꝑsona ecclie ꝙ ex ꝑso-
na sua ⁊ ꝑsonali deuotiōe: silr ⁊ pauperū q recepturi
erāt legatū. Patet vt. s. Nam nō impleto suffragio nihil
operat. Preterea dū ministri ⁊ pauꝑes nō recipiūt lega
tū: non tenent ad suffragiū spūale impositū legato: nec
grati esse possunt de bñficio q beneficiū nō receperunt.
lio est: nō amare dilectione naturali. de quo ⁊ philosophus
late tractat. viii. Ethicorū. ¶ De patre spūali idipm̄ fides
astruit: docens grām potiorē esse q̄ naturā. Hinc cū filii spi-
rituales essem⁹ dei sm̄ regenerationē p christi mortē: voca-
uit nos in hereditatē eternā: vbi nobis preparauit bona que
nec oculus vidit: nec auris audiuit: ⁊ q̄ in cor hois minime
ascenderūt. Et q̄s est qui nesciat hec maxime dilectionis ⁊
pietatis esse indicia: q̄ in noie patris designantur. Relucet
igit in primo dn̄ice orationis verbulo qd̄ est pr̄: dilectionis
charitatisqȝ magnitudo. ¶ M Sed est hic notandū q̄
nomē pater/ qd̄ deo attribuit: dupliciter accipit: vt. s̄. lec.
xx. expositū est: notionaliter siue psonaliter scʒ/ ⁊ essentiali-
ter. ¶ Notionaliter accipit qn̄ attribuit deo respectu pso-
ne diuine: ⁊ sic est prima psona in deitate: q̄ nō ab alia psona
capit esse: sed a se immutabiliter subsistit ⁊ eternaliter. Un̄
dicit in symbolo athana. Pater a nullo est factus: nec crea-
tus nec genit⁹. Et ita accipit a christo cū dicit: Ego ⁊ pater
vnū sumus. Et ita accipit quotiens in scriptura discernit a
psona filii aut spūsci. ¶ Essentialiter accipit quotiēs at-
tribuit deo respectu creature q̄ ab ipo depēdet in esse/ con-
seruari. et sic conuenit omnibus tribus personis simul/ et
singulariter singulis. Tota em̄ trinitas pr̄/ filius/ ⁊ spūssan-
ctus/ vnus pater est: sicut vnus de⁹: vn⁹ dn̄s: vnus creator
omnium. Et singula psona pater est: sicut singula deus est:
creator et dn̄s: non tn̄ tres patres: sed vnus creature pater.
Hinc ad Ephe. iiii. Un⁹ de⁹ ⁊ pater omnium. ⁊ Deute. xxxii.
Nūquid nō ipse est pater tu⁹ qui possedit te ⁊ fecit ⁊ creauit
te. Et Sap. xiiii. Tua aūt pater puidētia ab initio cūcta gu-
bernat. ¶ Dicit aūt de⁹ pater multiplici ratione preter illam
que respicit eternā generationē. de qua Esa. liii. Generatio-
nē ei⁹ quis enarrabit. sm̄ quā sol⁹ filii est pater. Est em̄ pa-
ter predestinatione. Ephe. i. Gratia vobis ⁊ pax a deo patre
⁊c. qui predestinauit nos in adoptionē filiorū. Itē pater crea-
tione. Malach. ii. Nunq̄d non pater vn⁹ oim̄ nr̄m. Nunq̄d
nō de⁹ vn⁹ creauit nos. Itē imaginis participatiōe: vbi su-
pra Deut. xxxii. Nūquid nō ipe est pr̄ tu⁹: q̄ pos. te ⁊ fe. ⁊ cre.
te. Fecit inquā ad imaginē ⁊ similitudinē suā. Gen̄. i. Faciam⁹
hoiem ad imaginē ⁊ similitudinem nr̄am. Itē redemptiōe. Esa.
lxiii. Tu dn̄e pater noster ⁊ redēptor noster: a seculo nomē
tuū. Itē sacramētali regeneratiōe. ad Titū. iii. Per lauacrū
regenerationis ⁊ renouationis spūsci. i. Pe. i. Bndictus
de⁹ ⁊ pr̄ dn̄i nostri iesu christi: q̄ sm̄ miam suā magnā rege-
nerauit nos in spem viuā. Item fidei instructione. Iaco. i.
Uolūtarie. id est sine meritis nr̄is/ genuit nos in verbo ve-
ritatis. i. fidei. Et Ioh. i. Dedit eis potestatē filios dei fieri
his q̄ credūt in noie ei⁹. Itē grē adoptione. Roma. viii. Ac-
cepistis spm̄ adoptionis filiorū dei in quo clamam⁹ abba
pr̄. et ad Gal. iiii. Misit de⁹ spiritū filii sui in corda vestra
clamantē/ abba pater. Itaqȝ iā nō est seruus: sed fili⁹: q̄ si fi-
lius/ ⁊ heres p deū: id est p opa dei. Oibus illis modis (pre-
ter primū q̄ respicit eternā genituram) accipit essentialiter: et
oibus illis aliisqȝ pluribus modis: vt cura/ defensiōe/ here-
ditatis preparatiōe est pater nr̄: vt patuit ex allegatis. Et ita
essentialiter sm̄ oēs dictas rōnes accipit hic cū oram⁹: Pa-
ter noster. Un̄ Chrys. sup matth. Uide qualiter cōfestim su-
scitauit auditorē: ⁊ oīa rememorauit bn̄ficii in prohemiis.
Qui em̄ patrē dicit: ⁊ peccatorū dimissionē: ⁊ pene destru-
ctionē. ⁊ iustitiā: ⁊ sanctificationē: ⁊ redēptionē: ⁊ adoptio-
nē: et hereditatē: ⁊ fraternitatē q̄ est ad vnigenitū: ⁊ spirit⁹
largitionē p vnā hāc cōfessus est nūcupationē. Et exponit
Alexā. illud qd̄ dicit: fraternitatem ad vnigenitū: de frater-
nitate nō naturali: sʒ adoptiua vt valeat ad vnigenitū ado-
ptiuū. Alioq̄n pater nō acciperet essentialiter: sed psonali-
ter. ¶ N Licet aūt in oratione dn̄ica postulet bn̄ficium
exhibendū a tota trinitate p nomē pater acceptū sic essen-
tialiter: nihilominus ratione auctoritatis patris/ et media-
tionis ipsius filii: frequēter in orationib⁹ specialiter fit mē-
tio de patre et filio. De patre: vt a quo petitur. De filio: vt
per quem postulatur obtinere. Unde orationes frequēter

Exo. xxxiii.

Judith ix.

Joh. xv.

Esaie lxiiii.

i. Cor. ii.

Joh. x.

cōcludunt̃ Per dominū nostrum iesum christum. Et sic di cit Ambro. in lib. de sacris. Attolle oculū ad patrē/ qui p̄ fi liū te redemit. τ dic pater noster τc̃. ℭ Quō vo cū oratio hic dirigitur ad totā trinitatē: nō ponitur nomē essentiale sm̄ sermonis ꝓprietatē: vt deus vel dñs: sed nomen pater qd̄ sm̄ ꝓprietatē sue impositiōis est ꝑsonale: licet hic accipiat̃ essentialiter: sancti plures assignāt rationes. Una vt p̄ hoc celestis magister daret nobis fiduciā impetrādi petita: τ p̄ hoc ad frequenter orandū nos inuitaret. In patre nāq̄ atte̅dimus beniuolētiā τ pietatē: ex quo sperare poterim⁹/ q̄ preces nostras nō abijciat: sꝫ magis ex paterno affectu ipsas aspiciat τ gratiose admittat. Hinc Chry. Deus patrem se magis/ q̄ dñm dici voluit: vt nobis daret fiduciā ad petendū et spem magnā ad impetrandū. Serui eñ nō semp̄ impetrāt qd̄ petūt: q: plerūq̄ nō ꝯsiderant quid ad honorē dñi: sed q̄d ad ꝓpriā ptineat vtilitatē. E cōuerso aūt faciūt veri et legitimi filij: et ob hoc impetrāt qd̄ impetrare confidūt. Ad idē facit qd̄ dicit Aug. Quedā dat̃ in q̄/ ꝑsumptio impetrādi q̄ petituri sumus: cū prius q̄ peterem⁹ tā magnū donū accipim⁹ vt sinamur: immo vt iubeamur deo dicere pater. Quid eñ nō dabit filijs petentib⁹: q̄bus hoc ipsum ante dedit vt filij eius essent. Et btūs Bern. Oro q̄ paterno dulcessit noīe: oim petitionū mearū impetrādarū fiduciā mihi ꝑstat. ℭ Scd̄a causa est: vt p̄ hoc christus nos inuitaret ad exercitiū piarū τ virtuosarū opationū. Cogitare nāq̄ debem⁹ q̄ cū deū patrē nostrū dicim⁹: nos filios eius recognoscimus: τ per hoc ipm̄ imitari studeam⁹. Uile eñ est et opprobriosum esse filiū viri excellētis in virtute et oi probitatis honestate: τ a moribus eius sctis τ virtutib⁹ degenerare. Sic indignissimū est: vt homo deū q̄ oi bonitate excedit vniuersam creaturā: patrē nominet: τ nihil in suis vita τ opib⁹ ostēdat dignū tāto patre: quo scꝫ deo aliqualiter assimilari posset. Un̄ christus iudeis gloriātibus se habere deū patrē in celis (cui⁹ tñ opa nō exercebāt) exprobrabat

Joh. viij

dicēs: Uos ex patre diabolo estis. Et hoc dixit ꝓpter opera eorū cōtraria opib⁹ dei. Et iterū ipsis dicētib⁹ se esse filios abrae/ ait: Si abrae filij estis: opera abrae facite. Hinc btūs Cyprianus. Meminisse nos debem⁹ τ scire: q̄ qn̄ deū patrē dicim⁹: vt τ quasi filij dei opemur: vt scꝫ sumus pij τ misericordes: sicut τ pater noster q̄ in celis est. Et btūs Aug. Qui dicit deo pater: videat ne tāto patre sit indignus: p̄ recessum scꝫ a patre: p̄ inobedientiā moresq̄ ꝑuersos. Dicentes itaq̄ pater: paternā imaginē/ vite nostre similitudine imitemur. ℭ M Pro quo notādū q̄ hoīs ad deū triplex est assimilatio. Una q̄ recedit̃ a deo. Alia qua accedit̃ ad deū. Tertia qua sistit̃ in deo. Prima est multorū qui ꝑuerse imitātur deū/ volētes deo et similes: p̄ magnitudinē potētie: per singularitatē reuerētie: ꝑmittētes τ appetētes sibi diuinos honores exhiberi: p̄ infinitatē opulētie et p̄ similia. Tales sic imitādo nō efficiunt̃ filij dei: nec deo accepti: sed hac imitatione recedūt a deo: efficiūturq̄ socij luciferi q̄ dixit:

Esa. xiiij

In celū cōscēdam: sup̄ astra dei exaltabo soliū meū: sedebo in monte testamēti. in laterib⁹ aquilonis ascendā super altitudinē nubiū: τ similis ero altissimo. Scd̄a similitudo est bonoꝝ viatoꝝ: τ cōsistit in participatiōe similiū virtutū virtutib⁹ dei: q̄ sunt iustitia/ misericordia/ liberalitas/ veritas/ charitas/ τ cetere virtutes hmōi: q̄ ꝑfectissime in deo sunt/ veri⁹ ipe de⁹ sunt: τ eē debēt participatiue in oi rōnali creatura. de quo intelligit̃ illud Aug. viij. de trini. Nō locoꝝ interuallis: sed silitudine accedit̃ ad deū. Et si dissimilitudine opposita recedit̃ a deo: hac similitudine volēs nos accedere ad deū/ dixit christ⁹: Estote misericordes sicut τ pater vester misericors est. Lu. vj. Tertia silitudo est beatorum: de qua. j. Joh. iij. Scim⁹ q̄ cum apparuerit: similes ei erimus: scꝫ in gloria etē me visionis τ fruitionis: q̄ est btitudo ꝑpetua: ad quā nūc aspiram⁹: ad eā aūt p̄ secūdā silitudinē ꝑuenimus: ad quā exhibendā cū dicim⁹ pater/ excitamur. ℭ Tertia causa cur magis voluit nos in oratiōe dicere pater/ q̄ dñs est: vt hoc ostēderet q̄ seruire sibi debemus/ nō timore pene/ sicut serui dñis suis ministrāt: sed sicut boni filij optimo patri ex amore τ timore filiali. Debemus eñ ad deū talē habere amoris affectū: q̄ si verberet: si castiget: si aduersi aliquid admittat: ab eo non recedamus: sicut serui faciunt qui a dñis se castigantib⁹ fugiūt. ℭ Quarta causa vt p̄ hoc nos ad se honorandū ꝓuocaret. Siquidē honor pr̄i debet̃. Malach. j. Si pater ego sum: vbi est honor me⁹. ℭ Quinta: vt a solo deo qd̄ necessariū est postuletur. Cū enim ipse est pater: ad deū ptinet cura ꝓuisionis. Sap. vj. Equaliter est illi cura de oib⁹. Et. j. Pe. v. Omnē sollicitudinē vestrā ꝓijcientes i eū: qm̄ ipsi cura est de vobis. Et. iiij. Reg. j. Nunq̄d nō est deus in israel: vt eatis ad cōsulendū beelzebub deum accaron. ℭ Sunt τ alie cause supradicte ad ostendendā differentiā filioꝝ legis grē. Itē vt dū de filiali adoptione cogitamus: ei tanq̄ patri filialem affectum rependamus. Itē vt timeat orās offensam patris: ne cōtingat audire graue illō opprobriū.

Deute. xxxij.

Uidit dñs τ ad iracūdiā cōcitatus est: q: ꝓuocauerūt eū filij sui τ filie. ℭ P Noster. Hic scd̄o captam⁹ dei beniuolentiā p̄ cōmendationem ei⁹ liberalitatis amplitudine/ dicendo noster: qd̄ generalitatē siue vniuersalitatē quādam importat. Magna q̄ppe dei est dignatio: q̄ nō solū se patrē costituit angelicaꝝ virtutū ꝑspicuitate nature fulgentiū. Neq̄ dūtaxat hoim excellētissimoꝝ/ τ in vera religiositate eminētium: sed oim generaliter mortalium quos imaginis sue similitudine insigniuit. Oēs siquidē illos paterno deus respicit affectu: vt nō sit viuēs homo in terra/ q̄ se abscondat a calore ei⁹. Respicit inquā dū ipos etiā de suo insigniuit imagine: p̄ gratiā in filios quātū in eo est adoptat. De quo aplus: Accepistis spm̄ adoptionis filioꝝ dei in quo clamam⁹ abba pr̄: q̄ testimoniū reddit spūi nostro/ q̄ sumus filij dei.

Ro. viij.

Per qd̄ vult nos hereditatis sue esse participes. Un̄ sequit̃: Si filij τ heredes. heredes q̄dē dei: coheredes aūt christi. Nō eñ vult de⁹ mortē pctōris: vt quidā crudeles parētes/ q̄ filios exterminānt: τ ab hereditate ꝓscribūt: sed magis vt cōuertantur et viuant: vt partē hereditatis τ regni sui cū ceteris valeāt possidere. Rursus paterne oēs respicit deus: dū ne hic in via deficiāt: panē ꝑstat salutiferū/ oē delectamentū in se habentē: τ omnē saporis suauitatem: quo nutriti et cōfortati ambulare possint in fortitudine cibi illi⁹ vsq̄ ad montē dei. altitudinē scꝫ beatifice visionis. Et ne per deuia in via morū oberremus: de⁹ piissimus pr̄ p̄ spm̄ suū nos erudit ad id qd̄ est vtile in recipiēdo sanctificationem: vt dicit aplus Heb. xij. Recte igit̃ oram⁹ ad deū Pater noster. Noster inquā q̄ nos generat/ pascit/ nutrit/ corripit τ instruit: τ alia patris officia circa nos pie nō desinit exercere. ℭ M Sꝫ

Matth. xxvj.

his obuiare videt̃. Nā christus orādo dixit: Pater mi si possibile est: transeat a me calix iste. Oio aūt christi actio tua est instructio: vt dicit Grego. Igit̃ videt̃ q̄ τ nos orantes ad patrē singillatim debeamus dicere: pater me⁹: τ nō pater noster. Huic cōcordat scriptura: nā Matth. vj. dicit christus: Ora patrē tuū in abscondito: τ pater tuus q̄ videt in abscondito: reddet tibi. Itē Hiere. iij. Amodo voca me/ pater me⁹: dux virginitatis mee es tu. Itē ꝑsumptionis esse videt̃ dicere/ pater nr̄: cū pater dicit paternitatē adoptionis/ q̄ nos in filios adoptat p̄ grām. Nemo aūt scit an odio vel amore dignus sit. Ergo ꝑsumptio est dicere pater nr̄: q̄ significat filiū seu eē in numero filioꝝ. Un̄ sufficeret dicere pr̄: τ nō esset necessariū vt videt̃ addere: neq̄ nr̄: neq̄ me⁹: sicut τ Luc. xj. facit dicēs: Cū oratis dicite: Pr̄ sanctificet̃ nomen tuū. ℭ Ad ista respōdet Alex. de ales p̄. iiij. q. xxvij. notando: q̄ nemo simpliciter dicere debet pr̄ me⁹/ nisi christus filius dei: ne dictū simpliciter/ sonet in paternitatē nature. vñ glo. Matth. vj. Nemo dicat me⁹: qd̄ soli christo cōpetit/ q̄ est fili⁹ p̄ naturā. Huiusmodi eñ ꝓnois solēt discretiue poni: τ discretionē seu singularitatē importare: qd̄ nulli conuenit nisi qui singulariter filius est. i. p̄ naturā. Nihilominus scriptura insinuat sic posse dici/ meus scꝫ pater: nō tñ simpliciter: sed cū aliqua additione insinuāte hoc nō singulariter dici: vt etiam patet in verbis scripture allegatis. Nā vbi dicitur: ora patrem tuum in abscondito/ addit̃:

et pater tuus qui videt in abscondito: reddet tibi. Reddi-
tio soli creature conuenit. Soli em̄ creature merces reddit̄.
vnde glo. Reddet tibi mercedē fidei. Silr cū dicit̄ Hiere.
iij. Uoca me pater me⁹/ addit̄: ꝛ ducē virginitatis mee es tu.
q: ducatus soli creature cōuenit: deo em̄ nō conuenit̄ duci.
sed ducere insinuat̄: quod dictū est nō debere intelligi de fi-
lio simpliciter. i. filio naturali: ꝛ ita nec de patre ei⁹ naturali.
In oratione vo dñica addit̄: Qui es in celis: quod cōuenit
patri respectu filij naturalis: ideo si adderet̄ me⁹: importa-
retur ꝙ esset pr̄ simpliciter. i. naturalis orātis. ¶ R Esto
etiam ꝙ per sequentes particulas/ scʒ dimitte nobis debita
no. cū ceteris satis innueret̄/ patrē deū non esse naturaliter
patrē orātis: qui petit sibi tanq̄ deficiēti creature dimitti de-
bita. Sunt tm̄ ꝛ alie notabiles cause ꝛ rōnes cur dicit̄ noster
ꝛ nō meus: Quarū vna est pacis cōseruatio ꝛ cōcordie. Ap-
propriatio em̄ ꝛ singularitas ꝑsepe cause sūt litis et dissidij.
Unde quidā gloriātes de suis magistris ꝛ doctorib⁹ per ap-
propriationem/ cōtētionē inuicē cocitarūt: dicēte vno: ego
quidē sum pauli. ꝛ altero: ego sum apollo: et alio: ego vero
cephe. alio: ego aūt christi. vt refert aplu̅s. j. Corinth. j. et. iij.
Ut ergo lis ꝛ discordia in oratiōe tolleret̄: ꝛ nemo sibi filia-
tionē vsurparet singulariter: christ⁹ voluit orātes dicere/ pa-
ter noster. De quo beat⁹ Amb. tractās vbū de quo sermo:
Attolle inquit oculos ad patrē q̄ te ꝑ lauacrū genuit: qui
te per filiū redemit: ꝛ dic pater noster. Bona p̄sumptio sed
moderata. Patrē dicis quasi fili⁹: sed noli tibi aliqd specia-
liter vendicare. Soli⁹ christi est pater specialis: nobis oībus
in cōmuni est pater: q: illū solū genuit: sed nos simul crea-
uit. Illi⁹ em̄ pater per naturā: sed noster est pater ꝑ gratiaʒ.
¶ Scd̄a causa est: vt ad charitatē ꝓximi accēderemur: Nā
sicut per verbū pater/ ad summi patris amoreʒ excitamur:
ita cū dicim⁹ noster/ ad fraternā dilectionē inflāmamur. Cū
em̄ orando nos vnū patrē in celo habere recognoscim⁹/ di-
centes pater noster: ꝑ cōsequēs nos in terris esse fratres ꝓ-
fitemur: ac per hoc inuicem nobis impēdere fraternū amo-
rem ac fidelitatē admonemur. Nā ad hoc natura inclinat: ꝛ
ratio dictat: vt filij vnius patris tenacius se diligant: effica-
cius se iuuent: ꝛ sibi mutuo viscerosius compatiant̄/ pro-
pter illud commune quod participant a suo patre. Sicq; si-
bi obsequantur. id est mutuo se honorent. ad Rom. xij. Ho-
nore inuicem preuenientes. vbi glo. Aliter non esset fra-
tern⁹ amor: nisi mutuo se p̄ueniant obsequijs. ¶ S Ter-
tia causa est: vt ꝑ hoc christus nos inuitaret ad humilitatē:
et a nobis tolleret oēm sup̄bie occasionē: ne scʒ diues sup̄
pauperē se extollat: nobilis sup̄ ignobilē: superior sup̄ infe-
riorē: potēs sup̄ debilē: clericus super secularem: sed oēs se
fratres cognoscerēt: ꝛ vni⁹ patris filios: s̄m illō Malach.
ij. Nunq̄d non pater vnus oīm nostrū. Quare ergo despi-
cit vnusquisq; vestrū fratrē suū. Et btūs Aug. in de sermo-
ne dñi in mōte: Ammonent̄ inq̄t/ ꝑ oratione dñicā diuites
et genere potētes seu nobiles s̄m seculū/ nō sup̄bire aduer-
sus pauperes ꝛ ignobiles: quoniā oēs simul dicūt deo pa-
ter noster: immo potius: q: dicūt oēs pater noster/ sibi mu-
tuo tanq̄ fratres debēt subuenire. Diues pauperi: san⁹ egro-
tāti: sapiēs ignorāti: potēs impotēti: aliter infructuose cla-
mant pater nr̄. Si patris iussa nō impleant: si obediētiā fi-
lialē trāscendāt: ꝛ fraternū amorē in se inuicē nō exerceant.
Sed ꝓh pudor nunc inter christianos sup̄ior opprimit infe-
riorē: fortior debiliorē: diues inopē: miles ciuem: ciues sa-
cerdotē. Efficax sane remediū ꝯtra sup̄biam animiq; tumo-
rē/ affectuose reuoluere nos esse fratres. vnū habere patreʒ
deū: qui nō est acceptor personarū. Hoc remedio vtit̄ Boe-
tius. iij. de cōso. me. vj. contra arrogātes ex gn̄is nobilitate
dicens: Quid genus ꝛ proauos strepitis: Mortales cūctos
edidit nobile germē: Nā oē genus hoīm in terris simili sur-
git ab ortu. Unus em̄ rerū pater est: vn⁹ q̄ cūcta ministrat.
Si primordia vr̄a autorē deū spectes: Nullus degener ex-
tat: ni vitijs peiora fouēs: propriū deserat ortū. ¶ Quarta
causa: vt inuicē nobis impēdam⁹ orationū suffragia. Quia
enim orās ad deū et dicēs/ pater noster: nō se tm̄: sʒ ꝛ alios

dei filios ꝓnūciat: in hoc et ꝓ alijs nō ꝓ se tm̄ orat: implēs
in hoc qd̄ scribit̄ Eccl̄i. xvij. Unicuiq; mādauit deus de pro-
ximo suo. vn̄ Cyprianus in lib. de oratione dñica: Ideo nō
dicimus pater meus: sʒ noster: nec da mihi/ sed nobis: quia
vnitatis magister noluit priuatim p̄cem fieri: vt scʒ tm̄ q̄s
pro se precet̄. Unū aūt ꝓ oibus orare voluit: q: in vno oēs
ip̄e portauit. Et chrysosto. sup̄ Matth. Dulcior ē oratio an-
te deū: quā nō necessitas transmittit: qua quis ꝓ se orare co-
git̄: sed quā charitas fraternitatis cōmendat. Precat̄ igit̄
frater ꝓ fratre dicēdo: Pater nr̄. dimitte nobis debita nr̄a
ꝛc. Hanc etiā cū plurib⁹ alijs causis tangit idē Chryso. di-
cens: Erudit aūt cōmunē ꝓ fratrib⁹ facere orationē. Nō em̄
dicit: pater meus/ qui in celis es: sʒ pater noster/ ꝓ corpore
cōmuni depcationes referēs: ꝛ nusq̄ intēdens qd̄ est suijpsi-
sius: sed vbiq; qd̄ est proximi. Adhuc aūt ꝛ inimicitiam de-
struit: ꝛ elationē cōprimit: ꝛ emulationē expellit: ꝛ matreʒ
bonoꝝ vniuersoꝝ amorē inducit: ꝛ inequalitatē humanaꝝ
causaꝝ exterminat: ꝛ multa mōstrat regi ad pauperē hono-
ris eq̄litatē. Hec ille. ¶ T Per hec soluūtur rōnes indu-
cte. Ad primā de christo orāte/ Pater mi/ dr̄ ꝙ christus in il-
la sua oratione nobis orandi modū ꝛ formā nō p̄fixit: sʒ q:
ipse fili⁹ erat patris ꝑ naturā: qd̄ nulli creature competit:
idcirco ibi vt ꝑsona singularis ꝛ naturalis filius dei patris
dixit pater mi. Uel aliter s̄m Alexan. dr̄/ ꝙ oīs actio christi
nostra fuit instructio/ quātum ad substātiam actus: nō quā-
tū ad modū. Sicut ꝛ ieiuniū dñi instructio nostra fuit ad
ieiunādum: non tm̄ eo modo quo dñs ieiunauit oino absti-
nēdo a cibo. Sic oratio christi nostra fuit instructio: qua in-
struimur ꝙ in nostris necessitatib⁹ oratione recurrere debe-
mus ad deū patrē. Modū vo orādi nō dedit in suis oratio-
nib⁹: sʒ i ea forma quā nobis ꝯstituit cū nos docēdo dixit:
sic orabitis: Pater noster. ¶ Ad autoritatē Matth. vj. et
Hiere. iij. dicēdū est: vt. s̄. in p̄ncipio hui⁹ q̄stionis: ꝙ vtrūq;
dici pōt: pr̄ me⁹: ꝛ pr̄ noster: sed differēter: vt ibi dictum est.
¶ Uel dr̄ s̄m Alex. ꝙ triplex est oratio s̄m diuersos status
orantiū. Petēs em̄ aut petit vt mēbrū: aut vt cōmēbrū: aut
vt p̄eminēs mēbrū. Primo mō petit̄ aliq̄d vt singulari ꝑso-
ne s̄m ꝙ petebat dauid: Miserere mei deus. Et Lu. xviij.
Deus ꝓpitius esto mihi peccatori. Scd̄o petit̄ aliquid vt con-
iunctis vinculo ꝓfessionis fidei: s̄m ꝙ dr̄ Eccl̄i. xvij. Unicui-
q; mādauit de⁹ de ꝓximo suo. Tertio petit̄ aliquid ex offi-
cio quo quis ad orandū ꝓ cōmissis astringit̄. His duobus
modis vltimis petētib⁹ cōuenit dicere pater nr̄. Orāti secū-
do modo rōe ꝓfessio christiane religionis/ qua mēbrū est my-
stici corporis christi: orāti tertio modo similiter cōuenit dice-
re pater nr̄: q: illoꝝ ꝛ subditoꝝ seu cōmissoꝝ vnus est pa-
ter: vn̄ cōtra presumptionē phariseoꝝ dixit dñs discipulis:
Un⁹ est pater vester q̄ in celis est. vester scʒ p̄latoꝝ ꝛ subdi-
toꝝ. Nūc ergo Matth. cū dixit: Ora patrē tuum in abscon-
dito: loquit̄ tanq̄ ad mēbrū ꝛ singularem ꝑsonā ꝓ se oran-
tem. Similiter ꝛ in Hiere. Cū autē docuit nos orare: docuit
nos vt cōmēbra eccl̄ie: ꝛ tanq̄ eos qui ex officio erāt petitu-
ri: quales fuerunt apl̄i quib⁹ specialiter in mōte loquebat̄.
¶ Ad aliud de p̄sumptiōe dr̄/ ꝙ licet hō meritis suis exigē-
tibus/ nō sit filius adoptionis: nihilominus quārū est ex diui-
na bonitate/ oibus se exhibet vt patrē: oib⁹ scʒ offerēdo gra-
tiā adoptionis. vn̄. j. ad Timo. ij. Uult oēs hoies saluos fie-
ri. ꝛ Joh. j. Illuminat oēm hominē venientē in hūc mundū.
Unde licet nesciat quis an odio vel amore dign⁹ sit: nihilo-
minus cōfitendo deū esse patrē suū nō presumit: illi attribu-
endo beneficiū adoptionis: nō sibi ascribendo meritū be-
neficij electionis. Et cū dicit̄: sufficeret dicere pater: ꝛ non
addēdo neq; meus/ neq; noster. Dicendū ꝙ q: deus est pa-
ter oim creatiōe: hominis adoptione: filij naturali genera-
tione: Ut distinguatur paternitas s̄m grām adoptiōis/ ab
illa que est creationis ꝛ nature: dicit̄ noster. Per noster em̄
insinuat̄ quedā cōmunicatio/ qua se de⁹ dat nobis: et nos
sibi adoptat gratiam infundendo. Unde non sufficienter
expressa esset paternitas dei respectu hominis/ per hoc qd̄
dicitur pater: sicut cum dicit̄: pater noster. Qd̄ vero Tul-

Matth. xxiij.

Eccle. ix.

tas non addit noster sicut Math. rationē assignat Alexā. q: in mattheo insinuaē modus orandi cōueniens mēbus ⁊ excellentib⁹ mēbris. Loquitur enī apl'is cū dño in montē ascēdentib⁹ tanꝗ pfectis. Lucas loquiē ad discipulū quasi locū tenentē infimoꝝ: q nō audēt dicere noster: sicut Luc. xv. filius pdigus dixit: Pater peccaui in celū ⁊ corā te. Licet posset dici ꝙ lucas qui posterius scripsit: qd̄ math. plenius ⁊ sufficiēter disseruit: abbreuiauit.

¶ Lectio. lxv. A

Qui es. ¶ Hic tertio captaē beniuolentia ex cōmendatione a subsistentia immutabili ⁊ ppetuitate, dicentes: Qui es. Hoc enī cōplexū qui es, proprie acceptū soli deo est ppriū, significās ipsi⁹ immutabilē subsistentiā: q̄ tpe nō mensuratur: sed oē tp̄s trāsgreditur. Nō aūt in deo pteritio, aut futuritio est: sȝ nūc eternitatis: semp stans, sine fluxu in pteritū: ⁊ sine trāsitu in futurū. Hāc immutabilitatē subsistentie volens de se tanꝗ de deo ostendere christus: iudeis dicentib⁹. Quinquaginta ānos nondū habes ⁊ abraā vidisti. dixit: Amē amen dico vobis anteꝗ abraā fieret: ego sum. scȝ sm̄ diuinitatē: q̄ tpi nō subiacet: nec tēpore mensuraē. Unde nō dixit anteꝗ fieret ego fui: sed anteꝗ fieret ego sum. Quis enī tēpus fluxit: diuinitas tn̄ semp immutabiliter subsistit: nō in tpe vt in mēsura: sed in nunc eternitatis. Et pp̄ter hāc immutabilitatē essendi diuinitatis, qua cū tpe nō incipit: cū tpe nō desinit: in tēpore nō labiē: nulli tpali mutationi subijciē, q̄ es: siue eē pprie acceptū soli deo attribuiē. vnde btūs Aug. super Joh. tractās illud: Nisi credideritis q: ego sum: moriemini i peccatis vestris. Joh. viij. Res inquit, q̄libet q̄licūqȝ excellentia fulgens, si mutabilis est: vere nō est. Nō est enī verū eē: vbi est ⁊ nō esse: scȝ possibiliter. Quicq̄d enim mutari pōt: mutatū, nō est qd̄ erat. Si nō est qd̄ erat: mors q̄dam ibi facta est: q: peremptū est ibi aliq̄d qd̄ erat ⁊ nō est. Et exēplificat: Nigredo mortua est in capite albescentis senis. Pulchritudo mortua est in corpore fessi ⁊ curui senis. Mortue sunt vires in corpore lāguentis. Mortua est statio in corpore ambulātis. Et post pauca: Deniqȝ de mortuo cū dicitur: vbi est ille hō. Rñdeē fuit. Itaqȝ in oībus actib⁹ ⁊ motib⁹ nostris: ⁊ in vniuersa prorsus agitatione creature, duo tpa inuenio: pteritū ⁊ futurum. In veritate aūt q̄ manet: et pteritū et futurū non inuenio: sȝ solum p̄ns: ⁊ hoc incorruptibiliter: qd̄ in creatura nō est. Ex quib⁹ verbis patet creaturas quaslibet esse mutabiles: ⁊ p ɔ̄ns nō vere esse: ⁊ solā veritatem, q̄ deus est: immutabiliter esse: ⁊ ex hoc est eē sibi ppriū. Et p hoc soluit. q. quā p̄misit querēs et dicēs: O domine deus noster, quid est qd̄ aisti: nisi credideritis q: ego sum. Quid enī nō est eoꝝ q̄ fecisti: nūquid nō est celū. Nunquid terra nō est. Nūquid ea nō sunt q̄ sunt in celo: ⁊ que in terra sunt. Nūquid hō ipse cui loqueris nō est. Si oīa sunt hec q̄ p te facta sunt: quid est ꝙ tibi quoddā ppriū tenuisti ipm̄ esse: qd̄ alijs nō dedisti vt tu solus esses. Nā quō audio: Ego sum q̄ sum: quasi alia non sint. Qui hāc inquā. q. soluit p ea q̄ premissa sunt: q: vere esse est semp ⁊ immutabiliter esse: quod soli deo cōuenit: hinc ⁊ moysi a deo ad liberādū populū israel misso ac querēti. Si dixerit mihi populus qd̄ est nomē ei⁹ qui misit te: q̄d dicā eis. Dixit dominus illi: Ego sum q̄ sum. Et addidit: Sic dices filijs israel: qui est, misit me. Ecce nullū aliud p̄dicatū adiecit deus de se dicendum, ꝙ̄ esse. Esse ergo de se dicere iussit: qd̄ soli deo vere ⁊ pprie cōuenit. vn̄ Dama. Primū ⁊ p̄ncipalius eoꝝ q̄ de deo dicunē nominib⁹, est qui est: sicut ⁊ ipse loquēs in oraculo moysi ait: Totū in seipo comp̄hendens velut q̄ddā pelagus substātie infinitū ⁊ indeterminatū. Nam rōne (qui) qd̄ est nomē infinitū: significat substātie infinitatem. Rōne (est) qd̄ significat vt actu p̄sens in nūc immutabilitatis: significat essentiā vt actualitatē semp p̄sentē: ⁊ ita vt eternā ⁊ immutabilē. Sic ergo qui est ppriissime acceptū, significat substātiā infinitā eternā et immutabilē. Talis autē est solus deus. Uerū ergo per cōplexū qui es, cōmendamus deū patrē nostrū ex incōmutabili subsistentia actuali et eterna: qd̄ nulli creature: sed soli deo cōuenit. Eoipso enī ꝙ creature dependent ab alio, scȝ creatore, ab eis realiter ⁊ essentialiter distincto in esse, pduci ⁊ cōseruari: mutabiles sunt in esse ⁊ nō eterne. Ad eū igiē qui immutabilis semper pseuerat: cōfidenter oratione accedimus: quā ipse docuit, certi de exauditione q: immutabilis est: q̄ se orare docuit ⁊ mādauit: ⁊ hoc in complexo qui est, inquantū deo ppriū est intelligim⁹: ⁊ intelligēdo ad fiduciā sine qua oratio nō impetrat excitamur. Sequiē: ¶ B In celis. Hic quarto captaē beniuolētia dei ab excessiue mansionis sublimitate, qua potētiā ⁊ maiestatē ei⁹ qua dare pōt: p̄fitemur cū dicimus in celis. Sūt aūt celi corporales: sunt ⁊ spūales: et de vtrisqȝ exponiē clausula, i celis. Primo mō i celis. i. in illis corporib⁹ celestib⁹ q̄ supra nos sunt: ⁊ supra elementarē regionē. In celis inferiorib⁹ mobilib⁹: ⁊ in supiori empyreo imobili. In illis mouēdo eos p se ⁊ virtutes angelicas, ad nostrā et toci⁹ vniuersitatis viuētium et corporaliū salutē. In istis p̄sentādo electoꝝ aspectibus faciem sue maiestatis. Hi ⁊ illud māsio dei sunt sedes ⁊ habitaculū. Sicut scriptū est: Qui habitas in celis miserere nobis. Et iterū: Celū mihi sedes est: ⁊ terra scabellū pedū meoꝝ. Itē In domo patris mei māsiones multe sunt. Hos celos stephanus vidit apertos: ⁊ iesum stantē ad dexterā dei patris. ¶ Est tamen aduertendū ꝙ de⁹ nō dr̄ esse in celo sicut in loco quo circūscribiē sicut corpus: vel quo definiē sicut angelus. Tales enī locabilitatis modi deo nō cōueniūt: sed duntaxat creature rōne corporeitatis ⁊ finitatis essentie. Corpus quidē qd̄ habet partes extra seinuicē ⁊ situaliter distātes loco circūscribiē: ⁊ ipsi loco cōmensuraē: vt totuȝ sit in toto loco sibi equali: ⁊ pars in parte sibi cōmēsurabili. Angelus vo qui spūs est nō corpore⁹: q: tn̄ finite ē essentie ac terminate: a loco definiē: cui ita p̄ns est vt nō sit extra illū. De⁹ aūt q: substātia est incorporea, simplicissima, ipartibilis, imēsa ⁊ infinita: nullo loco ɔcludi pōt: circūscribi aut definiri: sȝ illimitatissime oēm locū, ⁊ creaturā oēm respicit. vn̄ Hiere. xxiij. Celum ⁊ terrā ego impleo. Qd̄ ⁊ ppheta regi⁹ aduertens ait in ps̄. Quo ibo a spū tuo, et quo a facie ⁊c. Si ascendero in celū tu illic es: si descēdero ad infernū ades. Et Job. xj. Excelsior est celo: pfundior inferno: lōgior terra mēsura eius ⁊ latior mari. Qd̄ dictum q: sonat q̄si de⁹ corporeis lineamentis extendatur. ¶ C Ideo beatus Grego. li. x. moꝝ. s. x. exponēs ait: Qd̄ deus celo excelsior: inferno pfundior: terra lōgior: mari latior esse describiē: tanto spūaliter debet intelligi: quāto de eo nefas est iuxta corporea lineamēta sentire. Sȝ celo ē excelsior: q: incircūscriptiōe sui spūs cūcta trāscendit. Inferno pfundior: q: trāscendendo oia subuehit. Terra longior: q: creature mōdum ppetuitate sue eternitatis excedit. Mari latior: q: rerū tēporaliū fluctus sic regēs possidet: vt hos sub oīmoda potentie sue presentia coangustādo circūdet. Idē sup Ezech. xvij. Deus manet inter oia: ipse est extra oia: ipse sup oia. Supior est p potentiā: inferior p sustentationē: exterior p magnitudinē: interior p subtilitatē. Sursum regēs: deorsum cōtinēs: exterius circūdās: intus penetrans. Et venerabilis Hugo li. de sacra. parte. ij. c. viij. Deus sic vbiqȝ per cūcta diffusus est: vt nō sit qualitas mūdi: sed substātia creatrix mūdi: sine labore regēs: sine onere cōtinēs mūdum: nō tn̄ p spacia locorum quasi moles diffusa: ita vt in dimidio corpore mūdi sit dimidius: et in alio dimidio dimidius: atqȝ ita per totū totus: ⁊ in celo solo totus: et in sola terra totus: ⁊ in celo ⁊ in terra totus: ⁊ nullo cōtentus loco: sed in seipso vbiqȝ totus. Et infra declarans quod dixit. Ideo inq̄t vbiqȝ esse dr̄: quia nulli parti rerum absens est. Ideo totus: quia non parti rerum partem suam presentem prebet: et alteri parti alteram partem: equales equalibus: minori minorem: maioriqȝ maiorem. Sed non solum vniuersitati creature: verum etiam cuilibet parti eius totus pariter adest. Qd̄ etiam dixit totū esse in seipso exponit, dicēs: Quomodo enim vbiqȝ, in seipso. Ubiqȝ scilicet, quia nusꝗ est absens. In seipso autē, q: non

Joh. viij

Exod. iij

Esa. lxvj

Joh. xiiij

Act. vij.

cōtinet ab eis quib⁹ presens est/ quasi sine ipsis esse nō pos
set. Hec hugo. Hec sic esse credim⁹: sꝫ quō sic est nō intelligi
mus. vñ Chryso. super epistolā ad Heb. ꝛ allegat magister
dis. xvij. pmi. Sicut multa de deo intelligim⁹: q penitus lo
qui nō valem⁹: ita multa loquimur: que intelligere nō sum⁹
idonei. Verbi gratia: ꝙ vbiqꝫ deus est scim⁹ ꝛ dicim⁹: quō
vbiqꝫ est/ intellectu nō capim⁹. ℂ D Quāuis aūt sic de⁹
sit vbiqꝫ ꝛ in omnib⁹ creaturis generaliter/ ꝑ essentiā/ potē
tiam ꝛ presentiā: vt dicit magister distin. xxxvij. pmi. Per
potentiā quidē: q: omnia sue potētie sunt subiecta. Per pre
sentiā tā cognicionis ꝙ indistātie localis. Per essentiā inti
me penetratiōis/ qua omnib⁹ rerū interiorib⁹ immediatus
est: Tñ scriptura frequēter hūc cōmemorat esse in celis: pro
pter maiora mirabiliora/ ꝛ sublimiora dei opera in celorum
pulchritudine/ armonia/ ordine ac opatiōe relucētia. Sunt
eñ celi corpora magne altitudinis: mire latitudinis: ingē
luminositatis: motu regularia: syderib⁹ ornata: corpore sim
plicia: virtute stabilia: tēpore incorruptibilia: vitali influxu
mirabiliter efficacia: ad inferioris mūdi regimē cōcorditer
ordinata. Propter que in eis diuina potētia/ sapiētia/ boni
tas et clemētia magis: ꝙ in alijs mūdi corporib⁹ declarat.
Manifestat nāqꝫ dei potētia i celoꝝ magnitudine ꝛ stabili
tate. Dei sapiētia in ipsoꝝ pulchritudine/ ordine ꝛ speciosi
tate. Dei bonitas ꝛ clemētia in ipsoꝝ fluxu ꝛ causalitate. De
coꝝ soliditate dicit Job. xxxvij. Celi solidissimi q̄si ere fusi
sunt. De eoruꝫ speciositate Eccli. xliij. Species celi gloria
stellarū. Et iob. xxvj. Spirit⁹ ei⁹ ornauit celos. De ipsorum
causalitate/ phus. j. metheo. Mūdus ille inferior cōtiguus
est lationib⁹ superiorib⁹: vt ois eoꝝ virt⁹ inde gubernetur.
Adhuc aūt dei gloria maxime relucet in celo empyreo: qui
loc⁹ est sanctorū: in quo se clare facie ad faciē cōtemplandū
eis beatifico pbet. In quo summo dono se cōmunicat rō
nali creature: quod excellit longe oia alia sua opera. Naꝫ et
ppter hoc oēs creaturas pduxit: ꝛ cetera bonitatis sue mu
nera impēdit. His ergo de causis summā dei maiestatē fre
quēter i celis illis corpalib⁹ esse scriptura pdicat. ℂ E Qđ
vo christ⁹ in sua oratione nos poti⁹ dicere voluit: pater no
ster qui es in celis/ ꝙ qui es vbiqꝫ: doctores sancti aliquas
rationes assignāt: Quarū vna est: vt ꝑ hoc nos doceret pe
tere bona celestia ꝑmāsura: ꝛ nō caduca ac terrena: nisi qua
tenus ad celestia ordinant. Bon⁹ eñ fili⁹ ꝑ paterna heredi
tate debet laborare. vñ Chrys. Christ⁹ docuit nos orare ad
patrē q in celis est: vt sciāt homines se habere prēꝫ celestē:
ꝛ ex hoc erubescāt terreno patri se substernere: hi scꝫ qui pa
trē habēt in celis. ℂ Scđa: vt doceret desiderio eleuari per
spē firmā ad celestia: vbi patrē nostrū deuꝫ dicim⁹ residere.
De hoc abbas isaac in collatiōe patrū ait: Dicētes pater no
ster/ qua vniuersitatis deum ac dñm patrē nostrū esse voce
ppria cōfitētes/ de cōditiōe seruili in adoptionē filioꝝ nos
ꝑtemur ascitos. Adijciētes: Deinde qui es in celis: vt cō
memoratiōe vite p̄sentis qua in hac degimus terra: velut
pegrinā et a nostro patre lōgissime separātem toto horrore
vitātes/ ad illā poti⁹ regionē/ in qua patrē nostrū cōmorari
fatemur summo desiderio properem⁹: nihilqꝫ admittam⁹
eiusmodi quod indignos nos hac nostra pfessione ꝛ nobi
litate tāte adoptiōis efficiēs: ꝛ hereditate paterna velut de
generes pueri: ꝛ irā nos faciat iusticie ei⁹ ac seueritatis icur
rere. ℂ Tertia ratio: vt ostēdat immēsitas diuine potētie/
qua existēs in celis generat nos filios ꝑ adoptionē i terris.
Cui cōtrariū mali senserūt: ꝯm ꝙ Job. xxij. legit: Quid eñ
nouit de⁹: Quasi ꝑ caliginē iudicat. Nubes latibuluꝫ eius:
nec nra cōsiderat: ꝛ circa cardines celi pambulat. ℂ Quar
ta rō est insinuatio petendoꝝ: ꝑ hoc eñ insinuat ꝙ celestia
simpliciter petēda sunt. vñ Hugo: Si dixisset qui vbiqꝫ es/
verū dixisset: sed ne inepta et inania queritādo mēte vage
mur: dicit: qui es in celis: vt mēte radicata que sunt vtilia/
queram⁹. ℂ Quinta ratio: vt insinuaret distantia iustoꝝ a
peccatorib⁹. In iustis eñ sicut in celis habitare dicit: vt. j.
dicet. vñ Aug. Accōmodatissima similitudo est vt spūalī
ter tātū interesse videat inter iustos et peccatores: quantū
inter celū et terrā. ℂ Sexta ratio est: vt ostendat quasi ꝑ si
mile iustos multiplex beneficiū assequi a dño. Sicut eñ a
celis multiplex beneficiū confert corporalib⁹ creaturis: scꝫ
lucis/ caloris/ humoris/ ac saluatiue ꝛ fecūdantis influentie
multiplicis. Sic ab ipso quē in celis existentē inuocamus:
multiplex accipim⁹ beneficiū. Omne datū optimū ꝛ omne
donū pfectū desursum est descendens a patre luminū. et. j.
Corinth. xij. Alij per spiritus dat sermo sapiētie: alij sermo
sciētie ꝛc. ℂ F Scđo modo exponit hec particula/ in ce
lis moraliter: vt per celos nō intelligant corpora spherarū
celestiū: sed anime sancte/ iuste et virtuose/ et angeli sancti.
vnde Hugo vbi. s. In celo maxime habitare dicit: ꝙuis sit
vbiqꝫ: q: per celos intelliguntur angeli ꝛ homines iusti: in
quib⁹ maxime de⁹ habitat: sicut scriptuꝫ est: Anima iusti se
des est sapiētie. Sapien. ix. ꝯm aliā translationē. Et Aug. ex
ponit: Pater noster qui es in celis. i. in sanctis ꝛ iustis. non
eñ spacio locoꝝ cōtinet de⁹: quemadmodū eñ terra appel
lat⁹ est peccator: cū dictū est: Terra es ꝛ in terrā reuerteris. Gen. iij.
Sic iustus celū ecōtrario dici pōt. In iustis namqꝫ speciali
modo habitat de⁹: quo nō habitat in ceteris peccatorib⁹ et
irrationabilib⁹ creaturis. Castas siquidē mentes per gratiā
inhabitat: quib⁹ illabit ꝛ vnit illapsu sanctificatiuo: ppter
quod apostol⁹ ait. j. Cor. iij. Nescitis q: templū dei estis: et
spirit⁹ dei habitat in vobis. Et sequit: Templū eñ dei san
ctū est: quod estis vos. Et. ij. Cor. vj. inquit: Vos estis tem
plū dei viui sicut dicit de⁹: q̄m inhabitabo in illis. Et eadē
epistola. c. xiij. An nō cognoscitis vosmetipsos: q: xp̄s iesus
in vobis est: nisi reprobi sitis. Tota eñ dignantissima trini
tas que in hac oratione pater nominat: pias mētes inhabi
tat: in quib⁹ mirabilia operat. Nā de patre dicit Joh. xiiij.
Si quis diligit me sermonē meū seruabit: et pater me⁹ dili
git eū: ꝛ ad eū veniem⁹: ꝛ mansionē apud eū faciem⁹. De fi
lio q̄ est sapiētia increata: scribit Sapiē. vij. In alas sanctas
se trāsfert: ꝛ amicos dei ꝛ pphetas cōstituit. Et beat⁹ Aug.
iiij. de trini. dicit/ ꝙ de sapiētia dei que fili⁹ dei est: dictū sit:
Emitte illā de celis sanctis tuis vt mecū sit. Que ꝛ de seip
sa testimoniū ꝑhibet di. Delitie mee esse cū filijs hominuꝫ.
De spiritusancto dicit saluator: Rogabo patrē meū ꝛ aliuꝫ
paracletū dabit vobis/ vt maneat vobiscū in eternū. Joh.
xiiij. ℂ G Dicuntur aūt viri sancti celū metaphorice ob
quasdā cōditiōes ꝛ pprietates celoꝝ materialiū: que in eis
ꝑ similitudinē spiritualiter inueniunt. Primo ppter ornat⁹
pulchritudinē. Sunt eñ celi corpora lucida/ sole ac stellarū
multitudine ornata: ab ois immūdicie cōtagione remota.
Ita viri sancti ꝛ iusti sunt intellectu luminosi ꝛ clari: a vitio
rum maculis et feditate purgati: ꝛ charitate ac diuersarum
virtutū florib⁹ tanꝙ sole ardētissimo/ ꝛ stellis fulgidissimis
adornati. vnde beat⁹ Bern. super cantica: Anima sancta ce
lum est: in quo sol est intellect⁹: luna fides: astra ꝟtutes: Et
sicut stelle in nocte lucēt: in die latēt: Sic vera virtus est que
in prosperis nō apparet: in aduersitatib⁹ emicat. Et de apo
stolis specialiter dicit ꝙ celi sunt. vnde Honori⁹ super illud
ps. Celi enarrant gloriā dei. Celi ait sunt sancti apostoli: in
quib⁹ celata sunt secreta celestia dei. Ex quib⁹ rutilat sol sa
piētie: lucet luna sciētie: micāt stelle virtutū: coruscant ful
gura signoꝝ: crepant tonitrua predicationū: ꝛ manant plu
uie scripturarū. ℂ Scđo/ viri sancti celi dicunt ppter cele
stis cōuersationis celsitudinē. vñ apostol⁹ ad Phil. iij. No
stra cōuersatio in celis est. Peccatorū aūt conuersatio circa
terrena versat. de quo ps. Oculos suos statuerūt declina
re in terrā. ℂ Tertio viri sancti dicunt celi: q: sicut in celo
apparēt singularia opera dei/ quib⁹ regit inferiorē mundū:
ita in sanctis relucēt singularia opera trinitatis: in quibus
appropriata personarū apparēt/ potētia/ sapiētia/ bonitas.
Potentia patris in soliditate siue firmitate. Sapientia filij
in decore ꝛ luminositate. Bonitas spiritussancti in influen
tia ꝛ causalitate. Ita ꝛ in sanctis hominib⁹ ꝛ virtuosis tota
ipsa trinitas diuinarū personaruꝫ singularius/ ꝙ in ceteris
operatur. Pater fortitudinē qua ambulāt in lege dñi: vt nō
declinent neqꝫ ad dexterā; neqꝫ ad sinistrā: vt nō deficiāt in

aduersis: nec extollant̄ i pspe'ris. vñ scribit sapiēs Prouer. xij. Non cōtristabit iustū quicq̄d ei acciderit. Filius lumen fidei/ & credendoꝝ cognitionem: quo cauere possint heres ses & errores: & loqui sapiētiā inter pfectos. Unde pmisit christus se sequētib⁹ in virtutū opatione lumen vite: ne in (Job. viij) foueā erroꝝ & tenebraꝝ caliginē pcipiūt̄: dicēs: Qui se quit̄ me nō ambulat in tenebris: sed habebit lumē vite. Et (Lu. xxi.) alibi. Dabo vobis os & sapiētiā: cui nō poterūt resistere et cōtradicere oēs aduersarij vestri. Spūssanctus operat̄ in virtuosis mirabilē misericordiā & influxū ac bonitatis diffusionē. Docent siquidē sancti verbo vel opere vias dñi: vt impij ad ipm cōuertant̄: deriuāt quocūq; sua virtuosa opa in quoscūq; alios: vt inde fortificent̄ & roborent̄. Hinc glo riatus est pphēta se participē esse oim timentiū dñm & cu stodientium mādata. Hūc causalē influxū in alios testat̄ se (j. Cor. ix) habuisse aplus cū dixit: Factus sum oibus oia: infirmis in firmus: insipiēs insipientib⁹ &c. vt oēs facerē saluos. Vel si cut celū habet in lumine claritatē: in motu singularitatē: in virtute vigorositatē: Sic hec tria opat̄ in sanctis deus: illu minat intellectū remouēdo errorē: regulat affectū ordinan do amorē: influit ad pfectū ministrādo vigorē. ¶ H Hūc aūt plogum alij distinguūt in tres ptes: p quaꝝ pimā orās cōfortatur: per scdam dilatat̄: p tertiā eleuat̄. Vñ venerabi lis Hugo: Septē inquit petitionib⁹ pmisit prologū tribus verbis cōtentū. In pmo cor hois cōfortat: in scdo dilatat: in tertio eleuat & exaltat. Quis eñ audiens se patrē deum (Eph. v.) habere non aict̄ur ad spem glorie: Pater inq̄t: vt sim⁹ imi tatores dei sicut filij charissimi. Subdit noster: vt ad frater ne charitatis amorē dilatemur. Dicit q̄ es in celis: vt mēte in summis radicata q̄ sunt vtilia queramus. Itē in celis spi ritualib⁹: vt ad spūalitatē in qua habitat festinare discam⁹: et celestia ab eo petamus: vt vult glo. Matth. vi. ¶ Inno cē. aliter distinguit dicēs: Beniuolētia vo captat̄ a trib⁹ p sonis: cognitoris/ petitoris & assessoris. Cognitor est deus: petitor est hō: assessor est angelus. Innuit̄ psona cognito ris cū dr̄ pater: petitoris cū dr̄ noster: assessoris cū addit̄ qui es in celis. id est in angelis sanctis. de qb⁹ dr̄: Celi enarrant gl'iam dei. ¶ I Ex pdictis itaq; potest (deuote orare cu piens) talē formare meditationē ad deuotionis exercitiū. ¶ O trinitas vnus de⁹: Pater oim q̄dem creatiōe: hoim redēptiōe: fideliū adoptione: electoꝝ pdestinatione. Qui spūales filios generas p viuificam charitatis amoris pp gīnē. Utinā mihi misero sic tue amorose charitatis gemine gratiā infundas: vt filius tanti patris esse merear. ¶ No ster/ qui te nobis dare nō cessas p largissimā tue bonitatis diffusionē. Utinā p ardentissimi amoris adhesionem vere tuus esse merear: & paternā nobilitatē tuā dignis moribus imitari: amoreq; fraterno oibus filijs tuis fratrib⁹ meis in oib⁹ bonis cōicare valeam. Tu ergo pater excelsus in crea tione: suauis in amore: diues in hereditate: liberalis pater na cōmunione: a filioꝝ gratuita hac sacramentali regnera tione. Supbiam pximi cōtemptricē: q̄ indignos celesti pa tre reddit: a nobis misericorditer auerte. Ad gr̄am adoptio nis & vnionē fraternitatis seruandā nos cōuerte: vt pater nitatis tue gl'ia: & filiationis tue gr̄a: atq; vnione fraterna semp gaudeamus. ¶ Qui es in celis materialib⁹ admira bilis: tue potentie & magnitudinis ostensione. Et in celo su premo empyreo speculū eternitatis: corona iocunditatis: thesaurus felicitatis. In celis quoq; spūalib⁹ in sctis tuis/ p specialē tue gratifice illustrationis habitationē. Utinam miserabilis aia mea tibi fit celū clarū & nitidū ac varijs vir tutū syderib⁹ adornatū: vt tue sancte habitationis dignus hospes inueniar. Fiatq; omne desideriū cordis mei ad cele stia bona obtinenda/ contemptis omnibus transeuntibus oblectamentis. Sicq; meditando clausa in his verbis my steria vtcunq; supra exposita/ ad flammigeros diuine cha ritatis/ ac fraterne dilectionis affectus magna cum fidu cia assurgere potest: necnō et in odium sanctum vitiorum/ se tanta filialis adoptionis gratia indignum reddere cons tium. Et tantū de plogo dñice orationis. Sequitur.

¶ Lectio. lxvi. a

Sanctificetur nomē tuū. ¶ Post exordium sequit̄ tractatus: in quo petitiones ad deum fundēde cōtinent̄. Prius tamē q̄ ad huius textus diuisionē p cedatur: premittenda sunt aliqua de ordine petitionū & suf ficiētia. Quia ergo oratio hec pfectissima est: nō solū peten da compreh̄ēdit: sed etiā ordinē petendoꝝ instruit: Unde & desiderāda manifestat: Et quo ordine desideranda sunt in stituit. Cū eñ oratio desideriorū nostroꝝ est interpres: or dini desideriorū respondere debet ordo petitionū. Est aūt ordo desiderij et intētionis oppositus ordini executionis: nam in desiderio pmo cadit finis: Deinde que sunt ordina ta ad finem: & inter illa priora sunt intentiōe: que ppinquio ra sunt fini. Oppositū est in executione: ibi media ordina ta ad finē pcedunt finis assecutionē: et ea media sunt prio ra: que a fine sunt remotiora. Et sm hec multiplex ordo acci pi pōt in petēdis. De quo pulchre loquit̄ glo. Matth. vi. assignans rationē ordinis septē petitionū dñice orationis ita dicēs: Cū vita nostra tēporaliter agit̄/ sperantur q; eter na: priora sunt dignitate eterna: his tamē scz tpalibus pus accepris. In his autem septem petitionib⁹ oia bona psen tis vite vel future cōtinent̄: in quib⁹ est ordo mirabilis. Ut enim in Esa. legit̄: sicut septem dona sancti spiritus a sum mis incipiūt: & vsq; ad initiū sapientie/ scz timorem dñi/ de currunt: ita ordo precū a summis vsq; ad finem: vt a malis mūdi liberemur extenditur. Si autē in vtrisq; donis & pe titionibus a fine incipimus: ad perfectionē fit ordo ascen sionis. Si a summis: quia hoc de supernis accepim⁹: fit or do descensionis. Sed qr per hec/ scilicet dona nos ab imis ad summa cōsurgimus: septem beatitudines que per eadē dona querunt̄: de imis gradatim ad summā perueniūt. In precibus ergo est vt impetremus dona: in donis vt opere mur mandata: de operatione beatitudines sequūtur. Hec glo. ¶ B Duplex ergo ordo innuitur. Unus ascensio nis: qui in enumeratione beatitudinū seruatur Matth. v. Alius descensionis qui in enumeratiōe donoꝝ tenet̄ Esa. xi. Ubi dona hoc ordine recitant̄: Sapientia/ intellectus cōsiliū/ fortitudo/ scientia/ pietas/ timor dñi. Et huic cōfor mat̄ ordo petitionū. Qd̄ autē alius ordo in beatitudinib⁹: ali⁹ in petitionib⁹ obseruatur: hec est rō sm Alexā. pte. iiij. q. xxxv. Nā beatitudo est actus pfectus vt hic loquimur de beatitudine. Actus autē est in executione: ideo beatitudini bus cōgruit ordo executionis: que est ascensionis a medijs ad finem. Petitio vo est desiderij seu intentionis expssio: cui cōuenit ordo intentionis: qr qd̄ pmo desiderat̄: pmo in tenditur. Et hic est ordo descēsionis a fine ad media. Pri mo enim desiderat̄ finis: ac deinde media pper finem. Et quia petitionibus impetrantur dona quibus operari con ualescimus: ideo idem est ordo donorum et petitionū. Ex quo satis patet/ cur petitiōes dñice orationis non incipiāt a remotione maloꝝ: vt prius declinent̄ mala: deinde fiāt bona: sm illud Boetij. iij. de cōso. Qui vult ingenuū serere agrū: prius liberet arua fruticib⁹. Et illud Prouerb. xxiiij. Diligenter exerce agrum tuum: & postea edifices domum tuam. Quia alius esse debet ordo petitionum: alius ordo operationum et actuū: de quibus loquuntur auto. allega te. Ordo itaq; petitionum ordinem sequitur desideriorꝝ. In ordinato autē desiderio: vt dictū est: primo cadit finis: deinde ordinata ad finem. Finis noster deus est: in quē no ster affectus dupliciter tendit. Uno modo pper seipsum prout est summū bonū in se: qd̄ facimus dū per actū chari tatis deū in seipso diligimus: eiusq; gl'iam & pfectionem su per oia volumus. Alio mō tendit in eū desiderium nostrū/ vt est summū bonū nostrū: dū videlicet ipso frui cupimus per actum spei. Primum ptinet ad affectionē iusti. Scdm ad affectionē cōmodi. Illo eñ modo diligimus dñm vt cō modū nostrū: & ita nos diligim⁹ in deo. Utraq; dilectio bo na: sed pfectior est prima: qr vtraq; actus est virtutis theo

logice: sed prima virtutis excellentissime/scz charitatis: secūda spei. ¶ Ad primū igit̄ ptinet petitio prima: Sanctificetur nomen tuū: p quā petim⁹ gloriā dei. Ad scd͡m ptinet secunda petitio: Adueniat regnū tuuz: p quā petim⁹ ad gloriam puenire: q̄ cōsistit in ei⁹ clara visione ꝛ beata fruitiōe. Et sic iste due petitiones ordinant̄ ad finē/scz ad btitudinē. Prima ad btitudinem obiectiuā: scd͡a ad formalē. Obiectiua est deus: formalis est fruitio dei. ¶ E Ad finem autē hunc ordinat nos aliq̄d dupliciter. Vno mō p se: alio mō p accidens. Per se dirigit bonū qd͡ est vtile ad finem. Et hoc est duplex: nam aliqd͡ ordinat nos ad finem directe et principaliter: scz meritū quo beatitudinez mereamur deo obediendo. ꝛ quantū ad hoc petit̄: Fiat volū. tua sic in ce. ꝛ in ter. Alio mō instrumētaliter ꝛ quasi coadiuuando nos ad merendū. ad hoc ptinet qd͡ dicim⁹: Panē nostrū quoti. da no. ho. Siue intelligat̄ de pane vbi dei: siue de pane sacramētali: siue de pane corporali. Per accidēs ordinamur ad btitudinem p remotionē phibētis. Sūt aūt tria q̄ nos phibent a btitudinis cōsecutione. Primū est pctm̄: qd͡ directe phibet a regno dei: ꝛ quātū ad hoc d͡r: Et di. no. de. nr̄a sic ꝛ nos di. de. nostris. debita. i. pctā. Scd͡o phibet ꝛ impedit nos tentatio: q̄ retrahit ab obedientia diuine volūtatis: et inclinat seu inducit ad pctm̄: ideo petit̄: Et ne nos indu. in ten. Tertio nos impedit penalitas pn̄s: ideo subdit̄: Sz libera nos a ma. Hūc ordinē tradit sctūs Tho. ij. ij. q. lxxxiij. ar. ix. quē imitat̄ dn̄s Pe. de aliaco. ¶ D Pōt etiā planī⁹ accipi sufficiētia ꝛ ordo petitionū sic: Quia septē iste petitiones omē appetibile ꝛ recte desiderabile cōprehendūt. Omē aūt appetibile aut est collatio boni: aut remotio mali. Bonū cui⁹ collatio petit̄ est triplex: bonū celeste: bonuz spūale: ꝛ bonū tpale. Primū est glia: scd͡m grā: tertiū natura. Bonū celeste duplex est: scz obiectiuale/ꝛ formale vt dictū est. Malū qd͡ petit̄ auferri similiter est triplex: scz preteritū/presens ꝛ futurū: ideo petit̄ vt preteritū remittatur presens tollat̄: futurū caueat̄. Quattuor ergo predictis bonis conferendis correspōdent quattuor prime petitiones. Trib⁹ malis remouēdis correspōdēt vltime tres petitiōes.

mo diuino beneplacito cōformet̄. Sic exponit beatus Cy/
prianus. Fieri petim⁹ volūtatem dei ſicut in celo ⁊ in terra
q̄ꝺ vtrūq̄ ad cōſummationē nr̄e volūtatis ꝑtinet ⁊ ſalutis
Nam cū corpus e terra: ⁊ ſpm̄ poſſideam⁹ e celo: ipſi terra
⁊ celū ſumus: ⁊ in vtroq̄ id eſt in corpore ⁊ ſpū: vt dei volū
tas fiat oram⁹. Eſt eñ inter carnem ⁊ ſpiritū colluctatio ⁊
diſcordantib⁹ aduerſus ſe inuicem quotidiana congreſſio:
vt nō que volumus ipſa faciam⁹: dum ſpirit⁹ celeſtia ⁊ di/
uina querit: caro terrena ⁊ ſecularia concupiſcit: ideo peti/
mus impenſe inter iſta duo ope ⁊ auxilio dei concordiam
fieri: vt dum ⁊ ſpū ⁊ carne voluntas gerit̄: que ꝑ eū renata
eſt aīa ſeruetur. Et ſequit̄. quotidianis immo cōtinuis ora
tionib⁹ hoc precamur: ſicut in celo ⁊ in terra volūtatem dei
circa nos fieri: q: hec eſt volūtas dei: vt terrena celeſtib⁹ ce/
dant: ſpūalia ⁊ diuina ꝓualeant. Hec Cyprian⁹ ¶ Tertio
mō exponit̄ de hoīb⁹ iuſtis ⁊ pctōrib⁹: ita q̄ per celū in/
telligatur eccl̄ia iuſtoꝝ/ſeu fideliū ſm legem celi viuentiū:
⁊ ꝑ terrā cōgregatio pctōꝝ terrena querentiū: pro quoꝝ
cōuerſione ⁊ iuſtificatiōe orare debem⁹ ex charitate: vt ad
dei fidem cultū ⁊ agnitionē veniant: ⁊ ita celi fiant. De hoc
beatus Aug. in ſermo. de oratione dn̄ica dicit: Hui⁹ petitio
nis eſt alius ſenſus pius valde. Moniti eñ ſum⁹ orare pro
inimicis noſtris qui terra ſunt: quaſi dicam⁹. Credāt inimi
ci noſtri ſicut ⁊ nos in te credim⁹. Terra ſunt: ideo nobis
aduerſant̄. Celi fiant/⁊ nobiſcū erūt. Hinc etiā intellectū
tangit beat⁹ Cyprian⁹. vt recitat beat⁹ Aug. in lib. de dono
ꝑſeuerantie di. Uidit ⁊ aliū in his verbis ſenſum/beatus
martyr Cyprian⁹: vt ſcꝫ pro infidelib⁹ qui ſunt adhuc in ter
ra: terrenū tm̄ hoīem portantes orare intelligant̄ fideles: q̄
celeſti hoīe induti: nō imerito celi noīe intelligunt̄. vn̄ ſen
ſus eſt ſm eū. Fiat voluntas tua in infidelib⁹ ſicut in fideli
bus. Et poſt ſubdit. Nō tm̄ pro fidelib⁹ vt augeat̄ in eis vel
ꝑſeueret fides: verū etiā ꝑ infidelib⁹: vt habere incipiant:
ſctā eccl̄ia orat: vt qui adhuc ſunt prima natiuitate terreni:
incipiāt eſſe celeſtes ex aqua ⁊ ſpū nati. Huic cōcordat etiā
beatus Chryſ. ſup Math. dī. Hinc dn̄s pro orbe terraruꝫ
orationē cuilibet noſtrū iniunxit. Neq̄ eñ dixit: Fiat volū
tas tua in me vel in nobis: ſed vbicunq̄ terrarū: vt ſoluat̄
error: plantet̄ veritas: ⁊ expellat̄ nequicia vniuerſa: ⁊ reuer
tatur virtus: vt in nullo iam differat celū a terra. Si enim
hoc fiat nihil diſtabūt que inferius ſunt ab his q̄ ſuperius:
eti natura differant angelos alteros terra nobis oſtenden
te. Hec dicit: q: hoīes ſic celeſtē in terris vitā agentes ſimi/
les erunt angelis: nō natura terreſtri: ſed cōuerſatione cele
ſti. ¶ Quarto mō exponit̄: intelligendo ꝑ celū/hoc mate/
riale celū: ⁊ ꝑ terrā hoīes in terra conſtitutos: vt ſit ſenſus.
Fiat vo. tua ſicut in celo ⁊ in terra. i. ſicut illa q̄ in celo ma/
teriali ſunt tue parent volūtati: ita ⁊ hoīes hoc ipm̄ oſten/
dant. Illa eñ que ibi in celeſtibus ſpheris ſunt: dei ordina
tionem nequaq̄ tranſgrediunt̄. Sol eñ iuxta dei conſtitu
tum cōtinue mouet̄ de oriente in occidentē: ⁊ ad dei nutuꝫ
cōtra curſum naturalem diuino bn̄placito obedit: ſtando
tp̄e ioſue: retrocedendo tp̄e ezechie. Cetere q̄q̄ ſtelle ſphe/
re ⁊ planete dei ordinationi in ſuo curſu obediūt. Ita ⁊ in
nobis petim⁹: vt nihil dei preceptis cōtrariū inueniat̄: ſed
vt ꝑfecte illi obediam⁹. Nūc currendo de virtute in virtu/
tem: nūc ſtando ꝑſeueranter ac fortiter cōtra oēs chriſti ini
micos in bono: nūc retrocedendo ꝑ cōuerſionē a vita ꝑuer
ſa ⁊ ꝑditis morib⁹. Uel ſic. Fiat vo. tua ſicut in ce. ⁊ in ter.
id eſt ſi in celo eſt fertilitas ſm diuinū bn̄placitū ⁊ inſtitu/
tū cauſaliter ſcꝫ: ⁊ in terra idipm̄ ab hoīb⁹ accepet̄: vt ꝯtra
ꝓuidētiā diuinā nō remurmurēt: neq̄ cōtra ipſi⁹ ſapiētiſſi/
mā ordinationem. ¶ T. Eſt tamen in hac clauſula notan
dum q̄ ſm Chryſ. hec particula/Sicut in celo ⁊ in terra:
referri debet ad oēs predictas petitiones: ſcꝫ Sctificet̄ no/
men tuū. Adue. regnū tuū. Fiat vo. tua. Et ſic erit ſenſus.
Pater nr̄ qui es in ce. ſctificet̄ no. tuū. ſicut in ce. ⁊ in terra:
id eſt ſicut ſcti in celo te ꝑfecte ſctificant: q: vidētes clare ⁊
facialiter tuā maieſtatem ⁊ immenſam ꝑfectionem/te dili/
gunt: honorant ⁊ laudant ſine intermiſſiōe ⁊ faſtidio eter/
naliter: Ita da nobis vt adhuc in terra manentes ſanctifi/
cemus nomen tuū ſm noſtre fragilitatis poſſibilitateꝫ: vt
vite huius curſus ſinit ac permittit. Rurſus. Pater noſter
qui es in celis. Adueniat regnū tuum ſicut in celo ⁊ in ter
ro: id eſt ſicut in celo exiſtentib⁹ regnum glorie tue iam ad/
uenit/eterna ſcꝫ beatitudo: ita cōcede ⁊ nobis in terra mo/
rantibus: vt poſt huius vite curſum eterna beatitudo com

feratur. Demū pater noster qui es in celis: Fiat vo. tua si-
cut in ce. ⁊ in terra. i. sicut celi ciues cōformes sunt tue vo-
luntati: ꝑfecte scꝫ sine quātalibet declinatiōe: Ita dona no-
bis terrigenis vt nō nostrā: sed tuā volūtatem ꝑficiamus.
Ut velim⁹ vniuersa q̄ te nos velle cognoscim⁹: impleam⁹ q̄
precepisti: fugiam⁹ que ꝓhibuisti: affectem⁹ que promisisti:
amplectamur que cōsuluisti: opa tua magnificem⁹: ac te in
oibus benedicam⁹. Et sicut celi ciues in tue volūtatis cō-
formitate sunt stabiliti: vt ab illa declinare nequeant: ita ⁊
nostra in ea conformitate que est dicta: fortiter perseueret.
¶ M Sed circa hanc particulā dubitaṫ: Utrum beati in
celo possint se diuine volūtati difformare. Et ꝙ sic/arguiṫ
per illud Job. iiij. Ecce qui seruiūt ei nō sunt stabiles: ⁊ in
angelis suis repperit prauitatem. Prauitas aūt nō est sine
recessu a diuina volūtate: q̄ si semel facta est in celis: nō vi-
detur in futurū impossibilis. In oppositū videṫ: qꝛ in illo
regno btitudinis nihil pōt esse inquinatū. Declinare aūt a
diuina volūtate/magna est iniquitas: q̄ si ibi pōt cōmitti: ⁊
cōmittentes a regno illo expelli: quō diceret scr̄ptura. Et q̄
bona egerūt ibūt ad vitā eternā. Nō eñ est illa vita eterna
a qua ꝓpter pcm̄ expelliṫ. Primo rn̄debiṫ de facto. Scdo
de possibilitate. Quoad primū dicendum/ꝙ beati in celo
ꝑfecte cōformant se diuine voluntati: nec vnq̄ se illi diffor-
mabūt volēdo cōtrariū ei⁹ qđ deus vult. Quid eñ magnū
christus iussisset viatores orare vt fiat in eis volūtas dei si-
cut in beatis in celis: si illi sicut nos a bono ad malum pos-
sent declinare: ⁊ difformes fieri diuine volūtati: parū pre-
stantior esset ipsoꝝ cōditio: si illā quā adepti sunt beatitudi-
nem: per prauā volūtatē possent amittere: cū nil infelicius.
nihil sit miserius q̄ meminisse se fuisse felicem. Minor est
cruciatus boni impꝑfecte cogniti nō adipisci: q̄ a possesso
cū gaudio ⁊ exultatione exulare. Sic igitur adepti sunt bti-
tudinē: ⁊ in eternū illa nō priuabunṫ. Priuarenṫ aūt si se
diuine volūtati difformarent. Si nāq; hui⁹ tpis hoies indi-
gni fiunt dei gratia cū dei volūtati aduersanṫ: nō obstante
ipsoꝝ fragilitate: ⁊ multipliciter ad peccādū impelluntur:
nūc a carne ꝓpria: nūc a demonib⁹: nūc a falsis fratrib⁹: quā-
tomagis iā glorificatos necesse foret a btitudine excidere:
si nullo impetu ꝑurgente diuine volūtati conarenṫ repu-
gnare. hoc ergo ꝓcul est a ciuib⁹ ⁊ incolis regni celoꝝ: qui
ad beatitudinē nō momētaneā ⁊ transitoriā: sed stabilē; et
perpetuā sunt inuitati: dicēte christo: Uenite benedicti pa-
Math. xxv. tris mei: poss. dete paratū vobis regnū a cōstitutione mun-
di. Et sequiṫ. Ibūt hi in suppliciū eternū: Iusti aūt in vitā
eternā. Eterna aūt hec vita ⁊ beatitudo nō esset si ꝑ peccatū
⁊ difformitatē ad dei volūtatē interrūpereṫ. Un̄ sicut dam-
nati nō ꝯformabūt se diuine volūtati: qꝛ ipsa volūtas mala
⁊ supba ascēdit semꝑ: vt dicit ꝓpha: ita ecōuerso bti nō dif-
formāt se diuino beneplacito: sed neq; vnq̄ se illi difforma-
ps. lxxiij. bunt: ꝓpter quod idē de ipsis ait. In secula seculoꝝ lauda-
bunt te. Hinc Aug. lib. xiij. de trini. c. vij. Null⁹ volet male
viuere in illa felicitate: aut volet aliq̄d quod deerit: aut de-
Psalm. lxxxiij. erit quod voluerit. q̄cquid amabiṫ aderit: nec desiderabiṫ/
quod non aderit. Omne quod ibi erit: bonū erit: ⁊ summ⁹
de⁹ summū bonū erit: atq; ad fruendū amātib⁹ presto erit.
Et sequiṫ ad ꝓpositū. Et quod est omnino beatissimū: ita
semꝑ fore certū erit. Ecce dicit beat⁹ Aug. ꝙ certū erit bea-
tis/ꝙ ab illa beatitudine nunq̄ segregabuntur: sed felices
eternaliter ꝑmanebūt: ea propter suas volūtates diuine vo-
luntati nō difformabūt: qꝛ hoc sine peccato fieri nō posset.
Peccatū aūt in eis locū nō habet. Un̄ idē dicit in ench. Si-
cut nūc anima nostra nō habet nolle infelicitatē: sic et nolle
iniquitatē semꝑ habitura est/in vita scꝫ beata: ꝓpter quod
et describēs beatitudinē vbi supra dicit. Beat⁹ est q̄ habet
quicquid vult: et nihil mali vult. Difformari autē se diuine
volūtati/malū est etiā in viatorib⁹: quare i beatis minime
reperiṫ: qꝛ per hoc beatitudine priuarenṫ. Si eñ peccatū
ante adeptā beatitudinē homines repellit a beatitudine:
qꝛ malis dicet saluator. Ibūt hi in suppliciū eternū: quāto
magis si beatus peccaret: a beatitudine pelleretur. ⁊ ita bea-

tus fieret miser: ⁊ sic btitudo nō esset ꝑpetua: qđ est contra
statim allegata. Et idem Aug. xiij de tri. ca. viij. Nullo mō
igitur esse poterit vita veraciter btā: nisi fuerit sempiterna.
¶ N Quoad scđm/scꝫ possibilitatē/Utrū scꝫ beati pos-
sint se diuine volūtati difformare. Accipiēdo illā ꝓpositio-
nem in sensu diuiso: sicut de rigore verboꝝ accipiṫ: pōt tri-
pliciter intelligi. Primo vtrū beati ex naturali conditione
sue nature possint peccare: aut potētiā habeāt ad difformā-
dum se diuine volūtati. Scđo vtrū ꝑ aliq̄d sibi inexistens
tollaṫ ab eis posse peccare: qualiter in igne caliditas tollit
potentiā frigefaciēdi. Tertio an aliqua causa extrinseca im-
pediat beatos: ne se difformare possint diuine voluntati.
¶ Quantū ad primū intellectū/dicendū ꝙ considerando
naturas beatoꝝ s̄m se ⁊ naturales ꝓprietates/non videtur
ipsis deesse potentia ad peccandū. Nulla eñ creatura ex na-
tura ꝓpria est simpliciter impeccabilis: sed quelibet defice-
re pōt a rectitudine diuine volūtatis. vn̄ Ans. in li. cur de⁹
homo. Rn̄dens discipulo querēti ab eo: cur nō potuit de⁹
facere creaturā rationalē impeccabilem. Rn̄det: qꝛ nō po-
tuit ipam facere deū. Item beat⁹ Aug. cōtra maximū. Cui-
cūq; rationali creature prestaṫ vt peccare nō possit: nō est
hoc nature ꝓprie: sed diuine gratie. Ex quib⁹ cōcludiṫ bea-
tos ex ꝓpria natura nō esse impeccabiles. Et pro illo argui-
tur a posteriori. Nā angeli beati ante adeptionē beatitudi-
nis fuerunt in via: siue in statu vie in quo poterant bene ⁊
male agere: qđ ostendit effect⁹: quoniā aliqui peccauerunt
⁊ damnati sunt: alij stando meruerūt beatitudinem: ⁊ con-
firmati sunt. Cū ergo in vtrisq; naturalia māserūt integra:
neq; substātialiter fuerūt mutata: igiṫ quantū est ex parte
nature/remāsit in eis potentia ad oē id ad qđ pri⁹ potētes
extiterūt. Et s̄m hoc accipi debet dictū bti Hiero. in tract.
de filio prodigo. Solus deus est in quē pcm̄ cadere nō po-
test: scꝫ ꝓprie sue nature ꝑfectione. ¶ O Quantū ad se-
cundū intellectū videṫ posse cōcedi beatos peccare nō pos-
se. Habent eñ intra actū beatificū ⁊ gratiā: que miseriā cul-
pe secum nō cōpatiunṫ. Habēt aūt nō sicut nos in hac mor-
tali vita habemus: gratiā: a qua frequenter per pcm̄ exci-
dimus: ⁊ iterū ꝑ penitentiā recuperam⁹: sed habēt inamis-
sibiliter: nec est in eoꝝ potestate se ab illis nudare. Btitu-
do eñ sicut ⁊ gratia: a solo deo est: ita vt beat⁹ btitudinem
nō eliciat: sed dūtaxat eā a deo recipiat: quapropter nō est
in sua potestate vt eam a se remoueat. Quāuis eñ possibi-
le est beatū cessare ab omi actu quē causat ex sua libertate:
nō tamen est possibile vt destruat qđ in se habet ꝑ actionē
superioris agentis maxime dei: qui prestantior est in cōser-
uando suū effectū: q̄ sit creatura ipm̄ abiiciendo. Uerū qꝛ
beatitudo ⁊ gratia accidens est per accidens: id est contin-
genter inexistēs beato: nec beatus has naturaliter sibi de-
terminat: sicut ignis calorē a quo naturaliter separari non
potest: sed tota inseparabilitas est ex bn̄placito diuine vo-
luntatis. Idcirco melius reduciṫ impeccabilitas beatorū
in deū tanq̄ in causam extrinsecā: s̄m tertiū intellectū pre-
missum: q̄ in causam formalem s̄m intellectū scđm. Un̄ s̄m
hoc dicendū: ꝙ beati se nō possunt diuine voluntati diffor-
mare: qꝛ ita sunt in bono cōfirmati: ꝙ ad malum declinare
nō p̄nt. Consistit aūt hec confirmatio in vno positiuo/⁊ in
vno quasi priuatiuo seu negatiuo. Positiuū est ꝙ de⁹ con-
seruat sine interruptiōe actū beatificū in beato: q̄ est maxi-
mū bonū cui⁹ natura itellectualis capax est: ⁊ iō eā creatu-
ra remouere nō pōt. Dei eñ volūtati q̄s resistit. Negatiuū
est: qꝛ statuit deus nō velle coagere beato ad actū beatitu- *Ro. ix.*
dini formaliter vel virtualiter repugnantem: quapropter
beatus ex virtute sua actiua/nullū talē potest elicere: quo
demereretur beatitudinem perdere: qꝛ causalitas dei requi-
ritur ad ꝓductionē cuiuslibet effectus positiui: qua suspē-
sa nulla creatura pōt quicq̄ efficere. ¶ P Ex his duob⁹
simul beati sunt in beatitudine perpetuo cōfirmati: scilꝫ ex
eo ꝙ deus ꝑpetuo cōseruat in eis actū/scꝫ clare visionis/⁊
perfecte fruitionis: in quib⁹ est essentialis beatitudo. Ex se-
cundo sunt indefectibiles: qꝛ propter subtractionem diui-

ne cansalitatis habere nō possunt volubiles cogitationes
circa beatitudinem: nec elicere possunt actus beatitudini
qualitercūq3 cōtrarios: sed nec omittere actū ad quem te-
nentur: actū scʒ diuine ac fruitiue dilectionis: quo intensis-
sime ꝛ super oia diligūt deum: q2 ille cōseruatur a deo: cui
repugnat ois inordinatus actus ꝛ omissio inordinata. Et
ꝭm hoc intelligi pōt dictū bti Aug. supra allegatū: scʒ non
posse peccare nō competit illis ex natura: sed gratia. i. gra-
tiosa dei volūtate. Et ex reuelatione horū duoꝝ/beati sunt
securi de sua beatitudine: q2 de⁹ reuelauit eis/ꝙ vult semꝑ
beatitudinē in ipsis cōseruare: ꝛ ipsis nō coagere ad actu
maiū sibi displicentes: ꝛ sic patet intellect⁹ alterius qđ ad-
dit Aug. scʒ ꝙ beatissimū est ita semꝑ fore certū erit: scʒ per
reuelationem dei. ❡ Ad argumentū in oppositū. Respon
detur ꝙ in angelis reperta est prauitas ante btificationem
coꝝ/dum adhuc erant viatores: Sed post adeptā beatitu-
dinem nullus cecidit de statu beatitudinis: q2 in ipsa cōfir
mati: beatitudinē in ipsis deo ꝑpetuo cōseruante. Et tantū
de illis dubio. ❡ Q Sūmando igitur que dicta sunt: de-
uotus orator hanc petitionē ꝓferens ita meditationis sue
attentionem verbis accōmodet vt dicens: Fiat vo. tua: cū
effectu mentis credat deū: vt abbas ysaac ait: oia q̄ videnť
vel aduersa vel ꝓspera pro nostris vtilitatibus dispensare.
Magisq3 eū ꝓ suoꝝ salute ꝛ cōmodis ꝓuidū atq3 sollicitū:
ꝙ nosipsos esse pro nobis. Hoc credens affectuose petat:
Fiat vo. tua/sicut in celo ꝛ in terra. Da pater noster qui es
in ce. spm̄ boni cōsilij: quo misericordes effecti: tuā volun-
tatem in terris impleam⁹ ꝓ modulo vt: sicut impleť in ce-
lo pro mō patrie auaricia religata. Dona pater noster gra-
tiam tuā: ꝑ quā nostra volūtas terrā despiciēs esse incipiat
deiformis. Hec em̄ est voluntas tua. nam voluntas tua sa-
lus nostra est: qua vis oēs homines saluos fieri: ꝛ ad veri-
tatis agnitionem venire. i. Tim. ij. Voluntas tua sanctifi-
catio nr̄a est: vt mūdati ꝛ sanctificati in terra/illuc introire
possimus: quo nihil coinquinatū poterit introire. Volun-
tas tua est: vt nō moriať peccator: sed cōuertatur ꝛ viuat.
Voluntas tua est o pater noster: quā christus vnigenitus
tuus de celo in terra missus ꝛ fecit ꝛ docuit. Hec est humi-
litas in conuersatione: stabilitas in fide: verecundia in ver-
bis: in factis iusticia: in operibus misericordia: in moribus
disciplina. Iniuriaʒ facere nō nosse: factam tolerare: posse
cum fratribus pacem tenere: deū toto corde diligere. Ama-
re in illo quod pater est: timere quod dn̄s est. Christo nihil
omnino preponere: q2 nec nobis ille quicq3 preposuit: cha-
ritati eius inseparabiliter adherere: cruci eius fortiter ac fi-
denter assistere. Quando de eius noie ꝛ honore certamen
est: exhibere in sermone constantiā qua cōfitemur: in que-
stione fiduciam qua congredimur: in morte patientiā qua
coronamur. Hoc est coheredeʒ christi velle esse: hoc est pre-
ceptum dei facere: hoc est voluntatem patris adimplere.
Fiat igitur o pater voluntas tua: in peccatorū conuersio-
ne/per opus penitentie. In conuersorum sanctificatione:
per munus gratie. In sanctificatorū saluatione per bonuʒ
perseuerantie. In saluatorū perpetua clarificatione per do-
num glorie. Fiat inquā sicut in celo ꝛ in terra: sicut in an-
gelis/sic in hominibus: sicut in iustis/sic in peccatoribus
et aduersis. Sicut in portione superiore mentis: sic in sen-
sualitate carnis. Sicut in christo capite qui venit de celis:
sic in ecclesia eius corpore que peregrinatur in terris. Fiat
vt perfecta conformitate tue sanctissime voluntati consen-
tiamus: quatenus omnia tibi placita approbemus: salu-
tis antecedentia apprehendamus: preceptis/prohibitioni-
bus/consilijs obtemperemus: in omnibus bonis ꝛ operi-
bus te benedicamus. In permissionibus tuam misericor-
dem patientiam agnoscamus. Nec aliud velle ꝛ nolle con
cupiscamus: nisi qđ te patrem nostrum qui in celis es: nos
velle nouimus ꝛ nolle. Sicq3 nos perseuerantes in tua for-
la bona semper ꝛ optima voluntate: ꝛ nunc in terris tꝑali-
ter: ꝛ dehinc in celis viuere eternaliter valeamus.

Ezech. xviij.

❡ Lectio. lxx. A

Panem nostrū quo-

tidianū da nobis hodie. ❡ Premissis petitio
nibus q̄b⁹ pro bonis maximis. i. glia regni: ac
ꝓ medijs: scʒ gratia qua ad regnū ꝑuenit: deū
patrem oram⁹: sequiť petitio quarta qua ꝓ bonis infimis:
bonis scʒ corporis tꝑalib⁹ ac fortune patreʒ obsecram⁹. Et
licet ad litterā petitio illa de bonis ad corporis sustentatio
nem ꝑtinentib⁹: ꝛ ꝑ paneʒ quotidianū intellectis exponať
nihilomin⁹ ꝑ sanctos ꝛ doctores ei⁹ expositio ad ea quibus
nutriť aia: extendiť ꝭm multiplicē panis mysticā significa-
tionem. Est em̄ panis naturalis sustentationis: penitentie
ꝛ laboris: intelligentie illuminātis: grē viuificātis: eucha-
ristie cōfortantis: deuotiōis sursum agentis: glorie cōsum-
mantis. Prius tn̄ q̄ de mysticis tracteť: ꝓsequamur ad lit-
terā de pane corp⁹ sustentāte. Ubi in p̄mis aduertendū/ꝙ
licet ꝭm apl'i doctrinā ꝓhibeamur carnis curā agere in desi
derijs: possum⁹ tn̄ curā ei⁹ gerere in his q̄ saluti ei⁹ sunt ne-
cessaria: ꝛ q̄ ad naturalē ei⁹ subsistentiā requiruntť. Pro his
em̄ obtinendis docuit nos christus orare ꝛ dicere. Panem
nostrū quoti. da no. ho. Voluit aūt christ⁹ nos/q̄ filij sum⁹
dei: quoꝝ pater celestis ꝓuidētiā gerit specialē: ab eodē pa
tre quotidianū panē ꝛ victū requirere: vt ipm patrem nrm
recognosceremus: ꝓfiteremurq3 nos ipsius ꝓuidentia indi-
gere. Qđ maxime humili prece ostendim⁹. Nā qui ab alio
petit: in se indigentiā: ꝛ in alio beniuolentiā attestať. Petē-
do itaq3 nostrā indigentiā cōfitemur. Sum⁹ em̄ cōpositi ex
duab⁹ substātijs: corpore scʒ ꝛ aia: quarū quelibet iuxta na
ture sue cōditionē/indiget refectiōe/defensione/ꝯseruatio-
ne: varijs q3 adiutorijs ꝛ sustētamentis: ꝓ quib⁹ habem⁹
deū iugiter implorare. Petim⁹ aūt ea q̄ ad salutē aie ꝑtinē-
bum oram⁹ vt in nobis dei nomen sanctificeť: vt nobis re-
gnū glorie adueniat: vt ꝑ gratiā nostrā volūtatē diuine vo
luntati cōformem⁹. Cōsequēter nunc requirim⁹ iuuamēta
quib⁹ corpus reficiam⁹ dicentes: Panē no. quoti. da no. ho
die. Noie aūt panis oia intelligēda sunt: quib⁹ humani cor
poris fragilitas ad sui sanitatē ꝛ conseruationē indiget: vt
sunt conueniens cibus ꝛ potus: vestit⁹: habitatio ꝛc. vnde
Gen. xxviij. dixit Iacob patriarcha. Si dn̄s dederit mihi pa
nem ad vescendū: ꝛ vestimentū ad induēdū: erit mihi dn̄s
in deū. Ubi ꝑ panē (sicut in plerisq3 alijs scripture locis)
intelligiť victus necessarius ad aialis vite sustentationē.
Et hoc est qđ dicit beat⁹ Aug. ad probā. Dicentes Panem
no. quoti. da no. hodie. sufficientiā vite illam noie panis si
gnificam⁹. ❡ B Fecit aūt dn̄s mentionē de solo pane ꝛ
nō docuit nos expresse petere carnes/pisces/vinū ꝛc. cum
tamen hoīes his indigeant pro cōpetenti ac salubri sua su-
stentatione: vt ex mō loquendi nobis insinuaret: vt quātū
cōmode possum⁹ paucis cōtenti sim⁹: ꝛ cōmunib⁹ ad victū
necessarijs. vn̄ dicit Chrys. Christ⁹ solū panem petendū do
cuit: vt habentes alimenta: ꝛ quib⁹ tegamur: his cōtenti si-
mus: innuens ꝙ solū petere habeam⁹ necessaria nō delica-
ta nec sꝑflua. Ideo postulāda sunt nobis necessaria vite:
non ciboꝝ diuersitates ꝛ vina: odorifera ꝛ cetera que dele
ctant guttur: onerāt ventrem: ꝛ mentem ꝑturbant: sed pa-
nis qui pōt substantiā corporis sustētare. Unde ꝛ sapientis-
simus salomon nō pro sꝑfluis: sed pro necessarijs orauit
ad dn̄m dicens: Mendicitatē ꝛ diuitias ne dederis mihi:
sed tn̄ tribue victui meo necessaria: ne forte satiatus illiciar
ad negandū ꝛ dicā: quis est dn̄s: aut egestate cōpulsus/fu-
rer ꝛ piurem nomen dei mei. Prouerb. xxx. Que aūt sunt
necessaria vite: exprimitur Ecci. xxix. Initiū vite hominis
aqua ꝛ panis: ꝛ vestimentū: ꝛ domus protegens turpitu-
dinem. Idē. xxxix. ❡ C Sūpsit aūt ex hac particula quo-
rundam error occasionem dicentiū: ꝙ fideles solum licite
possunt petere a dn̄o ea que ad victum tenuissimū spectant
panem scʒ et aquam: ꝙq3 peccent omnes qui se lautius et
largius reficiunt/q̄ victu tenuissimo: quo natura ne defi-
ciat valeat sustentari. Sed huius erroris falsitas patet per
aplm. i. ad Tim. iiij. vbi contra quosdā erroneos doctores

Panis multiplex

Ro. xiij.

A ij

loquens dicit. Tales prohibent nubere: et quasi scȝ malū sit: ⁊ precipiunt abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendū cum gratiarū actione fidelib⁹: ⁊ his qui cognouerunt veritatem: qꝛ oīs creatura dei bona est: ⁊ nihil reiciendum qđ cum gratiarū actione ꝑcipit. tanꝙ ꝓhibitū a cerimonijs ve. le. qm̄ cerimonie ille cessauerūt: qđ tamen sic docentes astruxerūt. Aut tanꝙ a deo tenebrarū creatū: aut legali obseruantia cōe ⁊ immundū. Preterea christus aplos quos docuit hanc orationem: dū eos mitteret ad predicandum hoībus fidem: nō precepit comedere solum panem ⁊ bibere aquā. Sed in quācūq₃ domū intraueritis ait: in eadem manete edentes ⁊ bibentes que apud eos sunt. Non est tamen verisimile quin sepius recepti sunt ab his ꝙ etiā lautos cibos preparauerunt. Preterea christus in cōuiuio nuptiali quo aquā cōuertit in vinū: nec ipse tunc aquā bibisse legitur: ⁊ alijs vinū ministrasse. Item cū ipse dn̄s magnā multitudinem refecit in deserto: nō solū panem: sed et pisces multiplicauit. Et dn̄s ipse ꝗꝗ homo fuerit sobri⁹ ac temperatissim⁹ in nullo virtutis mediū excedēs: tamen sic cum hoībus ⁊ vsitatis cibis vescebat: vt quidā phariseoꝝ polluto ore ipsum voratorē carniū ⁊ potatorē vini appellauerunt. Preterea christus in euāgelio cōtra phariseos: ꝙ cibos discernebant: ⁊ circa ipsos cerimonias obseruabant diuersas dicit. Audite ⁊ intelligite: nō qđ intrat in os/coinquinat hoiem: sed qđ ꝓcedit ex ore/hoc coinquinat hoiem. Sequit. Omne qđ intrat in os ⁊ in ventrem vadit: ⁊ in secessum emittitur: nō coinquinat hoiem: que vo de ore ꝓcedūt de corde exeunt: ea sunt ꝙ coinquinant hoiem. Ad idem facit qđ dixit dn̄s ad noe post diluuiū: Oēs pisces maris manui vestre traditi sunt: ⁊ omne qđ mouet ⁊ viuit erit vobis in cibū. Quasi olera virentia tradidi vobis oīa: excepto ꝙ carnem cū sanguine nō comederis. Ex quib⁹ satis videtur ꝙ licitū est hoīb⁹ alijs cibis ꝙ aqua ⁊ pane siue tenuissimo victu vti: ex cōcessiōe beniuolētie dei exēplo christi ⁊ aploꝝ. Quapropter ꝑ his possum⁹ licite orare. ¶ D Sed quid de tot salsamentis ac ciboꝝ varietatib⁹: exquisitissima cocorum arte: aromaticis speciebus cōditis ⁊ multiplicatis: quib⁹ plurimi vtuntur. Nūquid orantes: Panē no. quoti. da no. possunt hanc petitionem referre ad horū ferculorū multiplicium donationem. ¶ Rñdetur ꝙ cibi preparati delicate ſm medicine aut cocoꝝ artem/de se mali nō sunt: sed res sunt indifferentes ad bonū ⁊ ad malū. Dicunt aūt boni ⁊ mali occasionaliter ex ipsoꝝ bono ⁊ malo vsu: ꝙ ex ordinato aut ꝑuerso hoīs appetitu cibum sumentis ꝓcedit. Unde btūs Greg. iij. moral. Nō cibus: sed appetitus est in vitio. Un̄ lautiores cibos quandoq₃ sine culpa sumim⁹: et abiectiores nō sine reatu cōscientie degustam⁹. ⁊ exemplificat. Esau primatū ꝑ lenticulam perdidit: ⁊ helias in heremo virtutem corporis carnem edendo seruauit. Un̄ ⁊ antiquus hostis primū sibi hoiē: nō carne sed pomo subdidit ⁊ secundū nō carne sed pane temptauit. ¶ Ex quo apparet: ꝙ nec cibus cōis ⁊ grossus de se bon⁹ est: quin aliquis ipo possit abuti. Un̄ patet ꝙ cibi ⁊ potus delicati et cetere res tꝑales tales sunt/qualis est anim⁹ vtentis. Ut si vtens cibo ⁊ potu delicato bono fine temperata sobrietate: ⁊ recta intentione vt sanior/viuacior/ac robustior ad officiū suū exercendū reddat: aut cū gratiarū actione: qꝛ cibi tales dati ⁊ cōcessi sunt humano victui: boni censent. Si vo qs grossioribus vtitur ex cupiditate inanis glorie: vt appareat sanctior: aut temperatior: aut vt ventris ingluuiem expleat: cibus grossus malus iudicat. Et hoc est qđ dicit btūs Augu. Fieri pōt vt sine aliquo vitio turpitudinis ⁊ voracitatis preciosissimo cibo vtatur sapiens. Insipiens autem fedissima gule flamma in vilissimum cibum inardescat.

¶ E Uerū ꝑ particulariori respōsione sunt tria attendēda. Primū: cōditio vtentis. Utrū scȝ sit ꝑsona in dignitate cōstituta vel plebeia: ignobilis vel generosa: secularis aut religiosa: docta vel rustica: tenera aut robusta: sana aut infirma. Hos eni᷑ non similibus cibis decet refici: sed alijs ⁊ alijs iuxta statuū conditionū ⁊ officioꝝ atq₃ exercitiorum diuersitatem. Grossioribus siquidem indigent corꝑalib⁹ insudantes laborib⁹: melioribus vacātes studio aut exercitio rationis. Sic nobiles/presidentes/diuites/infirmi/subtilioribus cibis indigent. Meliores siquidem cibi ⁊ potus sanguinem vt cōiter generant meliorem. Ex ipo nāq₃ subtiliores spūs vitales sensitiui generant: qui multū faciunt ad acumen ingenij ⁊ intelligibilis iudicij: ad viuacitatem sensuū: que presidentib⁹ ac docentibus multū forent vtilia iudicantur. Quis deniq₃ tales plurib⁹ solicitudinib⁹ fatigantur: spūalibus marcescunt laborib⁹: poterūt pre ceteris indulgentius cibis: ⁊ talib⁹ que ad corporis sanitatem conferunt: licentius vti. Etiā alio respectu nobiles potentes et prelati magnificentiā facere possunt sup alios: vt in ipis dignitas coronet: potentia nō ledat: ⁊ reuerentia debita tribuatur: que crebro his subtrahunt: dum qui ad exteriorē apparatū attinent/ab eisdem omittunt: que plus in experientia ꝙ in codicib⁹ addiscunt. Hinc ⁊ beat⁹ Augu. disposuit in regula: vt aliter tractet delicatus ex mūdo cōfluēs aliter grossus ⁊ plebeius ante introitū in paupertate degēs. Et hui⁹ dicti rationabilitas trahi videt ex factis in primitiua ecclesia: vbi ꝙuis fidelib⁹ oia erant cōmunia: tamen distribuebant singulis prout vnicuiq₃ opus erat: iuxta videlicet fidelium statū ⁊ conditionem. Similiter de infirmis qui delicatius nutriri debēt: vt manifeste patrū regule docent. De teneris ⁊ delicate nutritis scribit btūs Aug. in de verbis dn̄i. Utant diuites cōsuetudine infirmitatis sue: et doleant se aliter nō posse. Nō extollit pauper de mendicitate: tu quare extolleris de infirmitate. Utere cibis electis ⁊ preciosis sicut cōsueuisti: qꝛ aliter nō potes: qꝛ si cōsuetudinem mutas: egrotas. Cōcedit tibi vti necessarijs: da pauperib⁹ superflua: vtere preciosis: da pauperib⁹ vilia. Sic igit diuersa vtentiū cōditio/magnā facit differentiā in cibis et potibus cōib⁹ ⁊ delicatis. ¶ F Secundū cōsiderandū est cōsuetudo regionū ⁊ mos cōuiuentiū. Habet quidē regio vna cibos delicatiores ꝙ alia/etiā quantū ad substantiā edibiliū: habet ⁊ mos hoim certarū terrarū cibos delicatius ⁊ exquisitius ꝙ alioꝝ preparare: cui cōsuetudini licite potest quis se cōformare: edendo ⁊ potando absq₃ hoc ꝙ mediū excedat virtutis. Un̄ dicit beat⁹ Aug. Quid loco tꝑori ⁊ personis cōueniat diligenter attendendū: ne timere flagitia vbi nō sunt deprehendam⁹: qui parcius cibos vtit ꝙ mos habeat quib⁹ cōuiuit: aut intemperans est aut superstitiosus. Et qđ mirus videt de bene olentib⁹ siue odoriferis boniſq₃ odorib⁹: ꝙ licite quis vti his possit ꝙ cibis delicatis: asserit idem de se loquens. De illecebris inquit odoris non nimis satago: dum desunt nō requiro: dum assunt nō renuo: paratus sum carere eis. Et quid mirū si iuxta cōsuetudines regionū/⁊ hoim mores/liceat quēȝ lauti⁹ ⁊ delicatius refici ꝙ suus mos habeat: cum cōsuetudo patrie ⁊ hoim ritus alieni licentiā tribuat comedendi: vbi alias sibi fuerat ieiunandū: ⁊ a cibis simpliciter abstinendū. Sic respondet btūs Amb. btō Aug. querēti: an sibi ⁊ matri cū mediolani existerent: ieiunandū foret sabbato/iuxta morē sue ciuitatis. an eccl'ie mediolanen. more prandēdū. Quid aliud ait Amb. huic dicere possum: ꝙ qđ ipse facio. Et subdit. Quādo hic sum tunc nō ieiuno sabbato: qn̄ rome sum ieiuno. Et amplius eos instruens subdit. Ad quācunq₃ ecclesiā veneritis: ei⁹ morem seruate si pati scandalū nō vultis aut facere. Hec Augusti. in epistola de ieiunio sabbati.

in decl. christia.

¶ G Tertiū est intentio vtentiū: quo scȝ fine cibos exquisite sibi preparent. Utrū ꝑpter iactantiā aut inanē gloriā: vt liberales predicent: aut inordinatos in se motus excitent: vt potentes sint in malo: ⁊ ita nemini licet vti delicatis cibis. Sed neq₃ sic licet vti cōmunib⁹ ad finem inordinatū. Nam ois actus etiam de genere bonus ordinatus in finē culpabilem ⁊ malū: culpabilis est ⁊ malus: qꝛ a fine iustū est singula denominari. Et in moralibus circumstantia finis est potissima: penes quā attenditur actus bonitas malicia ve. Aut huiusmodi delicata ciborum preparatio fit intentione delectationis gustū consequentis in ciborum et

potuum sumptione. Et tunc aut fit intra limites legis christiane: puta q2 sic delectari querens nullū preceptū violat vere vel interpretatiue/parat9 omittere si deus vel eccl'ia sic delectari phiberet: τ tunc aut nullum aut leue peccatū est: aut veniale: qd aqua benedicta abluit. Aut fit hmōi delicata preparatio citra legem: puta q2 ex tanta libidine querit delectari in cibo τ potu: vt postponat deum: nō curando vtrū ex hoc impediat in operationib9 spūalibus: τ an per hoc/ preceptū dei vel ecclesie transgrediat. Neq3 paratus est cessare si phiberet: tūc nō est sine malicia τ mortali peccato: si oia hec assunt. Hui9 simile ponitur in delectatione actus cōiugalis: que si querit intra leges matrimonij: nullum aut veniale est pctm̄. Si aūt citra siue extra limites cōiugij: paratus hoc idem facere si cōiunx non esset: peccatū est mortale. Qui ergo sic querunt cibos delicatos: sunt hi quoz deus venter est: qui in preparandis cibis (vt Hugo ait in de claustro aie) studiū adhibent: infinita decoctionū frixurarū τ cōdimentoz genera excogitantes: mō mollia: modo dura: mō calida: mō frigida: mō cocta: mō assa: modo pipere: mō alijs: mō sale cōdita: sm cōsuetudinem pregnantiū mulierū desiderantes. Hoz etiā palatū p ferculorum multiplicationem τ variā preparationez seducit: qm̄ varietas fastidiū tollit: τ cū iam stomachus crebris ructibus repletuz se indicat: nondū tamen curiositas satiatur. ¶ Est τ alia intentio/ qua quis cibū τ potū delicatū querit: dum quis nō in eis finem statuit: querens dūtaxat delectari: sed assumit ipos tanq̄ adminicula/ quib9 ducit in finem altiorem τ meliorē vt in se vires excitet: quaten9 in se corporis valitudo cōseruet: τ sensuū pportionata viuacitas ad exercitiū spūalium operū aie: vt aptior inueniat in his q̄ ad salutem cōferunt: siue illud sit studiū litterarū: siue modulatio psalmoz: siue meditatio diuinoz: aut instructio fideliū: siue qdcūq3 aliud habens ordinem ad salutez Ad hunc quippe finem nō mō licet vti cibis subtilioribus: sed sepe meritoriū est: dum tamen modus seruet in quāto pariter τ in quali: sm exigentiā psone/ tpis/ τ laborū ei incumbentiū ex officio aut ppria deuotiōe. ¶ H Et oia sic corporis nutrimēta necessaria τ accōmoda panis nomine sunt intelligenda in petitione dn̄ice orōnis. Et licet panis τ cibus tenuis sustentationi vite sufficiant: qm̄ modicis cōtenta est natura vt in esse saluet: q2 tamē refectio lautior quatenus valet sm predicta ad sensuū integritatem: τ eam corporis valitudinē quo subseruire pōt spūi: licite a nobis peti pōt: ppter qd vbi nos dicim9 Panē no. quoti. vt Lucas scribit: Mat. dixit Panem nostrū supsubstantialē. Est enī panis substantialis: est panis supsubstātialis: τ est panis supfluus. Panis substātialis est vict9 tenuis sufficiens ad corporalis vite sustentationem vt non deficiat tm̄. Qui ideo substātialis dicit: q2 ad substantie cōseruationem necessarius est τ requirit. Panis supsubstātialis est quo corporalis vita cōseruat/ cum bona corporis mēbroz τ virtū valitudine: que sufficit ad operationē psone incumbentiū ordinatā executionē. Panis supfluus est qui preter predicta/ voluptates multiplicat: τ sensuales delectationes parit: q̄ nō ad finem hoīs que est aie salus pmouet: magis autem impedit. Pro primis duob9 panib9: hoc est substantiali τ supsubstātiali petimus. Pro tertio nullaten9 licite orare possum9. Ita tamen panem nobis dare petam9 a dn̄o: vt in eis finem nō ponam9: sed ea petere debem9 tanq̄ quedā adminicula: quib9 ad finez qui est btitudo aie adiuuemur. Cum enī vita nr̄a tpalis: ad acquirendū eternam ordinata est: intantū hui9 vite nobis querēda sunt necessaria: inquātum ad hūc finem cōferūt τ cōducunt. Hinc beat9 Aug. ad probā: Sufficientiā vite nō indecenter vult quicūq3 ei vult τ nō amplius: que nō appetitur ppter semetipsam: sed propter salutem corporis: τ ppter cōgruentem habitū persone hominis: vt nō sit incōueniens cū quibus viuendū est. Illa ergo cū habent/ teneantur: cum nō habent/ orandū est vt habeant. De hoc etiam Alexan. par. iiij. q. xxxvij. ait. Panis corporalis non est petendus: vt illud qd principaliter intenditur obtineri oratione ista: sed vt adminiculū illi qd principaliter postulatur. Petitur enī panis materialis ad sustentandū corpus: ne succūbat in exercitio operationū iustitie: sed cooperet spiritui: vt assequatur quod intendit. vnde petitur vt adiectum: non vt principaliter intentum. Hinc glo. Luc. xj. Quia etsi panis materialis hic petatur: nō petitur vt primo τ principaliter intentum et petendū: sed vt adiectum τ posterius intentum. I

Nostrum Nostrum dicim9 τ nō meū: vt nemo sibi temporalia pro sua dūtaxat vtilitate appropriet: sed ea q̄ a deo pcipim9 alijs prout indigētia τ necessitas expostulat: impartiamur. vnde dic Chrys. Oia que nobis orantib9 dn̄s dat: siue militantib9: nō nobis solum dat: sed τ alijs per nos: vt de eo qd percipimus a deo: partem impotentib9 faciamus. Item sicut natura cibum per stomachū assumptū cōmunicat oibus membris: sic τ nos qui multa membra sumus vnius corporis mystici: debem9 petere hunc panem: nō solū pro nobis petentibus: sed pro oibus nobiscū participantib9. Scdo dicimus nr̄m: vt nemo aliena bona sibi vt sua vsurpet. de q̄ Chryso. Qui de iusticia panē acquisitū māducat: suū panē manducat. qui vō cū pctō/ alienū. Sm hoc igit petim9 panem nr̄m id est panem siue victū cum iusticia acquirere: τ nō cū peccato τ iniusticia panem cuiuscunq3 vsurpare. Tertio dicit nostrum: nō tuū q̄uis panis illius sit qui daturus est eum q2 etsi dei est dn̄io τ pprietate: tamen noster est ex ei9 munere. Item noster refectione τ causalitate. Nostrā enī indigētiam cōmemoram9 vt humiliemur. Nos quoq3 sum9 ppter quos panis ille: nedum corporalis: sed τ sacramentalis τ spūalis ac doctrinalis parat9 est: ac ministrat sub rōne panis. hoc est inquantū est reparatiu9 indigentie. Licet ergo dei sit pprietate: noster est vtilitate ac finis causalitate. Sic ergo oramus deū: vt nobis de sua benignitate panem tribuat: qui noster sit ex eius panis scz acceptione: vtilitate: τ refectione: id est ad nostrā vtilitatem et refectionem. vt vult Alexan. de ales. Dicit τ nostrū quarto: vt nemo pro se solo: sed etiā pro alijs oret. Unde beat9 Cyprianus li. de oratione dn̄ica: nō longe post principiū. Ante oia inquit/ pacis doctor: vnitatis magister: singillatim noluit τ priuatim precem fieri: vt quis cū precat: pro se tantū precet. Nō dicimus pater meus qui in celis es. Nec panem meum da mihi hodie: nec dimitti sibi tm̄ vnusquisq3 delicta postulat Aut vt in tentationem nō inducatur: atq3 a malo liberet pro se solo rogat: publica est nobis τ cōmunis oratio. Et quando oramus nō pro vno: sed pro populo toto oramus q2 totus populus vnū sum9. Deus pacis/ τ cōcordie magister/ q̄ docuit vnitatē: sic orare vnū p oib9 voluit: quo mō in vno omnes ipe portauit. Hec ille. Sequitur. ¶ Et

Quotidianū Loco huius nois quotidianū: qd Lucas ponit cap. xj. mattheus posuit supsubstātialem. Sed cū eccl'ia in oratione dn̄ica in oib9 alijs sequit verba matth. euāgeliste: cur in hoc verbo mutauit nomen supsubstantiale in quotidianū Rn̄det hic Alexā. primo ppter hoc: q2 quid sit supsubstantiale pauci intelligūt: quid quotidianū a multis capit. Cū aūt mattheus orationē dn̄icam scripsit vt pfectis cōueniebat: lucas vt pfectis τ impfectis: Ideo vt oēs capere possent orationem dn̄icam: q̄ ab oibus dici debet: eccl'ia decreuit loco supsubstātiale/ poni debere quotidianū. Scdo q2 generalius exprimunt petenda p nomen quotidianū: q̄ p nomen supsubstantiale. Nā accipiendo ppriissime supsubstantiale importat panē sacramentalē/ scz christū. Nam ille vere τ pprie sup oēs substantias est: qui qm̄ panis noster esse dignatus est: pprie dicit panis supsubstantialis. Quotidianū vō cōtinet τ panem quotidie sumendum: siue sit corporalis: siue spiritualis: siue doctrinalis: siue sacramentalis. Uerūtamen pro eodem accipit supsubstantialem et quotidianū: τ idem sunt. Unde Dam. Panem nostrū supsubstantialem da nobis hodie: hoc est panem nostrū quotidianuz. Similiter Matth. vj. glo. supsubstantialem vel

quotidianū. Exponitur autem supsubstantiale dupliciter. Uno mō vt sunt due dictiōes. Primo mō pprie de christo exponit vt dictū est. Supsubstātialem. i. christū qui super oēs substātias est. Scdo mō tam de christo q̄ de pane materiali: vt sit sensus. Panē nostrū supsubstātialem da no. ho. id est petim⁹ vt sup panē nostre sustentationi necessarium: des nobis ꝛ panem sacramentalem: ꝛ victū necessariū additū ad substantie sustentationē. hoc est. Da nobis vtrūq panem: mentis ꝛ corporis. Quō aūt panis supsubstantialis differat a pane substantiali ꝛ pane supfluo statim. s. dictum est. Oramus aūt pro pane quotidiano fm̄ eccle ordinationem. i. pro pane quotidie nobis necessario. Hunc aūt panē quotidianū docet nos petere christ⁹ fm̄ Chrys. vt luxuriosos cibos cōpesceret. Ut disceremus manducare quantū naturalis ratio exigit: nō quantū carnalis lascivia impellit. Si em̄ tu p lasciuia in vno cōuiuio tātū expēdis: quātū sufficere pōt: verbi grā centū hoibus moderate viuentib⁹: aut tibipsi centū diebus disciplinate viuenti: iam quotidianū cibū nō manducas: sed multoꝝ dierū. Neq̄ tamen sic mādauit de⁹ orare panem quotidianū nobis donari quasi illicitum iudicauerit hoiem christianū plus habere q̄ panem quotidianū. Oram⁹ ꝛ scdo nobis dari pa. quoti. ex christi instituto: vt sic doceremur solicitudinem de tpalibus abijcere: qm̄ hec dum mentem imbuerit: de spūalib⁹ ꝛ diuinis vix cogitare pmittit. Hanc vt a cordib⁹ suoꝝ dūs discipuloꝝ euelleret: nolite dixit esse soliciti in crastinum.

Mat. vi. Et hic nos orare docuit: et petere panem quotidianum.

Sed contra hoc arguit beat⁹ Aug. in de ser. dñi in mōte di. Cur oram⁹ pro his adipiscendis que huic vite sunt necessaria: veluti est victus ꝛ vestimentū: cū ipse dūs dicit: Nolite soliciti esse quid māducetis vel quid induamini. An potest quisq̄ de ea re nō solicitus esse: p qua adipiscenda cū tanta attentione animi oratio dirigenda sit: vt ad hoc totū illud referat qd̄ de claudēdis cubiculis dictū est. Per hoc innuit Aug. q̄ si panis petit in oratione dñica cū solicitudine petitur: q̄ tanta diligētia (de qua dicit. Cū oraueris

Mat. vi. intra in cubiculū tuū ꝛc.) nō pōt esse sine solicitudine. Itē sup illud: Querite primū regnū dei ꝛc. Et hec oia adijcientur vobis. hec oia vtenda in via. Non inquit Aug. querite primū regnū dei: deinde ista querite: sed hec oia inquit apponentur vobis: scz etiā nō querentib⁹. Quomō aūt recte dicat nō querere aliquis: qd̄ vt accipiat intentissime deum deprecat: nescio vtrū inueniri queat. Per hoc videt velle Aug. q̄ panis corporalis: vel aliud temporale nō sit petendum in oratione dñica. ¶ L Ad illa dicendū: q̄ in verbis allegatis solicitudinem phibentib⁹: nō phibetur ois solicitudo: sed solicitudo immoderata. Nā q̄ moderata solicitudo concedat: innuit in hoc q̄ nō docuit nos dūs orare: panem nostrū hodiernū da nobis hodie. quasi sua esset intentio vt peteremus panem vnius diei solū in omni solicitudine puisiua pro futuro: sed vt peterem⁹ panem multoꝝ dierū sibi inuicem succedentiū: que successio dicitur quotidianū. Nō ergo phibetur moderata ꝛ opportuna curatio ꝛ cogitatio de crastino: sicut aliqui errantes docuerūt: sed immoderata. Est autē solicitudo immoderata tripliciter. Quia vel est supflua: anxia: finalis querēdi causa. Superflua est que impedit animū a spiritualib⁹ querendis. vñ ꝛ Beda supverbo allegato. Solicitudinem illā amputandā docuit: ob quā spūalia negligunt ꝛ postponunt. Item superflua est solicitudo que est in multa futura tēpora: quasi semp victuri essem⁹: ꝛ locū manentem hic haberem⁹: ꝛ nō magis futurā inquirere deberem⁹. De quo btūs Cyprian⁹ Qui christi cepit esse discipulus: fm̄ vocem magistri sui renuncians oibus diurnum cibum debet petere: nec in longum desideria petitionis sue extendere. Et sequit: Quia contrariū sibi sit ꝛ repugnans vt queram⁹ in seculo diu viuere: qui petimus regnū dei velociter aduenire. Unde et diuitem stultū seculares copias cogitantem ꝛ se exuberantium fructuum largitate iactantem: redarguit dūs dicens: Stulte hac nocte expostulat aia tua: que ergo parasti cuius erunt. Letabatur stultus in fructibus nocte moriturus: ꝛ cui vita iam deerat: victus abundantiā cogitabat. Solicitudo anxia est que diffidentiā habet de largitate diuine puisionis. Hec est in auaris diuitib⁹: qui semp timent deficere: ideo nō cessant cum cordis anxietate ꝛ parta tueri: ꝛ superfluas puisiones facere: ac diuitias diuitijs cumulare in preiudiciū pauperū: ꝛ crebro in pprie salutis detrimentū: quasi deo nō esset cura de suis. Cōtra quorū diffidentiā dicit beat⁹ Cyprian⁹. Neq̄ deesse quotidian⁹ cibus pōt iusto cum scriptū sit. Nō occidit (alr̄ affliget) dūs fame animam iusti. Et iterū. Iunior fui ꝛ senui: ꝛ nō vidi iustū derelictū: nec semen eius querens panem. Item cū dūs pmittat ꝛ dicat. Nolite cogitare dicētes: quid edem⁹ aut quid bibem⁹ aut quo vestiemur. Hec em̄ nationes querūt. Scit aūt pater vester q̄ his oibus indigetis. Querite primū regnum ꝛ iusticiā dei ꝛ hec oia apponent vobis. Querentibus regnum ꝛ iusticiā dei oia pmittit apponi. Nam cum sint dei omnia: habenti dm̄ nihil deerit: si deo ipse non desit. Sic danieli in leonū lacu iussu regis incluso: prandiū diuinit⁹ procurat: ꝛ inter feras esurientes ꝛ parcētes homo dei pascitur. Sic helias in fuga ꝛ solitudine coruis ministrantibus: ꝛ volucribus sibi cibū apportantib⁹ in psecutione nutritur. Et exclamans addit. O humane malicie detestāda crudelitas. Fere parcunt: aues pascunt: hoies insidiant ꝛ seuiunt. Hec Cyprian⁹. Simile de sancto paulo primo heremita beat⁹ hieronym⁹ in eius vita testat. Et huiuscemodi plurima in pbatissimis leguntur historijs. Solicitudo pncipalis q̄ est rei alicui⁹ vt cause finalis: hec est q̄ habet de aliquo tanq̄ pncipaliter intento: pp̄ter qd̄ alia intendūtur ꝛ ipm̄ tanq̄ finis intendit: in quo adepto is q̄ intendit quietatur: nec id in aliud magis concupiscendū ordinat: quā habent de cibo ꝛ tpalibus hoies voluptuosi: ꝛ pecudum vitā eligentes: vt dicit phs. j. Ethi. c. iij. Similes sardanapalo assirioꝝ regi: qui vitā egit in voluptatib⁹ ꝛ sensualibus delectationib⁹ presentibus: nō querens aliū finem similiter bestijs. ¶ M Hanc igitur triplicem malā solicitudinem ꝛ curā de crastino dūs a suis fidelib⁹ hic excludere voluit: cū nos quotidianū panem petere docuit. Nō solicitudinē ordinate puidentie. Siquidē licitū est fidelib⁹ curam pro futuris cū puidentia gerere vt tpe abūdantie rerū puisionem in ipsis faciant pro alio tpe: ne ob defectū eorūdem: defectū vite necessarioꝝ patiātur. Sic ioseph puisor egypti laudabiliter fecisse legit Gen. xli. dū in annis fertilibus fructus ad corporalis vite sustentationē necessarios industriose cōseruauit: quo ppl̄m egypti a supuētura ꝛ dira famis necessitate: q̄ premebat ceteros: pseruauit. Neq̄ hec supflua solicitudo dicenda est: sed industria ꝛ prudentia puisiua. Hoc em̄ est de ratione animalis rationalis: qd̄ naturaliter arte ꝛ puidentia viuere debet. Unde Seneca in libello de quattuor virtutib⁹. Si prudens esse cupis inquit in futurū pspectum intende: ꝛ que possunt cōtingere aio tuo prepone. Et btūs Augu. in sermone dñi in monte. Cū viderimus aliquem seruum dei puidere: ne huius vite necessaria sibi desint: aut his quib⁹ cura sibi cōmissa est: vehementer cauendū est vt nō iudicem⁹ eū de crastino solicitum esse. Nā ꝛ ipse dūs pp̄ter exēplū ne q̄s postea scandalum pateretur: cū aliquem seruū dei aduerteret ista necessaria pcurare: loculos habere dignatus est. Et in Actibus apl̄oꝝ scriptū est ea que ad victum sunt necessaria pcurata esse in futurū pp̄ter iminentem famē. Hinc prudentissim⁹ salomon hui⁹ puisiue prudentie detestans in hoib⁹ defectū remittit pigros cōtra humani status cōditionem improuidos ad aialia irrationalia: vt discant ab eis prudentiā ꝛ rationalē industriā de crastino puide cogitare. Ait em̄ Prouerb. vi. Uade ad formicam o piger: ꝛ cōsidera vias eius ꝛ disce sapientiā: Que cum nō habeat ducem nec preceptorem: nec pncipē: parat in estate cibū sibi: ꝛ cōgregat in messe qd̄ comedat in hyeme. Et p hoc patet q̄ solicitudo sit christiano phibita: q̄ cōcessa. ¶ Sed hic instat Chrys. Uident hec verba sonare prima facie: vt qui dicit: Panem nr̄m quoti

Prouerbioꝝ. x. pē. xxvi

Mat. vi.

Daniel viii.

iij. Reg. xvij.

Act. xi.

dianū da no. ho. q̄si nihil habeant in crastinū: aut post cra stinum. Quod si habēt p̄paratum in crastinum: aut in quinq̄ aut decē dies: quomō p̄nt dicere: Panē nostrū q̄tidianū da nobis hodie. Illud nāq̄ petit' qd nō habet'. Quod iā posside tur vt q̄d adhuc req̄rit'. Quod si ita est: oratio aut paucis aut nullis cōuenire pōt. Quis eñ ita fidelis: vt cuz possit am plius habere: tñ ampli⁹ sibi nō seruet q̄ panē quotidianū. Quotidianos vict⁹ forsitā petere solis cōueniebat ap̄lis: q̄ docēdi gratia p singulas ciuitates oi tēpore vagabant': et ipsa vagatio amplius quotidiano victu possidere non po terat. Respondet: Ita debemus aptare christi doctrinam: vt oēs in ea p̄ficiant: ne forte cōmunis medicina iusticie: q̄ ad salutē oim est p̄parata: dū aut paucis / aut nullis p̄desset inueniret' sup̄flua. Intelligēdum igit' est q̄ nō solū oram⁹ deū panē quotidianum dare vt māducemus: sed vt quem manducam⁹ / de manu dñi accipiam⁹. Habere q̄dē ad man ducādum cōmune est iustis et iniustis et frequēter habent amplius petōres qd manducent / q̄ iusti. De manu autem dei accipere tñ est iustoz: Preparare igit' et p̄uidere nō ve tant hec verba: tamē cum peccato p̄parare vetant. Naz qui cum iusticia preparat: illi deus dat panem quē manducat: qui cum peccato preparat: illi non deus dat: sed diabolus. Nam q̄uis omnia a deo creant': non tamē oia a deo minis strātur. Habentes igitur panem paratū apud se: qui ipsis sufficit in plurimos dies: adhuc petere habēt panem quo tidianū: vt sic panem quem dedit dominus possessiue etiaz det vsiue: vt scilicet ipsi ex benignitate eius bene vtantur pane concesso: deo ad laudem et sibi ad corporis animeq̄ salutem. Difficillimum enim est homini exteriora iuste pos sidere: recte dispensare: et eis bene vti ad dei laudē: et ad p̄ priam / ac aliorum vtilitatem et salutem. Ad hoc enim indi get homo maiori dei auxilio / q̄ vt talia acquirat: ideo ne cesse est vt etiam abundans in temporalibus a domino pe tat panem quotidianuz: quem habet in possessione: sibi da ri vsu conueniente: vt cum Apostolo sibi donetur / scire abū dare et satiari et esurire et penuriam pati. Nec paruipendē dum est scire abundare. Nam vt dicit glosa ad Philip. iiij.

Ad phi lip. iiij.

Qui acceptis rebus non extollitur: qui eas ad vsum vane glorie non intorquet: qui solus non possidet quod acce pit: sed cum indigentibus misericorditer diuidit: scit abun dare. Qui acceptis alimentis nō ad vegetationem vētris vtitur: sed ad preparationē virtutis: nec plus carni tribuit q̄ necessitas petit: scit satiari. Qui alimētorū inopiam sine murmuratione tolerat: nec pro necessitate victus agit ali quid vnde anima peccati laqueū incurrat: scit esurire. Hec Glo. Unde ne diabolus per cibū et potum nos in gula tē tet immoderato eorum sumptu: petimus a deo / vt det no bis moderatum / et salubrem vsum eorū: et que nunc habe mus et que habituri sumus. Ideo cōmendabilis est deuo torum fidelium consuetudo: priusq̄ comedant deū orare: vt panē et reliquū cibū eis sanctificet. Sanctificatur enim cibus p verbū dei et orationē. j. Timoth. iiij. vbi glo. Sctūs sit cib⁹ et salubris nō noxi⁹ aie vel corpori. Uerbū sctificat: oratio imperat: diabolus vo p cibū tētat. Sequit': ¶ Tu

Da: scilicet tu pater celestis: qui das escā omni carni: Qui aperis manum tuā: et imples omne aial be nedictione. Da liberaliter: quia tu es deus vniuersorū: qm̄ tui sunt celi: et tua est terra / et omnis plenitudo ei⁹. Da / non vende: quia nihil habemus quo a te emamus qd a te nō ac cepimus. Quid habes dicit apostolus / qd non accepisti:

j. cor. iiij

Da non mutua: q: nō inuenimus preter tua bona quod re stituamus. Da igitur simpliciter gratiose: sine spe lucri / p̄s cij / aut muneris: q: bonorū nostroz nō indiges. Ex hoc au tē elicit' / q̄ nō solū bonorū sp̄ualiū est largitor: sed et bonoz tēporaliū distributor. Hec eñ ab illo petere christus nos do cuit: p quod cōfutat' error quorundā gētiliū putantiū p̄ui sione bonorū tēporaliū ad diuersos deos p̄tinere: quos intui tu t̄palis p̄speritat et affluētie colēdos astruebāt. Seq̄tur.

Hoc ꝓbat beatus Tho. scda scde. q.xxv.ar.ix. Quia effectus ⁊ signa charitatis: q̄ ex interiori dilectione ꝓcedunt ꝓportionari debēt interiori dilectioni. Dilectio aūt interior ad inimicuȝ in cōi est de necessitate p̄cepti absolute. In spāli aūt non absolute: sed s̄m preparationē animi: ⁊ hoc s̄m moderationē supradictā. Sunt aūt quedā signa ⁊ beneficia dilectionis: q̄ exhibenť proximis in cōi: vt cū aliqd̄ beneficium impendit aliquis toti cōmunitati: ⁊ talia bn̄ficia vel signa dilectionis inimicis exhibere est de necessitate salutis ⁊ p̄cepti. Hoc em̄ non exhibere inimicis/ptineret ad liuorem vindicte. Hec Tho. Ex illo videtur sequi q̄ cōmunis salutatio que oībus fidelib⁹ occurrentibus optatur: inimicis occurrentib⁹ nō est subtrahēda: nisi inimicus ex his deteriorari timeretur. Et hoc forte estimo de necessitate salutis: si verisimiliter presumeret quis per hoc inimicū suū dn̄o lucrari: aut scandalum pusilloꝝ ex subtractione signoruȝ charitatis remouere. Qd̄ ex supradictis de fraterna correptione ostendi pōt. ℂ Tertiū correlariū: Spūalia familiaritatis signa ⁊ beneficij effectus nō tenetur quis impendere inimico: nisi s̄m preparationē animi: vt exhibeantur in casu necessitatis. Nam illa extra casum necessitatis exhiberi: ptinet ad ꝑfectionē charitatis tanq̄ opus superogationis. Patet: q: illi effectus ꝓcedunt ex mera liberalitate: ⁊ nō ex precepti necessitate: etiaȝ quoad amicos: ḡ multo min⁹ q̄ad inimicos. Ista sunt de intentione Alex. de ales parte.iij. q.lxvij. ⁊ Bonauē.in.iij.dist.xxx. Per hoc ad rōnes ante oppositum d̄r q̄ omnes loquūtur in casu necessitatis. Nā dilectio operať vbi est: nec est ociosa: neq̄ ficta qua preparatur animus ad opus exterius nō semꝑ exhibendū: sed dum oportet: hoc est in articulo necessitatis. Uel loquūtur quantū ad cōmunia beneficia charitatis: ad qd̄ facit exemplū patris celestis: q̄ facit solē suū oriri suꝑ bonos ⁊ malos ⁊c. Multa tn̄ spūalia ⁊ gratuita dona infundit bonis: que nō infundit malis. Sic subtractio cōmuniū beneficioꝝ ptinere posset ad vindictam: nō autē beneficioꝝ particulariū: que nōn ūq̄ amicis subtrahūť. ℂ D Ad rōnes post oppositū. Ad illud be. Aug. diciť q̄ loquitur de dilectione affectiua ⁊ effectiua: nedum in tpe necessitatis: sed etiam quotiēs opportunitas occurrit. Un̄ ait. Ei qui tibi malū vult ⁊ si pōt facit: tn̄ semper bonū velis faciasq̄ cū possis. Et h̄ nō est oim in charitate existentiū: sed tn̄ ꝑfectoꝝ. Similr̄ ad glo. d̄r q̄ benefacere inimicis extra casum necessitatis ⁊ in beneficijs particularibus/ptinet ad cumulū perfectionis: nō aūt in casu necessitatis: sed in beneficijs cōibus. Uel d̄r q̄ est perfectio necessitatis siue necessaria ad salutem: que ꝯsistit in obseruantia preceptoꝝ. (Et est ꝑfectio superogatiōis que cōsistit in obseruatione ꝯsiliorum cū preceptis.) Ad cumulum p̄ime ꝑfectionis ptinet beneficientie effect⁹ in necessarijs ad salutē ⁊ etiam in cōibus. In particularib⁹ aūt benefacere ptinet ad cumulū ꝑfectionis secūdo mō dicte. ℂ E Scdm̄ dubiū est. Utrū offendēs alterū tenetur petere veniam ab offenso vt sibi ignoscat: ⁊ in sui amicitiā resumat. Et videť q̄ sic per illud saluatoris. Si offers munus tuum ad altare: ⁊ recordatus fueris: quia frater tuus habet aliq̄d aduersum te: scȝ q: eū lesisti: relinque ibi munus tuū ante altare: ⁊ vade pus reconciliari fratri tuo: ⁊ tūc veniēs offeres munus tuuȝ. Ex quib⁹ clare sequi videť q̄ necessario p̄cedat fratris reconciliatio: vt opus bonū deo oblatū/placeat deo. Quilibet aūt teneť offerre deo mun⁹ bone voluntatis: s̄m illud Prouerb.xxiij. Fili p̄be mihi cor tuū. Cor poniť ꝑ volūtate: ḡ teneť reconciliari fratri quē lesit iniuste. ℂ In oppositū illud esset periculosum: ⁊ vergere posset in periculū vite eius q̄ veniā peteret atq̄ fame. Ut si quis furto aliquid subtraxisset: si veniā ꝑ furto cōmisso peteret: posset offensus eū accusare: ⁊ ad interitū eius agere: ⁊ eū publice diffamare. Quilibet aūt teneť vitā suā sustentare: ⁊ famā suā dum ꝑ hoc alius in fama nō iniuste lediť: celare

Mat.v.

ac conseruare. ¶ F Ad hoc dubium videtur sub distinctione respōdendū: q̄ aut offensa est offenso nota simul cū offendente: aut offendēs est incognitus. Si secūdū: sic nō tenet offendēs vocaliter ⁊ apte veniā petere ac recōciliari offenso: sicut nō est aperte offensus. apte dico quātum ad ꝑsonā offendentē q̄ sibi incognita est: licet offensio sit nota. Sufficit em̄ tunc offendenti ad salutē: ꝙ doleat corde: ꝙ ꝓximū iniuste ⁊ ꝯtra deū offendit: illud ꝙ̄ tēpore oppoꝛtuno velit ꝯfiteri: ⁊ oē damnū illatū ꝓximo qualecūq̄ fuerit in aīa coꝛpoꝛe fama aut rebus foꝛtune quātocius facultas aderit: refundere modis possibilib⁹ ⁊ cōgruis. Frustra em̄ offendēs se publicaret offenso in periculū vtriusq̄. Offensi: q̄ ꝑ hoc ad indignationem ⁊ iram aut inuidiā accendi posset. Et sui offendentis: fame scʒ ⁊ vite: vt argutū est post oppositum. Et huic ꝯcoꝛdat glo. sup̄ textu allegato. Si ergo offers. Scḋm litteraʒ inquit hoc absurdū est. Est ḡ in interioꝛe tēplo altare idest fides: cui quodlibet mun⁹. idest psalm⁹/hymn⁹/oꝛatio ⁊ hmōi nisi fit innixū: nō est deo placitū. Et ibi. i. cū in coꝛde qḋ est tēpluʒ internus tale munus oblaturus es: si in mentē veneris ꝙ frater tuus habet aliquid aduersum te quē tu lesisti. Si em̄ ipse te lesit: nō ipse sed tu habes aduersus eū: nec tūc opoꝛtet te veniā petere sed dare: sicut vis tibi dimitti. Sequit̄: Vade nō pedibus: sʒ animo humiliato/te ꝓsternas in ꝯspectu illius cui oblaturus es. Et p̄misit. Non em̄ mun⁹ repellit scʒ deus: sed charitatē ꝓximi q̄rit sine qua nemo ad charitatē dei ꝑuenit. P̄mo charitatē ꝓximo exoluat: q̄ mun⁹ suū deo placere optat. Ecce quō tota reconciliatio ista fieri pōt intus in coꝛde offendentis corā deo. Si vero offendēs not⁹ est offenso: aut est p̄sens offenso: aut nō. Si nō est p̄sens: nec ei⁹ p̄sentia cōmode hri pōt: sufficit reconciliatio interioꝛ q̄ dicta est. Si vō p̄ns fuerit: debet etiā vocaliter veniā ab eo petendo sibi recōciliari. Et hoc vult etiā glo. allegata q̄ p̄missis addidit: vel petēdo veniā si p̄sens est. Idē vult Hugo cardinalis ⁊ Nico. de lyꝛa sup̄ eodeʒ textu dicens. Hoc scʒ vade p̄us reconciliari ⁊c. pōt intelligi dupliciter Uno mō pedibus coꝛpoꝛis: ⁊ hoc debet fieri: si cōmode possit haberi fratris offensi p̄sentia. Si aūt nō possit: sufficit ire ad eū pedibus mētis: qḋ fit qū habet ꝓpositum satisfaciēdi loco ⁊ tpe cōpetenti. Et hoc mō vtit̄ ecclesia romana: q̄ tenʒ ꝯfitentē absoluit: ⁊ sibi satisfactionē leso fiendā imponit. Hec lyꝛa. Et ꝑ hoc patet solutio rationū ante ⁊ post oppositū inductarū. ¶ G Tertiū dubium Utrū qui odiū seu rancoꝛē in mente seruat ꝯtra ꝓximū: dicendo oꝛationē dñicā: dicere debeat hanc q̄rtam particulā: Dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos di. de. nr̄is ¶ Respondet̄ ꝙ talis frustra petit quoad se pctī sui remissionē qui nō dimittit alijs: vt patet ex verbis xp̄i supꝛa allegatis: imo nociua sibi videt̄ hec petitio si ꝑ se illam poꝛrigat patri celesti: pꝛo quāto mēdacio innixi videt̄ dicens se dimittere suis debitoꝛib⁹: cum tn̄ ꝯtra eos odiuʒ seruat ⁊ rancoꝛē. Pꝛo quo satisfaciunt autoꝛitates supꝛa posite lec. lxxiij. Nec tn̄ ꝓpter hoc ab hac oꝛone debet abstinere s̄m sctm̄ Bonauē. q: ex hoc amplius pctm̄ suum aggrauaret arcendo se ab illis saluberrimis petitionib⁹ quas ipsemet dñs docuit ⁊ nos oꝛare monuit. Un̄ oꝛare eam debet in ꝑsona eccl̄ie. Et sic eam oꝛando in ꝑsona ecclesie/nō mentit̄: q: illa vt pia mater suis ꝑsecutoꝛibus ⁊ debitoꝛib⁹ libēter ignoscit: imo vt de⁹ ignoscat: fideliter oꝛat dicēs: Oꝛem⁹ ꝓ ꝑsequētib⁹ ⁊ calūniantib⁹ nos. Sʒ nec oꝛādo dñicam oꝛonē. hāc particulā: Sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoꝛib⁹ nr̄is: omittere dʒ. Grauī⁹ em̄ peccaret si oꝛonē a xp̄o institutā: ⁊ nobis traditā restringeret: syncoparet: aut quōlibet mutaret. Un̄ ꝯtra tales dc. Johā. chꝛy. sup̄ matth. ait. Multi nolētes dare veniā in se peccantibus/refugiūt illam oꝛonē dicere. Et subdit. Stulti sunt: q: q̄ nō sic oꝛat vt xp̄s docuit: nō est xp̄i discipulus. Nec etiā pater celestis libēter audit oꝛonē: quā filius nō dictauit. Cognoscit em̄ pater filij sui sensum ⁊ verba: nec suscipit que humana vsurpatio cogitauit: sed que christi sapientia exposuit. Et abbas Isaac coll. ix. de eodem loquens ait. Ideoq̄ si clementer volumus iudicari: nos ꝙ̄ erga illos: qui in nos deliquerūt: opoꝛtet esse clementes Tantū em̄ remittetur nobis: quātum nos remiserimus cis/qui nobis quacūq̄ malignitate nocuerūt: qḋ foꝛmidantes nōnulli cū in ecclesia hec oꝛatio ab vniuersa plebe concinitur: hūc locum taciti p̄termittunt: ne scʒ semet ipsos obligare potius ꝙ̄ excusare sua ꝓfessione iudicentur. Non intelligentes ꝙ frustra cauillationes has iudici omniū pretendere moliant̄: q̄ quēadmodum iudicaturus fit supplicibus suis voluit demōstrare. Quʒ em̄ erga nos nō vult imitis atq̄ inexoꝛabilis inueniri: foꝛmā sui iudicij designauit: vt quēadmodum nos ab illo iudicari cupimus: ita nostros fratres si quid in nos deliquerint: iudicemus: q: iudicium sine misericoꝛdia fiet ei: qui non fecit miam. Hec ibi. Necessariū itaq̄ est vnicuiq̄ vt nō retineat fraternū odiū: q̄ten⁹ hec dñica oꝛatio ad se foꝛtiat̄ effectum: alioq̄n deo mentit̄ di. Sicut ⁊ nos dimittimus debi. nostris. Et si induratꝰ odiū seruare statuit: ⁊ in eo ꝑtinaciter ꝑsistere: oꝛationē dñicā nō mutet: nec in persona sua: sʒ ecclesie eā dicat. Sic em̄ licet sibi inutiliter oꝛet petendo pctī sui remissionē quo ipse carere nō vult: sʒ in eo permanere: tn̄ vitat pctm̄ mendacij dicendo: Sicut ⁊ nos dimit. debi. nostris. Quia licet ipse nō dimittat: ecclesia tn̄ in cuius persona loquit̄: debitoꝛibus suis libenter ignoscit: vt dictū est. ¶ H Ex his oībus dicens hāc oꝛationē ex animo ita mentis affectuʒ foꝛmet: Pater noster dominātissime maiestate ⁊ clementissime: qui es in celis dominātissima maiestate ⁊ in terris omnib⁹ in tua ditione positis: qui claueʒ habes dauid: claudis ⁊ nemo aperit: apis ⁊ nemo claudit. Solus quippe pctā dimittis: dimitte nobis miseris debita nostra: oīa ⁊ singula: q̄bus venialiter criminaliterq̄ q̄si die super arenā maris ꝓpꝛia ⁊ temeraria volūtate maiestatē tuā offendim⁹. Dimitte inquā: ⁊ quātum ad reatuʒ culpe/quo irā tuā pꝛouocauimus: ⁊ quoad reatum pene: quē te ꝓuocando/incidimus: nec soluere possumus neq̄ satisfacere. Auferat ḡ atq̄ deleat reatū oēm magna ac sufficientissima vnigeniti tui satisfactio: sacrificium scʒ vespertinū in cruce pro omniū pctīs oblatum. Sic ꝙ̄ inflexibilem iusticie tue rigoꝛem nimia tua charitas (qua sic mundum dilexisti: vt filium tuū vnigenitum dares: in quo quoq̄ vt nobis parceres nō pepercisti: sed ꝓ nobis in moꝛtem tradidisti) tēperet: vt omni debito cōpensato nos ꝑditos/nostris penitētie operibus ex equo respondere nō potentes: plene tibi reconciliet: ⁊ gratiam restituat augmentatā. Et q: tu pater: p̄nceps pacis: domesticos tuos pacificos concoꝛdes ⁊ vnanimes in domo tua que est ecclesia: esse precipis: vt qui filij dei esse ceperint in dei pace ꝑmaneant: ⁊ quibus sp̄us vnus est: vnus sit ⁊ animus ⁊ sensus: vnde ⁊ oꝛandi hanc regulam nobis tradidisti: qua custodita/oꝛo nostra repudiū nō patiet̄: Quaten⁹ sicut nobis debita nostra a te dimitti volum⁹: ita ⁊ nos nostris debitoꝛib⁹ dimittamus. Oꝛamus te pater noster largissime: da verā coꝛdibus nostris cū oībus pacem ⁊ dilectionē: vt per te ⁊ ꝓpter te/medū oībus iniurias nobis irrogantibus/iniurias ipsas dimittamus: vindictam nullā appetendo. Sed eos nō minus diligamus: cuncta ad salutem eis ꝓfutura/ꝓ nostra facultate impendendo: beneficijs trahendo: pꝛecibus iuuādo: instruendo exēplis: monitionib⁹ coꝛripiēdo fraternis: debita coertione resistendo ausibus eoꝝ malignis: quatenus idipm̄ nobis a te misericoꝛditer impendat̄: quo dimissis antea actis male pctīs/a futuris pꝛeseruari mereamur criminib⁹: ⁊ delictis. Dimitte q̄sumus o pater misericoꝛdiarū q̄ cōmisimus: quaten⁹ sp̄ūssancti eruditione ꝑdocti: rubiginē inuidie charitatis igne cōsumētes: pctā nostra humiliter agnoscēdo: ⁊ aliena fideliter ignoscendo: sic vtraq̄ lugeam⁹ tp̄aliter: vt eterna ꝯsolatiōe pariter gaudeamus. Amen. ¶ Lectio. lxxvij.

Et ne nos inducas

in tẽtationẽ. ¶ Postq̃ oratũ est pro ablatio
ne maximi mali: quod est culpe reat⁹: in hac
petitiõe sexta/petit ablatio mediocris mali
in maximũ inducẽtis: quod est tẽtatio: ad peccandũ: que
est occasio recidiui lapsus. Et quidẽ cõgrue et necessario
similiter petitiõi: qua nobis peccata dimitti postulauim⁹:
hec sequẽs de ꝓseruatiõe in tẽtatiõe ad pctm̃ inducente/
subnectit: qm̃ adeo vita nostra fragilitati mutabilitatiq̃
subiecta est: vt nũq̃ in eodẽ statu ꝑmaneat: fluctuetq̃ di
uersarũ tẽtationũ impulsib⁹ hinc illincq̃ agitata. Sũt em̃
in hoc mari magno ꝛ spacioso reptilia quoꝝ nõ est nume
rus: ꝛ aialia pusilla cũ magnis. i. varia ꝛ multiplicia tẽta
tionũ genera: quib⁹ quasi qbusdaꝫ funiculis ꝛ retib⁹ ui
stima aĩa quotidie querit irretiri. Hinc recte petita debi
torũ remissione/ optimo ordine ad potẽtissimũ patrẽ re
currim⁹: instanter petẽtes ꝑ humilẽ orationẽ: Ne nos in
ducas in tẽtationẽ. ne scꝫ purgata domo nostra a pctõꝝ
sordib⁹: rursus tẽtatione victi/in eadẽ aut maiora recidi
uãtes: nouissima nostra fiãt priorib⁹ peiora. Vndiq̃ em̃
nobis parant insidie: vndiq̃ tela iaciunt. Insurgit ꝯtra
nos caro: trahit mũdus: insidiat diabol⁹. Suggerit caro
voluptatẽ: mũdus vanitatẽ: diabol⁹ iniq̃tatẽ. Caro mol
lia: mũdus inania: diabol⁹ mortifera. Caro infestat per
lasciua desideria: mũdus ꝑ ꝓspera et aduersa: diabol⁹ ꝑ
turpitudines ꝛ vitia. Quorsum nos vertim⁹: tẽtationũ la
queos ad capiendas aias inuenim⁹. Insidiant nobis hi
nostri inimici: ꝛ vndiq̃ nos deijcere festinant. In esu et
potu: in opere ꝛ verbo: in vigilia ꝛ somno in cogitatu ꝛ
delectatione: in diuitijs ꝛ paupertate. In sciẽtia ꝛ humilita
te. In cõtinẽtia ꝛ parcitate. In patiẽtia ꝛ rigore: ꝛ in om
ni nobis materia occurrẽte. De quo beatus Bern̄. in de
miseria hominis ita inq̃t. Inimici animã meã circundede
runt: corp⁹ mũdus ꝛ diabolus. Corp⁹ fugere nõ possuꝫ
nec fugare: circũferre id necesse est: qm̃ alligatũ est mihi
Perimere nõ licet: sustentare cogor: cũ illud impinguo
hostẽ aduersum me nutrio. Si em̃ satis comedo: ꝛ illud
robustũ fuerit: sanitas eius mihi aduersat. Mũdus vo
circũcinxit me vndiq̃: ac ꝑ q̃nq̃ sensus corporis mei q̃si
ꝑ portas sagittis suis vulnerat me: ꝛ mors intrat ꝑ fene
stras meas. Respicit oculus: ꝛ mẽtis sensum auertit. Au
dit auris: ꝛ intentionẽ cordis inflectit. Odoratus cogita
tionẽ bonã impedit. Os loquit ꝛ fallit. Ardor libidinis
parua occasione excitat: ꝛ nisi subito respuat: statim to
tum corpus occupat ꝛ estuat: vrit ꝛ incendit. Prima car
nẽ tactam titillat. Deinde mentẽ meã maculat turpi de
lectatione: ad extremũ ꝑ ꝯsensum ꝓauitans sibi mentẽ
subiugat. Porro diabolus (quẽ videre nõ valeo: ꝛ ideo
min⁹ cauere possum) ipse tetendit arcũ suũ: ꝛ in eo para
uit sagittas suas: vt sagittet me in auro ꝛ argẽto: ꝛ in oi
bus his q̃bus abutimur: cũ illis male delectamur. His il
laqueamur. Nec solũ laqueũ posuit: sꝫ ꝛ viscum. Viscus
est amor possessionis: affect⁹ cognitionis: cupiditas ho
noris: ꝛ voluptas carnis/q̃bus aia inuiscat ꝛ irretitur:
ne pẽnis contẽplationis ꝑ plateas supne sion discurrere
possit. Sagitte diaboli sunt: ira/inuidia/luxuria/ꝛ cete
ra vitia: q̃bus aia vulnerat. Et q̃s est qui iacula ei⁹ ignea
possit extinguere. Prochdolor: his telis vulnerat sepe fi
delis aĩa. Heu mihi misero: vndiq̃ mihi bella: vndiq̃ vo
lant tela: vndiq̃ tentamẽta: vndiq̃ pericula. Caro sug
gerit mollia: mũdus vana: diabolus amara. Quotiens
carnalis tentatio mentem meã importune pulsat de cibo
potu ꝛ somno: ceterisq̃ similib⁹ ad curã carnis ꝑtinenti
bus: caro mihi loquit. Cũ vero de ambitione seculi: de ia
ctantia: de arrogantia: cogitatio mala versat in corde de
mũdo est. Quãdo aũt ad irã ꝛ animi amaritudinẽ ꝓuo
cor: suggestio diabolica est: cui nõ aliter q̃ ipsi diabolo
resistendũ est. Caro mea de luto est: ideo lutosas ꝛ volu
ptuosas cogitationes ex illa habeo: vanas ꝛ cu[ri]osas de
mũdo: amaras ꝛ maliciosas a diabolo. Isti tres inimici
me impugnãt ꝛ ꝑsequũtur: nũc occulte: nunc aꝑte: semꝑ
aũt maliciose. Cõsiderãtes igit q̃ nõ est pax in vita ista:
q̃ plena est tentationib⁹: ꝛ adeo plena/vt nõ imerito ten
tatio debeat appellari: vidẽtesq̃ defectũ nostrũ: ꝛ viriũ
nostrarũ paruitatẽ: ꝯfugere nos docuit xp̃s ad patrẽ ce
lestẽ: ꝛ petere: ne nos iducas in tẽtationẽ. ¶ B Ergo q̃m̃
sicut in ceteris q̃ oram⁹: nõ sufficit ad impetrandũ qđ pe
tim⁹ solũ verba fundere: sed etiã ad obtinendũ petita ꝑ
virib⁹ laborare. Ita ꝛ in hac sexta petitiõe cuꝫ dicim⁹: Et
ne nos inducas in tẽtationẽ: cũ deo a quo petim⁹ ꝓser
uari collaborandũ est sagaciter ꝛ industriose: ne decepti
tẽtationib⁹ ꝑuertamur. Vnde necessariũ est nobis tenta
tionũ modos/ac tẽtantiũ fraudes nõ ignorare. Pro quo
rum aliquali apertiõe quattuor: vidẽda sunt. Primo q̃d
nomine tentatiõis accipit: ac de ei⁹ descriptiõe. Scđo de
tentationuꝫ generalib⁹ modis ꝛ ei⁹ diuisione. Tertio de
specialibus diaboli astutijs ꝛ tẽtationũ fraude. Quarto
de remedioꝝ inquisitiõe. Per q̃ redeuntes ad textũ: hui⁹
petitionis intellect⁹ clari⁹ aperiet. Addit[is] q̃busdaꝫ du
bijs ꝑ fundamẽtaliori dicẽdoꝝ cognitiõe. ¶ Quãtũ ad
primũ/aduertendũ q̃ tentare vt dicũt doc. circa dist. xxi.
lib. ij. sententiarũ: nihil aliud est q̃ ꝓbare aliq̃d seu expe
rimentũ sumere vt aliquid de aliquo sciat. Vñ tẽtare ꝛm
Tho par. i. q. cxiiij. ar. ij. attribuit deo: homini: ꝛ diabolo
ꝓprie. Attribuit etiã (sed min⁹ ꝓprie) carni ꝛ mũdo. Vñ
glo. Cassi. sup illud psal. xxv. Proba me dñe ꝛ tẽta me. di
cit: Tentat de⁹ vt erudiat: homo vt sciat: diabol⁹ vt sedu
cat. Et de tẽtatione carnis ꝛ mũdi dicit Iaco. i. Vnusq̃sq̃
tentat a sua cõcupiscẽtia: abstract⁹ ꝛ illect⁹. Cõcupiscen
tia vtiq̃ carnis vel oculorũ: q̃ simul ad carnẽ ꝛ mundũ
ꝑtinẽt. dicẽte Iohãne. Omne quod est in mũdo: cõcupi
scentia carnis est: vel ꝯcupiscẽtia oculorũ: vel supbia vi
te. Et sequit. Mũdus trãsit ꝛ cõcupiscẽtia eius. Vñ sub
hac generalitate põt sic describi. Tẽtare est experimenta
lẽ noticiã alicui⁹ in se vel in alio causare principaliter vel
occasionaliter. ¶ Dicit expimẽtalẽ noticiaꝫ: q: ꝛm Alex.
de ales. par. ij. q. cxvij. ꝛ scđm Tho. par. i. q. cxiiij. Tẽtare
est experiri. Vñ noticia que ꝑ rationẽ acquirit: nõ acq̃rit
tentatione. ¶ Dicit alicui⁹/scꝫ nõ taliter noti. Vñ sciens
aliquid ꝑ rationẽ vel fidẽ: nihilominus tẽtando põt illud
sciri ꝑ expientiã. ¶ Dicit in se/ ꝓpter hominẽ ꝛ demoneꝫ
tentantẽ: q̃ tentando experimẽtalẽ noticiã ei⁹ de quo ten
tant in se acquirũt. ¶ Dicit vel in alio/ ꝓpter deũ tentan
tem: q: de⁹ tentãdo nõ causat noticiã in se. Siquidẽ nihil
de nouo cognoscit deus: q: noticia dei incausabilis est ꝛ
eterna: est em̃ immutabilis diuina essentia. Causat autẽ
noticiã experimentalẽ in illo quẽ tẽtat: vel in alijs quos
scire facit de tẽtato qđ nesciebãt. ¶ Et ꝛm h̃ intelligẽ
da est omnis scriptura q̃ de⁹ dr̃ tẽtare vt aliq̃d sciat. nõ q̃
de nouo aliq̃d sciat qđ nõ nouit: vel nũc aduertat qđ pri⁹
nõ aduertit: cũ oia immutabiliter eternaliter sciat anteqũ
fiant: sed q̃ aliquid tentatũ: vel alios de tentato experi
mentaliter scire faciat. sicut est illud Geñ. xxij. Tentauit
de⁹ abraã. Et sequit. Nunc cognoui q̃ timeas dñm. i. co
gnoscere te feci. ¶ Dicit principaliter/ ꝓpter deũ homi
nem vel diabolũ: qui ex intẽtione cognoscẽdi aliquid de
aliquo in se vel in alio tentat. ¶ Dicit vel occasionaliter
ꝓpter carnẽ que tẽtare dicit: inquantũ cognosci põt per
carnẽ pulsantẽ: vel mundũ aduersis repellentẽ: aut pro
speris allicientẽ: qualis sit homo: an virtute cõstans: an
mobilis. Et talib⁹: carne scꝫ ꝛ mũdo frequẽter vtit diabo
lus: tanq̃ instrumẽtis ad tentandum. ¶ Ex hoc patet q̃
immediatus finis tentationis est scientia experimẽtalis.
Verũ q̃ ille finis vt plurimũ ordinat in aliũ finẽ bonuꝫ
vel malũ. Vñ vt dicit sanct⁹ Bonauẽ. Vnq̃ tentãs intẽ
dit ꝓbare vel approbare: aut probatuꝫ ostendere. Hoc
modo tentat de⁹: vt tentatũ scire faciat ꝛ experimẽtaliter
cognoscere seipsum. Sic dicit Deut. xiij. Tentat vos dñs
deus vester: vt palã fiat vtrũ diligatis eũ an non ex toto

Pã. ciij.

i. Io. ij.

corde ⁊ in tota anima vestra. Et Sap. iij. Deus tentauit
eos: ⁊ inuenit eos dignos se. Tanq̄ aurū in fornace pba
uit illos. Inuenit eos. idest inueniri ⁊ cognosci fecit illos
a seipsis ⁊ alijs dignos se. Sic nōnunq̄ tentat magister
discipulū in ɔspectu alioꝝ de eo qd nouit discipulū scire:
vt sic eius scientia alijs fiat nota. Tentat etiā qn̄q; hō se
vel aliū: vt sciat quid in eo sit. j. Reg. xvij. de dauid dr. Ce
pit tentare si armatus posset incedere. Et. iij. Reg. x. Ue
nit regina saba tentare salomonem in enigmatibus. Sic
nōnulli tentāt dn̄m: qui q̄si incerti experiri volūt dei vir
tutē. Sic filij israel deū frequēter tentauerūt in deserto:
vt dr Nume. xiiij. Tentauerūt me iam p decē vices. Con
tra quos dr. Nō tentabis dn̄m deū tuū. Deut. vj. Tentās
etiā qn̄q; intendit vt tentatū reprobum faciat ⁊ seducat.
Sic tentat diabolus vt ad pctm̄ inducat. Sic dixit Pe.
Actuū. v. Cur tentauit cor tuū sathanas mentiri spiritui
scō ⁊ fraudari de pcio agri. Etiā quādoq; licet pulsans
nō intendat: tn̄ ad eius pulsationē sequitur approbatio
vł reprobatio hoīs. Sic caro tentat: q: ad eius titillatio
nē pbatur hō si resistit: aut reprobat̄ si ɔsentit. Sic dr de
carne Jaco. j. Unusquisq; tentat̄ a sua cōcupiscentia ab
stractus ⁊ illectus. Et de mūdo habet̄ ad Heb. xj. Lapi
dati sunt: secti sunt: tentati sunt. Hec em̄ sancti a tyrānis
huius seculi passi sunt. Et Sap. xiiij. Creature dei facte
sunt in odiū: ⁊ in tentationē aīe hoīm ⁊ in muscipulā pe
dibus insipientiū. ¶ D Quāuis aūt tentari sic indiffe
renter accipit̄ in bono ⁊ malo: accipit̄ tn̄ sepe tm̄ in ma
lo. Sic accipit̄ a btō Jaco. in sua ca. c. j. Nemo cū tentat̄
dicat: qm̄ a deo tentatur. Et sequit̄. Deus em̄ intentator
maloꝝ est: ipse aūt neminē tentat. Et illo mō capiēdo in
malo tentationē diffinit Cas. Tentatio est assimulatio bo
ni ad fallendū. Et de tali tentatiōe hic loq̄mur. Non em̄
petimus nō induci in tentationē: nisi quaten⁹ tentamur
ad malū. Et sic accipiendo tentare/est officiū ppriū dia
boli: sicut dicit glo. interli. j. Thes. iij. sup illud. Ne forte
tentet vos is qui tentat. i. sol⁹ diabol⁹ cui⁹ officiū est ten
tare. Nā etsi homo aliquādo sic tētat: hoc agit inquantū
est minister diaboli. Quod vtinā diligēter attēderēt qui
vbis/facie/vestitu/nutib⁹ ⁊ signis alios solicitāt ad tur
pia mala ⁊ pctā: cui⁹ in hoc sunt ministri: cui⁹ vicarij: co
gnoscerentq; se in hoc agere et gerere propꝛiū diaboli
officiū: forsitan si nō timore: tn̄ pudore vilissime seruitu
tis retraherent̄ ab opere ⁊ morib⁹ tā peruersis. Sic etiā
ad malum tentat̄ homo ab obiecto delectabili vel trista
bili presente se/ vel in phātasia: quod trahit ⁊ mouet sen
sualitatē sibi naturaliter affectā: ⁊ per sensualitatē allicit
ipsam voluntatē ad cōsensum inordinatū fruendi eo cō
tra dictamē recte rationis. Et ita tentāt hominez diuitie:
honores: cetera obiecta delectabilia: etiā quādoq; terri
bilia ad incutiendū inordinatū timorē: licet hoc obiecta
non intendant: sunt tn̄ diaboli instrumēta: qui per hoc in
tēdit hominē decipe ⁊ iducere ad peccandū. ¶ E Quā
tum ad secundū: licet plurime ponant̄ tētationū species
⁊ distinctiōes a sanctis quas collegit Alexan. de ales lo
co allegato ⁊ diffuse prosequit̄: ⁊ fm diuersa causarū ge
nera: sufficiat tn̄ hic tangere eas que sumunt̄ a causa effi
ciente ⁊ formali. Nā de fine iam dictū est: q quedā tenta
tio fiat nude ad experiendum scientiā tentati: que fit per
questiones ⁊ argumēta ⁊ sophistrias. Alia ad probandū
vitā ⁊ mores. Tertia ad seducendū. de qua solū in propo
sito. ¶ Quantū ergo ad causam efficientē/ponit magi
ster in. ij. dist. xxj. duplicē tentationē: exteriorē ⁊ interiorē.
Exterior est qn̄ nobis exteri⁹ maluz sensibiliter suggerit̄
verbo vel signo: vt ad peccati cōsensum tentat⁹ inclinet̄.
Que nihil aliud est: q̄ ostensio alicui⁹ obiecti sensibilis
a virtute exteriore: vt apprehendēs ad peccādū alliciat̄.
Tētatio interior est motio hominis ad peccati cōsensum
orta ab aliqua virtute interiore siue sensibili exteriore: vt
cū ipsa orit̄ ex imaginatiōe memoria aut virtute motiua.
Et illa qn̄q; fit ab hoste; qn̄q; a carne. Qn̄q; em̄ imagi
natiua nostra mouet̄ ab hoste mouēte species vel habi
tus in memoria sensitiua vel intellectiua reseruatas: p illas
cognitiuā ad cogitationes impuras blasphemas aut sor
didas: vt affectiuā moueat ad cōsensum. A carne spiritui
propter fomitis infectionē rebellante: dū quosdā bestia
les mot⁹ ac illicitos in sensualitate excitat: ⁊ facile ad cō
sensum voluntatez inclinat. Et hec qn̄q; fit a carne sola:
qn̄q; simul ab hoste carnē mouēte. Sicut dicit apostol⁹.
Dat⁹ est mihi stimul⁹ carnis angel⁹ sathane vt me cola
phizet. ij. Corinth. xij. Et fm hoc nō quelibet hominum
tentationes ⁊ pctā sunt a demone tanq̄ a causa directa ⁊
immediata: nec oīa peccata cōmittunt̄ diabolo immedia
te instigante. Quippe multa fiunt a libero arbitrio/ et a
carnis corruptione. Unde dicit̄ in ecclesiasticis dogmati
bus. Nō omnes cogitatiōes nostre male a diabolo exci
tant̄: sed aliquotiēs ex arbitrij nostri motu emergūt. Et
Orige. Etiā si diabol⁹ nō esset: homines haberēt appeti
tū ciboꝝ ⁊ venereoꝝ. Circa q̄ multa inordinatio cōtingit:
nisi per rationē talis appetit⁹ refrenet̄. Refrenare aūt ⁊
ordinare hmōi appetitū subiacet libero arbitrio. Qua
re ex sola arbitrij negligētia in refrenādo sine speciali et
immediata instigatione diaboli cōtingere pōt pctm̄. Ue
runtn̄ omne pctm̄ hominis mediate vel immediate orit̄
ex tentatiōe demonis. Ipse em̄ instigauit primū hominē
ad peccandū: ex cui⁹ pctō in toto genere humano secuta
est quedaz pnitas ad peccandū. Etiā omne pctm̄ orit̄ ex
tētatione aliqua. Nemo em̄ ad malū aspiciēs operat̄. fm
Diony. Omnis aūt tētatio est a demone vel carne: ⁊ ten
tatio a carne etiā est a demone tanq̄ a mouēte primo vel
mediato: q: tentatio carnis est ex ei⁹ corruptione: q̄ orta
est ex prima demonis tentatiōe. Et fm hoc intelligenda
est autoritas beati Hiero. sup illud ps̄. Declina a malo ⁊
fac bonū. Mala oīa ex instinctu diaboli procedūt: sicut
bona ab instinctu dei. Ibi tn̄ (sicut) nō dicit omnimodā
similitudinē: q: bona oīa procedūt a deo immediate. Est
em̄ de⁹ causa immediata omniū positiuoꝝ effectuū. Ma
la vero procedūt ex instinctu diaboli nō oīa immediate:
sed quedā tm̄ mediate. Similiter ⁊ illa Diony. c. iiij. de di
uinis no. Multitudo demonū est causa omniū maloꝝ si
bi ⁊ alijs. Et illud Dam̄. Malicia et omnis inmūdicia a
diabolo excogitate sunt. Et ad illā distinctionē etiā redu
cit̄ illa: q omnis tentatio est ab hoste vel a carne. Quia
per tētationē ab hoste/intelligit̄ omnis tētatio exterior:
illa em̄ fit ab hoste qui exteriorib⁹ vtit̄ sicut suis instru
mētis. Nō est tn̄ ita precisa sicut prior: q: mēbra magis co
incidūt: cū etiā tentatio a carne nōnunq̄ pcedit ab hoste
carnē ac sensualitatē mouēte: vt dictū est. ¶ F De diui
sione tētationis que sumit̄ a causa formali id est a modo
tentandi/cōsequēter aduertendū: q oīs tentatio tendēs
inducere ad peccatū pōt (a quocūq; fiat) ad duos redu
ci modos: q: aut fit p blāda ⁊ cōcupiscibilia: aut p tristia
⁊ timēda. Unn̄ beat⁹ Aug. sup illud ps̄. lxxix. Incesa igni
⁊ suffossa ab increpatiōe vultus tui peribūt. dicit. Omnia
pctā due res faciunt in homine: scz cupiditas: id est amor
inordinat⁹ creatarum rerum: ⁊ timor. Subdit. Et videre
verū possunt esse pctā nisi aut cupiendo scz delectabilia:
aut timēdo/tristia scz ⁊ aspera. Et ponit exemplū. Uult
aliquis vt dicas falsum testimoniū: ⁊ forte p illo pmittit
munera. Attēdis deū ⁊ dicis in animo tuo. Quid pdest
hoi si vniuersuz mūdū lucret̄: aīe vo sue detrimētū patia
tur. Certe nō abducor lucro vt pdam aiam meā. Ideo il
le tentans cōuertit se ad metū: q̄ lucro pficere nō potuit
⁊ incipit minari dānū/expulsionē/cedes/fortassis ⁊ mor
tem: vt si cupiditas nō valuit: fortassis timor ille valebit
vt pecces. Et infra. Que sunt pctā succēsa igni: ⁊ q̄ suffos
sa. Rn̄det: que fecerat amor malus tanq̄ igne accēderat
⁊ q̄ fecerat timor malus tanq̄ effoderat. Et de hoc glosa
sup eodē ps̄. ait. Incēsa. idest pctā: sed incēsa sunt q̄ facit
cupiditas amens. Suffossa que timor male iacēs. Et hec
sunt oia pctā: q: oia sunt pp̄ter cupiditatē vel timorem.

Math. xvj. mar. viij Luce. ix.

Que nō capit cupiditas vincit timor. Sic econtra: amor dei ⁊ timor eius ducit ad oē bonū. Ut bene tibi sit: times Ne male tibi sit: hoc age in deo nō i seculo. Uterq; amor incendit: vterq; timor humiliat. De bono d̄r. Fodiā circa illam ⁊ mittā stercora. Fossa significat piā humilitatē timētis. Stercora viles sordes penitētis. De igne aūt boni amoris d̄r: Ignem veni mittere in terraȝ: ⁊ quid volo nisi vt ardeat. Hec glo. Licet aūt his duobus modis tentatio agit̄: nullus tn̄ timor vincitur: nisi amore capiatur. Qui eñ timet dāna/iniuriā vel molestias: ideo timet: q2 seipsuȝ amat: ⁊ quia se amat: ideo molestias sustinere detrectat. Idcirco oīs tentatio: siue fiat ꝑ blanda: siue per aduersa ⁊ aspera: finaliter vincit ꝑ blanda et amabilia: nō que tentans offert: sed q̄ tentatus diligit et ꝑdere timet. Siquidē paupertatē nō timet: neq; exiliū aut mortē nisi qui diuitias diligit patriā ⁊ vitā. Unde Aug. Nemo frangit̄ aduersarū rerū molestia: qui ꝓsperarū delectatione nō capit̄. ¶ B Si forte q̄ris si duo eque intēse ⁊ extense tentarent̄ ad lapsum ad idem pctm̄: vnus per tristia ⁊ aspera: alter p delectabilia et blanda: Cui illarum tentationū esset difficilius resistere. ¶ Respondetur q̄ quātum ad multa pctā/difficilius esset resistere tentationi per blanda Hac consideratiōe: q2 vexatio dat intellectū: ⁊ cōpellit vexatū auxilium dei querere. Uoluptas ⁊ blandicies excecat mentis oculum: ⁊ obliuisci facit dei ⁊ beneficiorū suorū: iuxta illud Deut. xxxij. Incrassatus est dilectus ⁊ recalcitrauit. Impinguatus ⁊ dilatat⁹ dereliquit deū factorē suū: ⁊ oblit⁹ est dn̄i creatoris sui. Et Tullius lib. j. de officijs dicit. In ꝓsperis p̄cipue cauēda sunt sugbia/fastidiū/arrogantia: ⁊ ne ꝓprio vtamur ꝯsilio: ⁊ ne adulatorib⁹ de nobis credamus. Ista eñ vitia ꝑ prospera hoiem surripiūt priusq̄ hō aduertat. Ideo magis cōmendat Boe. lib. ij. de ꝯso. ꝓsa. viij fortunā aduersam q̄ prosperam: eo q̄ illa sagax est ⁊ prouida: ista ceca et sui semꝑ ignara. ¶ D Fit aūt vt supra/tentatio tripliciter sm̄ Grego. in homel. sup illud Math. iiij. Duct⁹ est iesus in desertū. scȝ suggestione: delectatione: ⁊ ꝯsensu. Suggestio fit ab extrinseco/scȝ diabolo: vel hoie ꝑuerso: aut delectabili vel tristabili obiecto foris oblato: vel etiā interius imaginato: ⁊ totū illud genus tentationis est extra tentatū: quādo nōdum sentit ꝯcupiscentie motum ad ꝯcupiscendum hmōi deforis oblatū ac suggestū Quo genere tentationis etiam diabolus xp̄m tentauit: q2 exteri⁹ suasit illicita: sed int⁹ in xp̄i aīa nulla oīno orta est male suasi ꝯcupiscentia. ¶ Secūduȝ genus tentationis est: qn̄ per suggestionē dicto modo factam/sensualitas mouet̄: ⁊ iam in re illa de qua tentatur bestialiter delectatur: tūc delectatio iam intrat exteriorem hominem. Quicquid eñ habem⁹ in animo cōmune cum bestijs: d̄r ad exteriorem hoiem ꝑtinere/sm̄ beatū Aug. xij. de trinitate. c. j. Et hec tentatio adhuc nō coinquinat hoiem culpabiliter: nisi prorūpat in interiorem hoiem ꝑ ꝯsensum. Et tunc est tertiuȝ genus tentationis: qđ ꝓcedit vsq; ad rōnē/⁊ volūtatem: q̄ sunt hoīs interioris. Per primū et scđm tentatur q̄dem hō. Sed per tertiū inducitur in tentationē. Nam tertia ꝑtingit vsq; ad rōnis ꝯsensum/quo ꝯsummatur in volūtate pctm̄. ⁊ quāto ꝯsensus hmōi est plenior ⁊ maior: tanto pctm̄ grauius. Et hec tria genera figurata sunt in p̄mi hois tentatiōe: vbi serpēs foris mulieri suggessit: mulier cōdelectando comedit: vir ꝯsentiēdo pctm̄ ꝯsummauit. vt tangit magr̄ dist. xxiiij. lib. ij. post beatū Aug. Licet nō penitus ꝯformiter ad p̄dicta. Nam sm̄ eū/ꝓ serpente est sensualis motus aīe. Pro muliere inferior portio rōnis. Pro viro/superior. Inter hūc virū ⁊ hāc mulierē/est velut quoddā spūale cōiugiū naturalisq; ꝯtractus: quo superior rōnis portio quasi vir p̄esse debet ⁊ dn̄ari. Inferior vero quasi mulier dȝ subesse et obedire. Et sicut in cunctis animātibus nō est repertum hoi adiutoriū sibi simile: sed de illo est sumptū qđ ei formaretur in cōiugium. Ita in partib⁹ anime quas habemus cū pecoribus cōes: nulliū menti nostre simile est adiutoriū. Sed ex illa rōnali mēte qua subheremus intelligibili ⁊ incōmutabili veritati: tanq̄ ductū ex inferiorib⁹ tractandis gubernandisq; deputatū est. Si g̊ ꝑ sensualitatem intelligimus potentiā sensitiuā: cū suis obiectis mouentib⁹: ꝑtinet ad tentationē exteriorē illecebrā suggerentē: quā serpens significat. Inferior aūt portio mulieris noie designata est: q̄ est pars rōnis tēporalibus intendens: ⁊ ea sensualitate/⁊ eius obiectis imediate mobilis. Superior vero qua cūcta sm̄ regulas eternas iudicare habet: tanq̄ vir in hoie dn̄ari debet: ac mulierē (inferiorē aīe portionē) regere. Sensualitatē quoq; (quatenus suo subest imperio) ab illecebris cohibere. Cum g̊ sensualitas illecebram exteriorū obiectorū/aut male suggestionis apprehensione ꝯcepit: serpens mulieri. i. inferiori rōis portioni suggerit. Que si mora fuerit sensui cō delectando: iam etiā mulier cibū vetitū gustauit. Qđ si superior ratio in idē ꝯsentit: vir simul cū muliere cibum sumpsit: ⁊ pctm̄ ꝯsummauit. De h̄ ita magister ait: Etiaȝ in vnoquoq; nostrū nihil aliud agit̄ cū ad pctm̄ quisq; dilabitur: q̄ tunc actū est in illis tribus: serpente: muliere: ⁊ viro. Nā p̄mo fit suggestio: siue ꝑ cogitationē: siue ꝑ sensus corporis: vel vidēdo/vel tangēdo/vel audiendo/vel gustando/vel olfaciendo. Que suggestio cū facta fuerit: si cupiditas nostra nō moueat̄ ad peccādū: excludit̄ serpētis astutia. Si aūt mota fuerit: q̄si iam mulieri ꝑsuasum erit. Si aliqn̄ rō viriliter etiā cōmotam cupiditatē refrenat ⁊ cōpescit: qđ cū fit: nō labimur in pctm̄: sed cū aliquāta luctatiōe coronamur. Si aūt ratio ꝯsentiat: ⁊ q̄ libido cōmouerit faciendū esse decernat: ab oī btā vita/tanq̄ de paradiso expellit̄ hō. Iam eñ pctm̄ imputat̄: etiā si nō subsequat̄ factū: qñ rea tenet̄ in ꝯsensione ꝯscientia. ¶ I Sed circa p̄dicta q̄ri pōt: cū tentatio fit aliqn̄ a carne: qñq; ab hoste: q̄ difficilius vincit̄. Respōdet magr̄ dist. xxj. scđi/q̄ q2 tentatio a carne interius impugnās de nostro ꝯtra nos roborat̄: iō difficilius vincit̄. Qđ intelligendū est sm̄ scm̄ Bonauē. respectu eiusdē pcti. s. carnalis. Unde si ad pctm̄ carnale quis a ꝓpria carne (hoc est sensualitate) tentatur/mot⁹ bestialis vl' cōcupiscētias sensuales excitante: vt famem/sitim vel somnū ⁊c. ad ꝯsentiendū pctō. Alius ab hoste pctm̄ suggerēte sine sensu carnis: difficilius ea vincit̄: q̄ est a carne ꝓpter cōiunctionē carnis ad spiritum: et qua magis incuruatur aīa carni naturalr̄ inclinata: sm̄ illud Apl̄i. Nemo [Eph. v.] vnq̄ carnē suā odio habuit: sed fouet ⁊ nutrit eā. Itē ꝓpter carnis ꝯtinuā molestiā: cui ꝯtinue adheret: ⁊ q̄ tentare nō cessat. Si aūt fiat cōparatio respectu diuersorum pctōꝝ: vt puta carnis tentatio intelligat̄ respectu pctōꝝ carnaliū: ⁊ tentatio hostis respectu spūaliū: sic se habēt sicut excedētia ⁊ excessa. Quidā eñ homines magis ꝓni sunt ad pctā carnalia: puta ad pctā intēperantie q̄ ad superbiā. Et his difficilius est resistere tentationi carnis q̄ hostis. Quidā econuerso ꝓniores sunt ad pctā spūalia: puta superbiā: inuidiā q̄ carnalia: vt q̄ magis desiderāt honores q̄ voluptates. His difficilius est vincere spūalia pctā/q̄ carnalia. Siquis v̊o indifferens fuerit ad vtrūq; ⁊ eque prompt⁹ quātū est de se ad hec vel illa: illi certo respectu difficili⁹ est vincere carnalia: ⁊ alio respectu difficilius est vincere spūalia. Carnalia quidē ꝓpter magis intrinsecā ⁊ cōtinuā adherentiā: Spūalia ꝓpter maiorē boni ꝑnitiosi apparentiā: ⁊ latentiorē instigātis fallaciaȝ: q̄ multa vitia virtutis specie palliat. Transfigurat eñ se in angelū lucis. Et licet hostis sit fortior: sm̄ illud. Non [ij. Cor. xj.] est sup terrā ptās/q̄ cōparet̄ ei. Sic etiā callidior ⁊ occultior: sm̄ illud apl̄i: [Job. xli.] Non est nobis colluctatio aduersus [Eph. vi.] carnē ⁊ sanguinem: sed aduersus p̄ncipes ⁊ potestates: aduersus mūdi rectores tenebrarū harū: ꝯ spūalia nequicie in celestib⁹. Tamē nō ꝑmittit̄ tentare sm̄ totā suā potentiā ⁊ astutiā: sed reprimit̄ a ptāte diuina: q̄ nō ꝑmittit hoiem tentari vltra q̄ pōt: vt d̄r. j. Cor. x. ¶ L Quāt

tum ad tertiū: vt cognitis aliquatenꝰ tentatoris fraudi-
bus: eas cautiꝰ vincere valeamꝰ: enumerāde sunt ꝛ ape
riende quedā spāles tentationū fraudes: q̄bus cetere in
numere illius mille artificis insidie possint caueri. Annu
merat aūt Guil. parisieñ. in tractatu suo de virtutibꝰ se-
ptē tētationū fraudes: q̄bꝰ q̄rit hostis hūane salutis aīas
illaq̄are. p q̄s nōnūq̄ sapiētissimi ac fortissimi ꝓsternūt.
¶ Prima est longa ꝛ ꝑseuerās fatigatio ꝛ vexatio de ali
quo vitio: aut aliq̄bus petis. Per quā duo intēdit tenta
tor. Primū est desꝑatio de dei auxilio: vt tentatus despe
rās se credat ad deū nō ꝑtinere. Scd̄m est, vt tentatꝰ cre
dat se a deo penitꝰ derelictū: nec de se cura aliq̄ esse deo.
Cū em̄ hō diu tentat ꝛ assidue instanterq̄ petit a tenta-
tione liberari: nec tn̄ qđ petit obtinet: facile ad impulsū
diaboli desperat de dei adiutorio: putās se a deo nō cura
ri ꝛ traditū obliuioni. ¶ Scd̄a astutia est extraneitas tē
tationis: ꝛ admirabilis rei enormitas de qua q̄s tentat:
vt cū alios in talibus insuetis tētationibꝰ tētari aut tēta
tos fuisse nō audiuit: se ad deū nō ꝑtinere: aut etiā veros
xp̄ianos nō esse formidēt. Et addit: q̄ nōnulli ipm̄ super
hac tentatiōe ꝯsuluerint: q̄ illā maxime abhorrebāt ex h
solo: q̄ suspicabāt se solos istā tētationē pati: q̄ se ferme
derelictos: ꝛ q̄si inauditis tentatiōis turpitudinibꝰ expo
sitos vehemēter expauescebāt. Subdit. Tales ꝑfecto nō
viderūt oppugnari castra fortissima: ꝯtra que nō solū cō
suete ac noue machine parātur: sed oīa iaculoꝝ genera:
quecūq̄ īmunda: quecūq̄ feda: quecūq̄ venenata ꝛ no
xia in ipsa iaculātur. Ita ꝛ in spūali pugna demonū: con
tra castrū aīe nr̄e. Totis em̄ ipse studijs ꝛ viribꝰ insidiat
nobis. Tota auiditate sanguinē nostrum sitit. Quap̄ro-
pter nihil apud eū interest an stercus: an lapidē mētē no
stre inijciat: aut iaculo cōsueto: aut incōsueto oppugnet
dūmodo ꝓsternat: dūmodo interficiat. ¶ Tertia astu-
tia est: q̄ molit vt q̄s statū suū in quo bn̄ stat ꝛ secure vi-
uit mutet: adinstar quō fit strepitꝰ ac tumultus in aq̄: vt
exeant pisces de suis receptaculis in q̄bus tuto fuerant
ꝯstituti: quatenꝰ fugiētes incidant in laqueos ꝛ retia pi
scatoꝝ. Sic diabolus bn̄ se habētibꝰ in aliquo statu: vbi
sibi ad eos nō patet: aut saltem nō facile patet accessus:
molit ꝓprijs suggestionibꝰ vel alienis: aliq̄n etiā terro-
ribus vt se ad aliū statū, vel locū trāsferāt: sciens eos in
alijs locis, aut statu minꝰ tutos: ꝛ ad cedendū tentatio-
nibus magis aptos. ¶ Quarta est q̄ hoiem ad ma-
iora bona, ꝛ supra vires penitꝰ exercitia inuitat ꝛ excitat
sicut q̄n q̄ ꝯiungit in ieiunijs ꝛ abstinētijs, vigilijs, disci
plinis ac alijs religiosis exercitijs singularibꝰ insolitis ꝛ
incōsuetis. Inducit nōnunq̄ ad memoriā maximoꝝ exē-
pla sanctoꝝ: factaq̄ ꝛ opa: q̄ tn̄ illis adhuc imꝑfectis, et
in virtutibꝰ defectuosis, sunt penitꝰ improportionata: ꝛ
hoc facit singulari sue malignitatis studio: vt hoīes hmōi
naturalibꝰ suis viribꝰ p hoꝝ iproportionatoꝝ indiscre-
tionē exercitioꝝ destituant: sicq̄ destructi (al's destituti)
sibi fiant inutiles ꝛ alijs onerosi: aut certi vt totū bonū
qđ ceperant, abijciant: ac reuertentes ad vomitū, fiant
deteriores q̄ fuerūt. Simile ponit de simiarum captura
q̄s p calceos magnos ꝛ sotulares, duꝫ venatores ipsos
imitari volētes sibi alligāt: nec tn̄ eos portare: aut in eis
ambulare valēt: a venatoribꝰ capiunt. Calceamēta in scri
ptura sctōꝝ exēpla significāt: q̄ seq̄ ꝛ portare nō p̄ualent
hoīes imbecilles, ꝛ in virtutibꝰ iꝑfecti. ¶ Quīta fraus
ꝛ astutia: q̄ sub p̄textu boni suadet periculū. Et hmōi cal
liditatis sunt multe spēs: vt dū sub p̄textu pietatis, ꝛ dādi
elemosynas, suadet acquiri diuitias. Nouit em̄ ipse mali
gnus illud apl̄i: Qui volūt diuites fieri, incidūt in tēta-
tionē ꝛ laqueū diaboli. Et illud: Fili mi si diues fueris:
nō eris imunis a delicto. Similr̄ dū impugnat p aliqđ vi
tiū: suadet bonū oppositū: qđ nouit esse maioris occasio
nē ruine: vt cū ipugnat aliquē p luxuriā: suadet ieiuniū
ꝛ abstinentiā: sciens cū in iracundiā, accidiā vel amētiā
facile posse labi: quod p experientiam frequēter accepit.

j. Timo. vj.

Eccl. xj.

¶ Sexta astutia est: qua hoībus vitia suadet sub p̄textu
virtutū: sicut sub p̄textu prouidentie, suadet auariciam:
sub p̄textu misericordie, remissionē indebitā: sub p̄textu
iusticie, crudelitatē: sub p̄textu zeli rectitudinis, inanis-
simū furorē. Talibus igit diabolus velut fraudulentissi
mus mercator vendit fragmenta fictilia p lapidibꝰ pre-
ciosis: vitrū viride p smaragdo: cuprū pro auro: stannū
pro argento. ¶ Et nō solū in istis vitijs: sed in oī-
bus alijs, est quedam vmbratica species, ꝛ fallax imago
virtutis: q̄bus se querūt, ne agnoscātur: colorare: q̄n po
tiꝰ se diuos mores imitari: vt late deducit Aug. li. ij. ꝯfes.
vbi ad deū loquēs ait: Nam ꝛ suꝑbia celsitudinem imita
tur: cum tu sis vnus suꝑ oia excelsus. Et ambitio quid-
nisi honores querit ꝛ gl'iam: cū tu sis pre cunctis hono-
randus vnus ꝛ gloriosus in eternū. Et seuitia potestatū
timere vult: quis aūt timendus nisi vnus deus: cuiꝰ po-
testati eripi aut subtrahi q̄d pōt: q̄n vel vbi aut quo vl'a
quo pōt. Et blanditie lasciuientiū amari volūt: sed neq̄
blandius est aliq̄d tua charitate: nec amatur quicq̄ salu
brius q̄ illa pre cunctis formosa ꝛ luminosa veritas tua.
Et curiositas affectare videt studiū scientie: cum tu oīa
summe noueris. Ignorātia quoq̄ ipsa atq̄ stulticia sim-
plicitatis ꝛ innocentie noīe tegit: q: te simplicius quicq̄
nō reperit. Quid aūt te innocentius: q̄m quidem opera
tua malis inimica sunt. Et ignauia q̄si quietē appetit: q̄
vo quies certa p̄ter dn̄m. Luxuria satietatē atq̄ abūdan
tiā se cupit vocari: tu aūt es plenitudo ꝛ indeficiens co-
pia incorruptibilis suauitatis. Effusio liberalitatis obtē
dit vmbrā: sed bonoꝝ oīm largitor affluentissimus tu es
Auaricia multa possidere vult: ꝛ tu possides oīa. Inuī-
dia de excellentia litigat: q̄d te excellētius. Ira vindictā
querit: te iustius quis vindicat. Timor insolita ꝛ repētī-
na exhorrescit rebus q̄ amant, aduersaria: dū p̄cauet se-
curitati: tibi em̄ quid insolitū: quid repentinū: aut quis a
te separat quos diligis: aut vbi, nisi apud te summa secu
ritas. Tristicia rebus amicis cōtabescit q̄bus se oblecta-
bat cupiditas: quia ita sibi nollet: sicut tibi offerri nihil
potest. Ita fornicatur anima abs te: ꝛ querit extra te ea
que pura ꝛ liquida nō inuenit, nisi cuꝫ redit ad te: sꝫ etiā
te imitando indicat creatorem te esse oīs nature: ꝛ ideo
nō esse quo a te oīno recedatur. Hec Aug. Propterea ve
ritas virtutum ꝛ puritas diligenter inuestiganda est: vt
fallacia diabolica possit in talibus melius ab hoībus de
prehendi. Propter quod dicit veritas: Suadeo tibi a me
emere aurum ꝓbatum ignitum vt locuples fias. Et vul
gariter dicitur: Non omne qđ fulget est aurum. Et Ari-
stoteles in elencis. Aurichalcea ꝛ felle tincta vident au
rea: cum longe aliud sint. In huiusmodi igitur fidelibꝰ
recurrendum est ad vnctionē sancti spiritus: que de oī-
bus docet. j. Iohan. ij. Hinc frequēter orat ecclesia: Veri
tas tua quesumꝰ dn̄e semꝑ maneat in cordibus nostris:
ꝛ oīs inimici falsitas destruatur. ¶ Septima dia-
boli astutia, ꝛ omniuꝫ periculosissima est ipsa pax: idest
cessatio a perceptibilibus tentationibꝰ: quā paceꝫ multi
imperitoꝝ affectant: ꝛ vehementer ꝯcupiscunt. Sꝫ hec
adeo perniciosa est, vt de ea sanctoruꝫ ecclesia dicat: In
pace amaritudo mea amarissima. Et enumerat doctor il
le quattuor mala que ad talem pacē ꝯsequūtur. ¶ Pri-
mū est fatua securitas: q̄ negligit dei timor: q̄ est electo-
rū vigilantissimus simul ꝛ fidelissimus custos. De quo
Eccli. xxvij. dr̄. Nisi instanter te tenueris in timore dei: ci
to subuertetur domꝰ tua. i. ꝯscientia. Et Prouer. xiiij. dr̄.
Timor dn̄i fons vite vt declinet a ruina mortis. Illa er-
go pax arefacit fontē vite: q̄ arefactio quāta sit impugna
tio: quis non videat. Hec em̄ securitas facit nos seorsum
a cura ꝛ sollicitudine custodiēda: ꝛ per hoc exponit nos
hostibꝰ totos incautos. Ideo nō cessat versutus ille ten
tare: vt cū quis estimat se securū negligat se tueri: quare
nus quos sic p q̄etē securos reddiderat: repēte rediens
facilius inopinatus irrūpat. ¶ Secundū malū est desi-

Apoc. iij.

dia/pigricia/siue ignauia: Quia humana tarditas ad p-
ba opera tentationum stimulis excitatur: iuxta illud ps.
Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ postea accelerauer-
rũt. Desidia eñ quasi diaboli dormitoriũ: humanarũ mẽ-
tium vires turpissima rubigine cõsumit: que cõtinuo de-
berẽt exercitio splẽdescere: quẽadmodũ ferri exercitium
ipsum splẽdescere facit/ad similitudinez argẽtei nitoris.
Nã cũ exercet/candet: ⁊ cũ quiescit/rubigo turpis adgi-
gnitur. ¶ Tertiũ malum est ignorãtia sui ⁊ ꝓprioꝝ defe-
ctuũ: ad quã sequit elatio: q: eoipso ꝙ nõ tentamur cre-
dimus nos fortissimos: ⁊ tã sctõs: vel sic angeloꝝ custo-
dia vallatos: vt nos diabolus non audeat impugnare.
Qua credulitate nihil stultius est: q: dũ nõ putamus/in
foribꝰ adest: q̃rẽs euertere totã cõsciẽtie domũ. ¶ Quar-
tũ malũ est fraternus cõtemptus: q: facile q̃ huiõi pacez
in se sentiũt ac diutiꝰ in se senserũt: despicere eos solẽt q̃
grauiter tentantur: dicẽtes huiõi horrẽdas tẽtationes ca-
dere nõ debere in christianũ hoiem: ⁊ ꝙ vilissimus est q̃
talia cogitat: aut cui tales cogitationes immittunt. Im-
mo tales aliq̃n ita puros se existimãt: ꝙ nec aliis miserẽ-
dũ: q̃ grauibꝰ agitant tẽtationũ insidiis nõ esse impũissi-
me putãt. Indignant ꝙ his quibꝰ cõpari deberẽt: qδ fal-
se iusticie certũ signum est: ſm beatũ Grego. in homel.
¶ Iste sunt septẽ astutie siue fallacie generales: quibus
diabolus vt frequẽter vtit in tẽtando hoies: vt ipsos in
sue dãnationis laqueũ ptrahat. ¶ P Plures deniq̃
tentationũ modos enumerat clarissimus doctor Johẽs
Gerson: olim Parisieñ. cãcellariꝰ/ in scripto super Ma-
gnificat/tract. viij. tractãs hũc versiculũ: Deposuit potẽ-
tes de sede. Addidit ⁊ alios. lxx. fraudiũ modos in quo-
dã tractatu in gallico cõposito: ⁊ p aliũ quendam torna-
ceñ. canonicũ in latinũ traducto: Ex quibus aliquos ad
nostrĩ cautelã nõ piguit hic annotare. Vñ ait: Depositꝰ
iste de sede diabolus: deorsuz fluẽs sathanas satagit ho-
mines deponere violẽter/fraudulẽter ⁊ maligne. Violẽ-
tia cernitur in obsessis: fraus vo dũ specie boni salubris
⁊ vtuosi cõsilii: quasi moralis phs dolose impellit. Pau-
cos accipe (inquit) modos ex innumeris. Detestat q̃nq̃
superbiã: sed vt in deteriorẽ sub volucro ficte humilita-
tis pcipitet. Nã est q̃ se nequiter humiliat. Et rursus ait:
Noli esse humilis in sapiẽtia tua: quatenus insipiẽter ex-
alteris. Detestat presumptionẽ: ⁊ timorẽ laudat: vt abla-
ta pace cordis/recedat iste cuiꝰ locus est i pace. Detesta-
tur i obediẽtiã: vt peccati seruitutẽ inducat: ⁊ asininã pa-
tiẽtiã qua fert nõ ferẽda: q̃les vocabat apls esse corinthi-
os. Fefellit innumeros nequã iste: q̃ sub velamẽto obe-
diẽtie nefanda perpetrarũt: q̃si peccare non possent: q:
nõ habebãt velle vel nolle iuxta verbũ suũ. Detestat su-
perstitiones: q̃nq̃ manifestas: sz nõ occultas ⁊ obũbra-
tas sctis obseruationibꝰ. Vñ ad supstitiosas: h est super-
fluas q̃stiones ipellit ⁊ curiosas. Vñ prima maligne vo-
cis sue vox: vox fuit interrogatiõis Cur. Cur isto/frequẽ-
tissime vtit: quatenus hoies in curiositat noxie laqueos
cadãt. Suggerit q̃stiones has ⁊ similes. Cur fecit deus
rationales creaturas: q̃s pscriebat fore peccaturas ⁊ dã-
nãdas. Cur eas deus tales nõ cõdidit q̃ peccare nõ pos-
sent. Cur delectat in perditione viuentiũ. qδ inde sibi lu-
crũ crescit. Nũquid melius esset vniuerso: si peccat oĩ-
nibꝰ ablatis/remanerẽt in solo decore virtutũ. Cur indu-
rat aliquos ⁊ alioꝝ miseret. Cur acceptio personarũ re-
perit apud ipsum. Cur nõ citius venit ad hoies redimen-
dos. Cur tot absq̃ baptismo innocẽtes: tot i insulis sine
lege viuẽtes: tot qui saluarent si bonis doctrinis/⁊ socie-
tatibꝰ instruerent perire pmittit ⁊ pemisit. Scit nequã
iste ꝙ pscrutator maiestatis opprimet a gloria. Scit ho-
minẽ ꝓhibitũ: ne in pluribꝰ dei operibꝰ fuerit curiosus.
Culpat hypocrisim: sed vt hoies absq̃ honestatis velo
perpetrent mala. Laudat simplicẽ cuz sancta verecũdia:
quatenus hypocrises fictionis introducat. Culpat inui-
diã ⁊ benignitatẽ laudat: sed vt malignitas iproba nocẽ-

Eccl. xix. Eiusdez iiij.

Prouerbio. xxv.

tiũ foueatur. Culpat ecõtrario iniquitates alioꝝ: vt pso-
nale odiũ cõtra fraternã charitatẽ suscitetur. Culpat ira-
tos: sed vt zelũ sanctũ abiiciat. Laudat zelũ sanctũ: quo
preceps ira furiat. Laudat quietẽ sanctã: sed vt in sterq̃-
liniũ torpẽtis inertie deiiciat. Ostẽdit odibilẽ auaricia:
⁊ ꝙ nihil nequius ꝙ amare pecuniã: sed vt ꝓdigalitatẽ
cõsumptiõe oĩm cũ rapinis introducat. Pulchrã ⁊ ama-
bilẽ dicit frugalitatẽ: vt tenacitati locuz paret. Ostendit
quantas gignit infirmitates gula: sed vt periculosiorez
fatuitatẽ capitis ⁊ corpis absq̃ remedio operet. Laudat
oĩa sana esse sanis: ⁊ nihil esse reiiciendũ qδ cũ gratiarũ
actione accipit: vt a tẽperãtia fallax abducat. Ostẽdit ꝙ
feda sit luxuria. ꝙ vilis nec honore digna: vt coniugioꝝ
iura cõtaminet. Laudat plificationẽ: immo iubet p illud
Crescite ⁊ multiplicamini: quatenus concubinatũ licere
demõstret. Ostẽdit nõ esse iurandũ. Sit inquit sermo ve-
ster: est est: nõ non: vt detestet omnẽ iuramentũ. Dicit ex
aduerso: qui bene iurat: bene credit: vt periuria aut blas-
phemias diuini nois multiplicet. Circuit iste sathan et
terrã perambulat: vt circũstantias omniũ cõsideret: q̃s/
quid/vbi/quibus auxiliis/cur/quomodo/q̃n. Tendit la-
queos in quos impellat multos valde: vt si fuerit aliq̃s
ab vno liberatꝰ cadat in alterũ. Itaq̃ cõsiderat dum cir-
cuit ⁊ obseruat volẽtes placere deo. ¶ P Videt aptũ
aliquẽ ad religionis ingressum: impellit ad oppositũ sic
illudens. Cur ciuilẽ vis deserere cõuersationẽ: q̃m homo
natura ciuile animal est. Homines hominũ gratia facti
sunt: vt se mutuo iuuẽt: sibi mutuo seruiant. ve soli. Cur
non poteris sub habitu seculari salutẽ tuã operari. Sub
vno abbate christo gaudeas lege libertatis: quã tibi de-
dit deus ⁊ emit christus. Quid pulchrius: q̃d eligibilius
libertate. Cur tot ⁊ tales vis subire obseruationes: ⁊ vo-
verbum. Sed quid: a domino nō recessit: persistit in clamo-
re: procidit ad pedes eius dicens: Adiuua me dñe. Repul-
sa est dicente dño: Non est bonū sumere panem filiorum et
mittere canibꝰ. Non erubuit cani cōparata: nec velut iniu-
riam in animū reuocauit. Sed vocē exprobrantis exagge-
rans/dominum conatur vincere/dicens: Etiā domine.
Nam ꝛ catelli edunt de micis q̄ cadunt de mensa dominoꝝ
suorum. Ea propter audire meruit: O mulier/magna est fi-
des tua: fiat tibi sicut vis. Sic discamus instāter orare: im-
portune obsecrare: perseuerāter pulsare. Siquidem ꝛ ape-
rietur nobis. ℂ K Sed forsitā dicis ait Chrys. in homel.
Deprecatus sum semel ꝛ iterum/ter/quater/septies/deci-
es/vigesies/ꝛ nō exaudiuit me dominꝰ. Respōdet Chrys.

O stulta inuētio: ꝛ quid nūc quis nō es exauditus iam re-
cedis a dño: ꝛ differs petere. An non vides perseuerantiā
mulieris: que non ante cessauit/ꝙ quod quesiuit: inuenit.
Sunt multi qui labijs mugiunt: ꝛ corde non concipiunt.
Si tuipse dicta tua ꝛ preces ignoras: quomodo te exaudi-
et deus. Sed dicis: Inclinaui genua mea ꝛ oraui. Genua
tua inclinasti in terrā: ꝛ mens tua foris ꝑ diuersa discurrit.
Corpus quidem tuum in ecclesia est: sed cogitatio tua fo-
ris vagatur: Lingua tua orat: ꝛ mens pecunias numerat.
Oremus igitur fiducialiter ad patrem celestem: sicut hec
mulier orauit ad christum saluatorem: que non petiuit iaco
bum: nō rogauit iohannē: non accessit ad petrum: sed ma-
gna fiducia cucurrit ad dominū. Orem⁹ fideliter ad patrē
misericordiarū: largitorē beatitudinis: sicut hec mulier ora
uit christū datorē gratiarū: fontē totius consolationis. Nō
eñ iuit ad hoies seductores: nō secuta est vates fallaces: nō
quesiuit inanes ligaturas: nō quesiuit falsa ꝑsidia. Sed ve
nit ad dominū iesum christū omniū saluatorē. ¶ Oremus
et perseuerāter ad summū regē omniū: sicut hec mulier ora
uit ad inclyti regis dauid filium: que nō repercussa ad pri-
mū sonitū/ Nō sum missus nisi ad oues que perierāt dom⁹
israel. Nec territa ad secundū verbulū: Nō est bonū sumere
panē filioꝝ et dare canib⁹: Sed perseuerātia armata: iterū
atq͂ iterū irrupit in verba: miserere mei fili dauid: adiuua
me dñe: quousq͂ cōsolata pijssimi medici verbis/fiat tibi si
cut vis. Tanta et nos orationis instātia animemur: vt non
desistam⁹ petere/donec exeam⁹ ex defectibili mūdo: vt me
reamur liberari a malo: ꝛ audire oratiōis hui⁹ finē/Amē.i.
fiat vobis quod petistis. ¶ T Ut autē hocꝑm merea-
mur: pter ea q̄ supra dicta sunt: duo a nobis orātibus obser
uent: que beat⁹ Cyprianus ponit ꝓpe finē libelli de dñica
oratione. Primū/vt orem⁹ vigilanter: nō tm̄ voce: sꝫ magis
mente. Secūdū/vt oratio nostra nō sit nuda: sꝫ vestita bo-
no ope. De pmo dicit bea. Cyprian⁹: Quādo stam⁹ ad ora-
tione fratres dilectissimi/ vigilare ꝛ incūbere ad orationeꝫ
toto corde debem⁹. Cogitatio ois secularis ꝛ carnalis ab-
scedat: nec q̇cq͂ tunc animus ꝙ id solū cogitet qd̄ precatur.
Ideo ꝛ sacerdos ante orationē/ꝑfatione pmissa/parat fra-
trū mētes/dicēdo: Sursum corda: vt dum respōdet plebs/
Habem⁹ ad dñm: admoneat nihil aliud se ꝙ dñm cogita-
re debere. Claudat contra aduersariū pectus: ꝛ soli deo pa
teat: nec ad se hostē dei tpe oratiōis adire patiat. Obrepit
eñ frequēter ꝛ penetrat: ꝛ subtiliter fallēs/ꝑces nostras a
deo auocat: vt aliud habeamus in corde: aliud in voce: qñ
intētione sincera dñm debeat nō vocis sonus: sed anim⁹ et
sensus orare. Que autē segnicia est: alienari ꝛ capi ineptis
cogitationibus ꝛ ꝓfanis/ cū dñm deprecaris: qñ sit aliud
qd̄ magis debeas cogitare: ꝙ ꝗ cum deo loquaris. Et seq̄-
tur qd̄ etiā supra lectione.lxiij. allegatum est. Quō te a deo
audiri postulas: cū te ipse nō audias. Uis esse deū memorē
tui/cū rogas: cū tuipe memor tui nō sis. hoc est ab hoste in
totū nō cauere: hoc est qñ oras dñm/maiestatē dei negligē
tia orationis offendere: hoc est vigilare oculis ꝛ corde dor
mire: cū debeat christian⁹: ꝛ cū dormit oculis: corde vigila

Can.v.

re: sicut scriptū est: Ego dormio ꝛ cor meum vigilat. Qua-

Colos. iiij.

propter solicite ꝛ caute aplꝭs ammonet dicēs: Orationi in-
state vigilantes in ea. Docens scꝫ eos impetrare qd̄ postu
lant a deo posse: quos de⁹ videt in oratione vigilare. ¶ De
secūdo idem ait: Orātes aūt nō infructuosis: nec nudis ꝑ-
cibus ad deū veniamus. Inefficax petitio est/ cū precatur
deū sterilis oratio. Nam cū ois arbor nō faciēs fructū/exci
dat ꝛ in ignē mittat: vtiq͂ ꝛ sermo nō habēs fructū/ deū ꝓ
mereri nō pōt: q̄ nulla opatiōe fecūdus est. Et ideo scriptu

Tob. xij

ra diuina dicit. Bona est oratio cum ieiunio ꝛ elemosyna.
Nam q̄ in die iudicij pmiū ꝓ opibus ꝛ elemosynis reddi-
tur⁹ est: hodie quoq͂ ad orōnē cū opatione venienti benign⁹

Act.x.

auditor est. Sic corneli⁹ cēturio cū orauit meruit audiri: cui
angelus testimoniū reddidit dicēs. Corneli: orationes tue
et elemosyne ascenderūt in memoriā in conspectu dei. Cito
orationes ad deū ascēdunt quas ad deū merita nostri ope

Tobie xij. Esa. lviij.

ris imponūt. Sic et raphael angelus tobie orāti testis fuit
cū orōne cōmemorās op⁹ sepulture. Sic Esai. postꝗ̄ premi
sit: Dissolue colligationes impietatis. solue fasciculos de-
primētes ꝛc. Frāge esurienti panē tuū ꝛc. subdit. Tūc inuo-
cabis: et domin⁹ exaudiet. clamabis: et dicet/ecce adsum.
Adesse se repromittit: audire ꝛ ꝓtegere se eos dicit: qui in-
iusticie nodos de corde soluētes: ꝛ elemosynas circa dome
sticos dei ſm eius ꝑcepta/faciētes: dum audiunt qd̄ deus
ꝑcepit fieri: ipsiq͂ quoq͂ a deo merent̄ audiri. ¶ M Cir
ca petitionē vltimā mouet̄ hoc dubium. Utrū pscitus ex
audibiliter petere possit a dño: Sed libera nos ab eterne
dānationis malo. Pro huius dubij solutione/ notandū ꝗ
dupliciter q̇s dici pōt ꝑscitus. Similiter ꝛ ꝑdestinat⁹.i. vel
ſm presentē iusticiā: vel ſm eternā dei ꝓuidentiā seu presci
tionē. Prescitus ſm ꝑsentem iusticiā/dicit̄ ille: q̄ est in tali
statu in quo si decederet: eterne pene deputaret̄. Talis est
q̄libet viator existēs in pctō mortali. Nā quilibet talis si in
pctō mortali decederet: eterne dānationis sententia plecte
ret̄. Qualis eñ q̇sq͂ in termino vie inuenitur: taliter iudi-
catur. ad regnū: si amicus fuerit per gratiaꝫ: vel ad inferni
carcerē: si inimicus extiterit ꝑ mortalē culpā. Et hoc modo
multi ad eternam beatitudinē ꝑdestinati. ſm ꝑsentem iusti

Joh.x.

ciā sunt presciti. Cadunt eñ nōnūꝙ electi a gratia habitua
li ꝑ mortale peccatum. De quib⁹ dicit saluator. Alias oues
habeo: que nō sunt de hoc ouili: ꝛ illas opoꝛtet me adduce
re. Alias oues habuit ſm eternā ꝑdestinationem: que non
erāt de hoc ouili.i. de ecclesia ſm ꝑsentē iusticiā: quas ad-
duxit ad ouile ecclesie per fidē ꝛ gratiā: q̄ infideles isto tpe
erant et inter gētes numerate. Talis fuit olim dauid adul-
ter. talis paulus christi persecutor. ꝛ multi similes. Qui ꝙ-
uis ad eternā beatitudinē fuere preordinati: tamē ꝓ certo
tēpore in peccata mortalia sunt ꝓlapsi. Prescit⁹ ſm etern̄
dei scientiā/est ille: qui ſm ꝑordinationē et determinationeꝫ
diuine volūtatis ꝓpter pctā sua similiter ꝑuisa eterne sub-
iacebit dānationi. Talis est q̄libet ꝛ solus ille q̄ in pctō fina
naliter moritur. Quilibet enim talis: et solū talis eternali-
ter condēnatur. Isto modo multi presciti pro certo tēpore
sunt predestinati ſm presentem iusticiam. De talibus intel

j. Joh.ij.

ligi potest illud. Nūc antichristi multi facti sunt. Ex nobis
prodierunt: sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex no-
bis: permansissent vtiq͂ nobiscum. Glo. ex nobis prodie-
runt. id est ex nostra societate recesserunt. nostra societate
vtiq͂ fideli et gratiosa. Sed nō erant ex nobis ſm predesti
nationis gratiam. Talis fuit iudas scarioth: qui soꝛte ele-
ctionis tempore in apostolum fuit in gratia: ꝛ ita predesti-
natus ſm presentem iusticiam: finaliter tñ condēnādus ſm
eternā dei ꝑscientiā. ¶ N Per hec respōdet̄ ad dubiū: ꝗ
ꝑscitus ſm presentē iusticiā tm̄ exaudibiliter petere pōt a
dño: Sed libera nos a malo: q: nūꝙ dānabit̄: neq͂ ad tale
malū a deo est ꝑuisus: ꝙꝙ ꝓ certo tpe sit i tali statu: in quo
si decederet/dānaret̄: nō tñ in tali statu morief̄: sꝫ de pctis
suis ante exitū penitebit. Et q: se emēdādo vitā mutabit
dolens de pctō: ideo deus ꝑseruabit illū ab eterne dānatio
nis malo. Sic eñ dicit Amb. Si tu noueris mutare vitaꝫ:
de⁹ nouit mutare sentētiā. Et Hiere.xviij. Si penitētiā ege
rit gēs illa de pctō suo: agā ꝛ ego penitētiā sup malo qd̄ co
gitaui vt facerē ei. Nō quidem vt deus in se mutet̄ dū mu-
tat sententiā: aut dum spōdet de malo agere penitentiam:
sed quia malū nō infligit qd̄ cōminat⁹ est: ꝓpter emenda-
tionem hominū: sentētiā dicit̄ mutare: ꝛ agere penitētiam
de malo qd̄ locut⁹ est.i. qd̄ cōminat⁹ est. De prescito vo ſm
eternā dei ꝑscientiā/dicēdū est: ꝗ licet talis possit exaudi-
biliter orare/ Libera nos a malo: interim ꝗ est in statu illo
vie: q: pōt de pctis suis oib⁹ penitere: q: nemo in statu isto
est imobiliter obstinat⁹ in malo: nūꝙ tñ finaliter merebit̄
exaudiri. Nō ꝓpter ꝑsciētiā dei: q̄ neminē necessitat ad ma
lū: sed ꝓpter suā ꝑuersam volūtatem: in q̄ libere vsq͂ in vi
te sue finē ꝑmanebit. Qd̄ de⁹ ab eterno ꝑuidēs: mō nobis
ineffabili ifallibiliter illū malo eterne dānatiōis cruciādū
ꝑcognoscit: ꝛ tādē inuite ei⁹ termino iusticia exigēte/dāna

ctionis in eā sententiam pmulgabit. ¶ Hec de dominice oratiōnis expositiōe: etsi dispendioso collecta sint stilo: p materie tñ amplissima dignitate breui/inculto/rudiq3 digesta eloquio/sufficiant. Qua licet nō valui: volui tñ ꝛ optaui ꝓdesse auditorio. Qꝺ si plixitatis arguor: accipe breuissimā cōlusiā expositionē: materiā plurimā succincta verborum paucitate cōplexantē. ¶ O Pater noster: excelse in creatione: suauis in amore: diues i hereditate. Qui es in celis: speculū eternitatis: corona iocūditatis: thesaurus felicitatis. Sanctificet nomē tuū: vt sit nobis mel in ore: cithara in aure: iubilus in corde. Adueniat regnū tuū: iocundum sine perturbatione: tranquillū sine pmixtione: securū sine pditione. Fiat voluntas tua sicut in celo ꝛ in terra: vt que odis/odiam⁹: ꝛ q̄ diligis/diligamus: ꝛ que cōsulis ac pcipis/impleam⁹. Panē nostrū quotidianū da nobis hodie: panē materialē/doctrinalē/penitētialē/sacramētalē/spūalē/celestē et eternalē. Et dimitte nobis debita nr̄a: q̄ cōmisimus ɔtra te deū: cōtra nosipos: ꝛ ɔtra ꝓximū. Sicut ꝛ nos dimittim⁹ debitoribus nostris: iniuriā verborū scz verberū et rerū. Et ne nos inducas in tētationē: carnis/mūdi ꝛ diaboli. Sed libera nos a malo: p̄senti/p̄terito ꝛ futuro. Amē: fiat ꝛ indeficienter perseueret.

¶ Lectio. lxxx. A

Libera nos quesu-

mus dñe ab omnibus malis: p̄teritis: p̄sentibus et futuris: et intercedēte beata ꝛ gloriosa semper virgine dei genitrice maria: ꝛ beatis aplis tuis petro et paulo atq3 andrea cū oibus sanctis: da propitius pacē in diebus nostris: vt ope misericordie tue adiuti: et a peccato semꝑ simus liberi: et ab omni ꝑturbatione securi. ¶ Finita oratione dñica: in cui⁹ finali particula/populus tanq̄ infirmus petijt a malo liberari: cui sacerdos cōpatiēs dixit/Amen: desiderās dicti populi liberationē sm vnam: aut petitionis susceptionē affirmās sm aliā eius expositionē: addit oratio alia q̄ embolism⁹ siue superexcrescēs dicit sm Alexā. ꝛ magistrū in Rationali. Tū quia in ea nihil petit: qꝺ in superiorib⁹ petitionib⁹ petituz nō est: nec tñ hoc ipo superfluit: qr priores petitiones magis declarat/specificat ꝛ explanat: ꝛ p̄sertim tres vltimas: quib⁹ mali remotio flagitat. Tū qr petitionū repetitiōe petentiū desideriū magis excitat: ꝛ per hoc ad obtinendum effectū ampli⁹ disponit. Potest etiā dici excrescētia: qr longo tpe in pmitiua ecclesia nō dicebat. ¶ Et potest diuidi oratio hec in tres partes: qm̄ cōclusio ei⁹ scz/Per eundem dñm nostrum ꝛc. q̄ posset poni pars quarta: pncipiū est alteri⁹ partis pncipalis sm p̄habitā diuisionē. In prima petit liberatio a malo/pacis ꝛ trāquillitatis impeditiuo. In scđa recurrit ad intercessores sanctos: vt sint nobis impetrationis p̄sidio: ibi. Et intercedente. In tertia fit petitionis maior specificatio/ibi: vt ope misericordie. Et quia partes simul cōdepēdent: ideo simul expediant. ¶ B Quo ad primū dicit sacerdos: Libera nos quesumus: tu pater oipotēs: quia in te potētia est: qua potes nos ab omni aduersitate tueri: ꝛ malum cui subiacemus remouere: Libera nos Ab omnibus malis: ad bonū meritū nostrā infirmitatē nō pmouentib⁹: Preteritis. s. culpis quib⁹ te offendim⁹: vt he ꝑ cordis cōpunctione: oris cōfessionē: ꝛ operis satisfactionē deleantur. Presentibus: angustijs ꝛ tribulationibus a mundo insurgētibus: vt instantiā eoꝝ tua ꝓtectione vincere possimus. Et futuris/insidijs ꝛ laqueis ad culpā p̄cipitare conātib⁹: immo quibuslibet malis culpe ꝛ pene: vt ea tua munitione cauere valeamus. Sic em̄ olim ꝓpheta orauit in Ps. Libera deus isrl' ex oibus angustijs suis. Et. ij. Machab. j. oratū est. Cōcedat nobis salutem ꝛ redimat nos a malis. Sed cū nemo liberet ꝓprie ab aliquo nisi ipso afficiat/teneat aut inuoluat: quō petimus liberari a malo p̄terito: cū ipm nō sit: sz trāsierit: Aut quō a malo futuro: cum nec ipsum angit nec sit. Respōdetur q̄ q̄uis malum preteritū: puta peccatuz trāsiuit deliq̄q3 sm actū: manet tñ quātū ad reatū. Dū em̄ quis peccat contra deū: eo ipo quo peccat: ad penā obligat: que obligatio manet donec deus eā remittat. Petim⁹ igit liberari a peccato p̄terito: petendo vt obligatio illa p̄pena/quā per actum peccati p̄teritū incurrimus: extinguat. Petim⁹ aūt liberari a malo futuro. Liberari: id est preseruari/ne ip sum incidam⁹. Nullum em̄ malū futurū incurrimus: nisi qꝺ deus in nobis efficit: et hoc quātū ad malū pene positiuū: vel in qꝺ nos decadere ꝑmittit/quātū ad malū culpe. Sicut ꝺ: Amos. iij. Si est malū in ciuitate qꝺ ego nō feci. Feci efficiēdo vel ꝑmittēdo. Cū ergo ab vtroq3 malo a deo p̄seruamur. a malo pene ne illud suꝑ nos inducat: et a malo culpe: ne in istud cadere nos ꝑmittat: satis ꝑ ipm a futuro malo liberamur. Ita em̄ ait Aug. ij. li. cōfes. Gratie tue deputo: q̄ quedam peccata nō ꝑpetraui. Gratie tue deputo ꝛ misericordie tue: q̄ ꝑctā mea tanq̄ glaciē soluisti. Gratie tue deputo/q̄ queq3 nō feci mala. Hec Aug. ¶ C Rursus petimus hac oratione/pacis p̄sidiū. Et qm̄ hoc nostris meritis impetrare nō possumus: nec p̄sumim⁹: qr Nostre iusticie ante deuz [Esa. lxiiij.] tanq̄ pānus mēstruate. Idcirco ad hoc impetrandū recurrim⁹ in scđa huius orationis parte/ad sctōꝝ suorū suffragia: quos in curia regni sui nostros cōstituit mediatores sibi acceptissimos: quoꝝ p̄ces sua dilectio nō repellit. Cōfugimus aūt pmo ad beatissimā virginē celorū reginam: cui rex regū/pater celestis dimidiū regni sui dedit. Qꝺ significatū est in Hester regina: que cū ad placandū Asuerū regē accessisset: dixit ei rex: etiā si dimidiā partē regni mei petieris: dabit tibi. Sic pater celestis: cū habeat iusticiā ꝛ miserisericordiā tanq̄ potiora regni sui bona: iusticia sibi retenta/misericordiā matri virgini concessit. [Hester. v.] Petimus igit pacem intercedente beata ꝛ gl'iosa virgine maria. Intercedente: iuxta suū officiū vehemētia desiderij: feruore deuotionis: et puritate orationis; ostendens vt Bern. ait. patri filium quē genuit; filio vbera que suxit/ꝓ nobis interpellās. Beata: quia christum sanctū sanctorum in vtero suo baiulauit. Hinc beat⁹ vēter: ait mulier euāgelica dño: q̄ te portauit: et vbera que suxisti. [Luc. xi. Nomine marcilla] Uel beā in generationib⁹ celi ꝛ terre. Celi/quib⁹ genuit suū restauratorē. Terre/q̄bus genuit redēptorē. Ecce (inq̄t hec virgo) beatā me dicēt oēs generationes. Qꝺ verbū tractās btūs Ber. ait: Operabat salutē nostrā christus in medio terre: in vtero videlicet virginis: q̄ mirabili ꝓprietate terre mediū appellat. [Ser. ij. de pē.] Ad illā em̄ sicut ad medium: sicut ad arcā dei: sicut ad rerū causam: sicut ad negociū seculorū respiciūt: ꝛ qui in celo habitant: ꝛ q̄ in inferno: ꝛ q̄ nos p̄cesserūt: ꝛ nos q̄ sumus: ꝛ qui sequētur: et nati natoꝝ: ꝛ q̄ nascent ab illis. Illi q̄ sunt in celo/vt resarciant: ꝛ qui in inferno/vt eripiant: ꝛ q̄ precesserūt/vt ꝓphete fideles inueniant: qui sequūtur/vt glorificent. Et sequitur ad ꝓpositū: Eo beatā te dicēt oēs generatiōes genitrix dei: dña mūdi: regina celi. Oēs inquā ḡnationes. Sūt em̄ generatiōes celi et terre. Pater spiritūū (ait aplꝰs) Ex quo oīs paternitas in celo ꝛ in terra nominat. [Ephe. iij.] Ex hoc ergo beatā te dicēt oēs generationes: que oibus generationib⁹ vitā ꝛ gloriā genuisti. In te enim angeli leticiā: iusti gratiā: peccatores veniā inueniūt in eternū. Merito in te respiciunt oculi vniuerse creature: qr in te: et per te: et de te benigna manus oipotētis quicq̄d creauerat: recreauit. Hec Bern. Et gloriosa. que regis glorie est soliū: quē carne induit: in qua quasi in solio resedit. Uel gloriosa: qr in altissimis habitat: vbi ipsi ꝛ regine thronus posit⁹ est: in quo gloriose residet ad dexteram summi regis. Uel gloriosa: quia in corpore et anima gloriose est assumpta: et super omnes virtutes humanas et angelicas inestimabiliter sublimata. Semper. ante partum: in partu: et post partum. Uirgine. corpore et mente. Uirgine professione: virgine obseruatione. Dei genitrice. id est matre filij dei: et ideo communem filium cum deo patre habente. Luc. j. Quod ex te nascetur sanctū/vocabit fili⁹ dei. Maria. i. illuminātē celū et terrā. Ipa q̄dē fecit vt in celis oriret lumē indeficiēs: ꝛ in terris lumen in tenebris lucēs: ꝓpter qꝺ speciosior est sole; [Sap. vij.]

et sup oēm dispositionē stellarū/luci cōparata/inuenit̄ pri
or. ¶ D Sequit̄: Et beatis apl'is tuis. per te patrē ante
mūdi cōstitutionē electis: ⁊ per christum in tpe vocatis: vt
mūdo fidē tuā sanctā p̄dicarēt. Petro ⁊ paulo atq; ādrea.
Et ita hic ad pacē impetrādam quattuor p̄sone introducū
tur: que passioni dn̄i (cuius memoria in missa agit̄) magis
fuerūt configurate: in cuius virtute pax nobis est donata.
Prima virgo maria: cui⁹ animā ptransiuit doloris gladi⁹:
cū steterat iuxta filij sui crucem. Scd̄o petrus q̄ crucifixus
est corpore transuerso: ⁊ erectis sursum pedibus. Paulus
Gala. vj tertio q̄ et stigmata christi in corpore suo tulit. Quarto an
dreas: qui crucifixi amore/crucē qua passus est: tanq̄ ama
tam suā/vidēs alonge salutauit. Tres hi apostoli dūtaxat
nominant̄ tanq̄ testes pacis: pacē mundo p̄dicātes: quia
in ore duorū vel triū stat omne testimoniū. Nominant̄ aūt
isti tres singulariter preter rationes datas/ pp̄ter quasdaʒ
singulares eorum eminētias. Petr⁹ pp̄ter dignitatē prelas
tionis: qi summus ⁊ caput apostolorum fuit a dn̄o cōstitu
tus. Paulus propter priuilegiū predicationis: quia doctor
j. cor. xv fuit gentium a domino electus plus alijs laborans: sicut de
seipso testatur. Andreas pp̄ter feruens crucifixionis desi
derium. ¶ Uel fm̄ Albertū: quia petrū ad christū addu
xit: vt habetur Joh. j. Hinc ⁊ principis apostolorū aposto
lus fuit. Item quia benignissimus fuit ⁊ mitissim⁹. ob qd̄
de eo canitur: qd̄ de Hieremia scribitur. ij. Mach. xv. Hic
est fratrū amator: ⁊ populi dei isrl̄. Hic est qui multū orat p
populo: ⁊ p vniuersa sctā ciuitate dei. ¶ Uel nominant̄ hi
tres: qi in ipsis omnes alij sci repñsentant̄. Oēs em̄ sancti
vel sunt: aut fuerūt in statu cōiugali: ⁊ hi per beatū petruʒ
significant̄: q̄ vxorē habuit: filiā sanctā petronellā: ⁊ socrū
a dn̄o a febrib⁹ curatā. Aut fuerūt in statu viduali: s cōtinen
tie: qui p beatū andreā denotant̄. Hic em̄ fm̄ bt̄m Chrys.
vxore mortua in statu viduali credit̄ pmansisse: Aut fuerūt
in statu virginali: ⁊ hi per paulum figurant̄: qui virgo fu
it ⁊ permansit. Et fm̄ hoc subditur. Et cum omnibus san
ctis. in tribus apostolis generaliter nominatis. Et quoad
tertiam orationis huius partē/additur petitionis specifi
catio cum dicit̄: Da propitius pacem: ne populus in tanti
sacramenti cōmunione p insurgentia mala pturbet̄. Da pa
cē pectoris: vt cōscientie remorsum tollēs: ⁊ in vera charis
tate ⁊ amicitia nos tibi iūgens: tibi pfecte recōcilier. Da pa
cē tpis/in dieb⁹ nostris: vt ea p illius tpis miseria perfrua
mur: Et ab omni pturbatione exteriori te pacē donante vi
uamus. Nō em̄ nisi te donante eā habere possumus: qi non
est alius qui pugnet p nobis nisi tu de⁹ noster: celestis pa
ter. Omnis siquidē potestas tue potentie cōparata/infirmi
tas est: nō potētia: Ut ope misericordie tue adiuti: Miseri
cordiā tuā pater clemētissime imploram⁹: nō iusticiā q̄ no
stris demeritis magis tribulationē ⁊ aduersitatē rectitudi
nis zelo induceret q̄ pacē: Hoc em̄ exigūt nr̄a pctā. Poti⁹
nāq; puniri meruimus/q̄ tranqllitate foueri. Plus a tua
iusticia declināres meruim⁹: vt sup nos regnēt pacis emu
li ac tyrāni: q̄ pacis zelatores ⁊ beniuoli. Da igit̄ nobis ad
huc infirmis qbus nocet perturbatio pp̄itius pacem. Et a
peccato: volūtatis ⁊ actionis. Semper simus liberi: p pa
cē pectoris: deleto reatus nostri chirographo: Et ab omni
perturbatione securi/per pacē tēporis tumultu ⁊ inquietu
dine seculi mitigato: quo puenire mereamur ad pacē eter
nitatis: omnis mali suspitiōe penitus sublata. ¶ E Hec
aūt oratio dicit̄ sub silētio: quo fm̄ Inno. ⁊ Alexandrū si
gnificat̄ quies dn̄ice sepulture: quia in triduo mortis chri
stus fm̄ corpus in sepulcro quieuit: quieuerūt ⁊ mulieres
vnguēta p̄parātes die sabbati: vt habet̄ Luc. xxiij. Siluer
rūt fm̄ mandatū. fm̄ aiam vero descēdit ad inferos: vt for
Matth. tior superueniēs fortē spoliaret armatū. Tunc em̄ momordit
xij. ⁊ Lu infernū. Osee. xiij. Ero mors tua o mors: morsus tu⁹ ero in
ce. xj. ferne: cū totū infernū destruxit (Nō em̄ dānatos inimicos
Lu. xix. qui viuētes dixere: Nolumus hunc regnare sup nos: edu
xit) sed momordit partē abrumpēs: suos amicos liberans
a malis p̄teritis/p̄sentib⁹ ⁊ futuris: dans eis ppetuā pacē:

et eternā beatitudinem: in qua ab omni peccato/⁊ inquina
mento sunt liberi: ⁊ ab oi violentia et pturbatione securi.
Qd̄ et dn̄s phariseis predixit: Sanitates pficio hodie et Lu. xij.
cras: et tertia die cōsumor. Quasi di. fm̄ Inno. Prima die
mortis mee intrās infernū/auferā demoni tyrannidē suaʒ:
in crastino educā captiuitatē sanitati ⁊ libertati donataʒ:
dū portā paradisi eis aperiā: liberās eos a malis p̄teritis/
p̄sentibus et futuris. Dans eis pacē: in qua semp sint a pec
cato liberi: ⁊ ab omni pturbatione securi. Tertia die resur
gā cōsummat⁹. Hoc ergo ecclesia cōmemorās in isto silen
tio perit silīter a pturbatiōe liberari: ⁊ ppetua pace frui. Et
pp̄ter hoc in qbusdā ecclesijs in die parasceues profert̄ il
la oratio alta voce: quia eadē die: qua fuit mortu⁹ dn̄s: ad
inferna descēdit p patrib⁹ liberādis. ¶ Aduertendū etiā q̄
sacerdos dicēs hāc orationē: Libera nos q̄sum⁹ ⁊c. accipit
patenā/quā facta oblatione abscōderat. Ad cui⁹ significa
tionis manifestationē attēdēdū fm̄ Alex. de ales. q. xxxvij.
parte. iiij. q̄ patena dicit̄ a patendo: ⁊ signat cor latū ⁊ ala
tū charitate: fm̄ illud: Uiā mādatorū tuorū cucurri cū dila Ps. cxviij.
tasti/scʒ charitate cor meū. Et iterū: Latū mandatuʒ tuum
nimis. Sup hanc patenā: id est charitatis latitudinē/ sacri
ficiū iusticie debet offerri. vt holocaustū vere pingue fiat.
Hāc cordis latitudinem habebat dn̄s offerēdo seipsum p
nobis. j. Joh. iij. In hoc cognouimus charitatē dei qm̄ ille
animā suā p nobis posuit. Habebat ⁊ ipam petrus cū ait:
Et si oportuerit me mori tecū: non te negabo. Similiter et Matth. xxvj.
omnes discipuli dixerūt: pp̄ter qd̄ dn̄s intulit/dicēs: Spi
ritus quidē prompt⁹ est: caro aūt infirma. Sʒ latitudo cor
dis ab eis fugit: cū discipuli oēs ab eo fugerūt ⁊ latuerūt.
Et ideo post oblationē hostie mediante patena: p quā hos
stia altari p̄sentata est: sacerdos abscōdit sub corporali pate
nā: vel subdiaconus ab altari remotam/retro cōtinet in
sutā: per qd̄ discipulorū fuga vel latibulū signatur: qd̄ dn̄s
ipse p̄dixerat. Omnes vos scādalū patiemini in me in ista
nocte: Scriptū est em̄ Percutiā pastorem et dispergentur
oues gregis. Et ideo sacerdos dominice resurrectionis eu
logium annūciaturus/resumit patenā a diacono vel sub
diacono presentatam: quo significatur q̄ post resurrectio
nem apostoli ad dominū redierunt. Osculatur eam sacer
dos in signum charitatis quam habere debet ad oēs: et si
gnum crucis facit in facie cum ipsa/fm̄ dominū Albertum
in signum q̄ virtus cōmunionis in omnes deriuatur p vir
tutem charitatis. ¶ F Aliter mysticat Innocē. et magi
ster in Rationali: fm̄ quos subdiaconus/ diaconus et sa
cerdos/tam numero q̄ obsequio repñsentant tres illas mu
lieres marias: de quibus Matth. vlti. dicit et ceteri euan
geliste: q̄ venerunt cū aromatibus videre sepulcrū: ⁊ cor
pus dn̄i mortuum vnguentis optimis condiendo honora
re. He em̄ patenam mysticā presentarunt domino in obse
quium sepulture/dū (vt dictū est) emerunt aromata vt ve
niētes vngerēt iesuʒ. Subdiacon⁹ igit̄ (cū sacerdos pcedit
ad hāc orationē) patenā inuolutā tradit diacono: q̄ eā reci
piens detegit: ⁊ reuelatā sacerdoti porrigit: cui⁹ humeros
aut manū dexterā osculat̄: p qd̄ significat̄/q̄ mulieres ille
lato corde deū in sepulcro q̄sierūt: obseqa funeri exhibere
cupiētes. Nā valde mane vna sabbatoꝝ veniūt ad monu
mētū orto iā sole: vt dicit Marcus. Osculātes humerū/vl̄
manū dexterā sacerdotis: christū significātis: qi deside
bāt pticipes fieri laborū eius: ⁊ sortē retributionis eterne:
fm̄ illud Apostoli: Si cōmortui sum⁹ ⁊ cōuiuem⁹: Si sustis
nebimus et cōregnabimus. ij. ad Timoth. ij. Osculū em̄ si
gnū est vnitiuū mutuo se osculātiū. Sacerdos patenaʒ ac
cipiens traditā a subdiacono ⁊ diacono/significat q̄ chri
stus fidem/et charitatis latitudinem sanctarum mulieruʒ
acceptauit. Qd̄ vero sacerdos patenam de manu diaconi
recipit: eamq; osculatur: ⁊ cum ea signo crucis se signat:
innuit q̄ si per passionem filij: que p crucem significatur:
reconciliamur deo patri (que recōciliatio p osculū intelli
git̄) erim⁹ ⁊ heredes regni: cui⁹ nullus termin⁹ est: nec fi
nis: qd̄ per patene rotūditatē denotat̄. ¶ Uel vt Inno.

dicit: p hoc sacerdos ostendit/ q christus crucifixus et resur
gens statim/ desideriū mulierū impleuit. Nā occurrēs illis a
Matth. monumēto regredientib⁹ dixit eis: Auete: et p̄cidentes te
xxviii. nuerunt pedes eius: et adorauerūt eū. Quidā etiā cum pa
tene summitatē calicis/ et pedē eius tangunt: significantes
q iste femine sancte integro ac feruēti cordis affectu/ quasi
si totum dn̄i sepulcrum: quod p calicē representatur: ample
xate sunt. Proprium quippe amātiū est/ q non satiant̄ tac
tu dilecti in oībus corporis partib⁹: nisi et res dilecti cōtre
ctent. Quod ostēdit maria magdalena: que iuxta monumē
tum stās alijs recedētib⁹ nō recedebat/ donec dn̄m videre
mereret̄. ¶ Denique subdiaconus mapulā/ qua patenā ope
ruerat: non sup altaris palla: sed aliūde deponit: significās
q petrus monumentū intrans/ vidit sudariū nō cū linteā
minibus positū: sed separatū in vnum locū inuolutū. Dein
de deponitur corporale de calice: ad signandū q mulierib⁹
iesum querentibus sepulcrum patefactum est. Viderūt nā
q lapidem magnum valde reuolutum ab ostio monumen
ti/ ministerio angeli de celo descendentis. Os quidem cali
cis/ ostium significat monumenti. Sequitur: G

Per eundē dominum no-

strū iesum christum filiū tuum: qui tecū viuit et regnat in
vnitate spiritussancti de⁹. Per omnia secula seculoꝝ Amē.
¶ Hec est secūda pars partis tertie principalis totius ca
nonis: in qua post preparationē populi ad sacrā cōmunio
nē per orationē dn̄icam: eiusque embolismū: incipit sacratis
sima cōmunio ac dispensatio: qua ecclesia cōsequit̄ tāti my
sterij vtilitatē et fructū. Et subdiuidit̄ pars illa in tres par
tes. In prima aptatur sacramentū cōmunioni p eius diui
sionē. In secūda cōicaturi vniunt̄ per pacis imperationē/
ibi. Pax dn̄i sit etc. Tertio p̄cedit̄ ad ipam sumptionē/ ibi.
Dn̄e iesu xp̄e fili dei viui. ¶ Circa p̄mū/ q eucharistie sum
ptio nō tm̄ sacerdoti celebrāti: sed toti p̄ficit et fructificat ec
clesie: cui⁹ tres sunt partes seu stat⁹: vt statim dicet̄: ideo vt
singulis partib⁹ p̄desse ostēdat̄: ipm sacrm̄ in tres ptes diui
dit̄: sub hoꝝ platiōe verboꝝ: Per eundē dn̄m nostrū. Que
verba iā sunt cōclusio p̄cedētis orōnis: q tm̄ hic fit sacri di
uisio: q pertinet ad sacri cōionem et dispensationē: ideo ma
gis in eis sequentis initiū sumit̄ partis. Vnde ait: Per eū
dē dn̄m nostrū iesum christum: cuius sacrosanctū corpus et
sanguinē contrectamus venerabiliter in sacramēto statim
sumpturi: p quē vt p mediatorē et pontificē bona oīa adipi
Matth. scimur: et ab oībus malis liberamur: iāque per dn̄m nostrū/
xxviii. cui data est potestas in celo et in terra/ Jesum. i. saluatorem
Mat. i. nostrū. Venit enim vt saluū faceret pplm suū a peccatis eoꝝ.
ps. xliiii. Christū/ pre oīb⁹ suis cōsortib⁹ spūssancti oleo vnctū. Fi
lium tuū/ naturalē et vnigenitū: cui paterna vox perhibuit
Matth. testimoniū: Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene
iii. et xvii. cōplacui. Qui tecum viuit/ in eternitate indefectibiliter:
Et regnat imperiose et potēter: In vnitate. id est idētitate
essentiali Spūssancti/ tertie in diuinis psone: qui amor est
et nexus patris et filij: in quo amorose nectunt̄ vt in cōmu
ni producto/ sibi cōsubstātiali deo. Et nō p̄cludit sacerdos
hāc orationē p verbū Amē: sed exaltāta vocē dicit: Per oia
secula seculorū. i. oim tēporū successiones veras vel imagi
narias. i. eternaliter/ requirēs populi cōsensum in petitis:
vt dicit Alber. vt ipse populus: vel aliquis eius noīe dicat:
Amen. i. fiat nobis qd petisti. Sub his verbis (vt dictum
est) fit hostie fractio: ideo primo de causa/ et mō fractionis/
et ei⁹ significatiōe aliqd dicemus: deinde de ipsa fractione
cui⁹ fit et in quo fiat. ¶ D Causam fractionis duplicē as
signat dn̄s Alber. in de officio misse par. ij. Vna est signifi
cationis: altera necessitatis. Causa significationis vt par
tes ecclesie: p quibus offertur: figurent̄. Vnde visus eccle
sie habet/ q in tria frangat̄: quia pars corporis christi my
stici in celis triumphat: et pro illa sacramētū offert̄ ad lau
dē et gratiarū actionē: q illi iā beati sunt. Alia pars corpo
ris mystici in labore adhuc viuit: in fide cōuersans et meri
to in terris: et p illa sacramentum offertur in pignus redē

ptionis. Tertia pars in purgatorio afflicta purgat̄: et pro il
la sacramentū offert̄ in suppletionē pro afflictis. Isti sunt
tres panes/ quos nobis accōmodat amicus noster christ⁹:
vt ponamus ante illū qui de via venit: amicū: p̄mū scili
cet nostrū: qñ venit/ vel ad laudādum: vel ad p sua redem
ptione sacrificiū: aut p captiuis et afflictis supplicandum.
De via enim venit: quādo de negocio occupationis terreno
rū ad cultū dei se cōuertit. Necessitatis autē causa frangit̄:
quia integrū sine periculo p̄pter gutturis artitudinem a
multis nō sumeret̄. Hec Alber. in genere. De quib⁹ infra di
cetur latius in specie. ¶ De modo autē frangendi hoc p̄e
mitto: quoniā in modo frangendi et ceteris: que sequūtur:
nō idem modus p omnia in diuersis ecclesijs seruat̄: sed nō
nulla ex insolita cōsuetudine variant̄. Ideo in p̄cessu vsque
in finē huius operis modū hunc prosequar: qui in metro
poli nostra in insigni moguntinēsi ecclesia seruat̄: et in ei⁹
missalib⁹ cōtinetur. In hui⁹ enim p̄uincia/ alma nostra Tur
bingensis vniuersitas: in qua hec vtcūque collecta sunt: cōsti
tuta dinoscitur. Metropolitane enim ecclesie/ eiusque ceremo
nijs cetere ecclesie singule totius p̄uincie scd̄m canonicas pa
trum sanctiones/ cōformare se habēt. Vnde in concilio ge
rūdensi ita statutū est: vt habet̄ de conse. dist. ij. Institutio.
Institutio missarū sicut in metropolitana ecclesia agit̄: ita
in dei noīe/ in oībus p̄uincijs tā ipsius misse ordo psallen
di vel ministrandi cōsuetudo seruet̄. Sacerdos p̄cedēs ad
fractionē hostie/ ipam leuat de altari: sup patenā collocat:
et inde eā tollens super calicē p mediū frangit/ dicēs: Per
eundē dn̄m nostrū iesum christum. et partē: que in dextera
mansit: sup patenā ponit. Partē vero q in sinistra perman
sit manu: iterū p mediū frangit dicens: Qui tecū viuit et re
gnat in vnitate spūssancti deus. Qua diuisa/ partē quā si
nistra manu tenet: sup patenā ponit priori parti cōiungēs.
Alterā vero particulā in dextera manu remanentē/ tenet su
per calicē duobus digitis: pollice scz et indice: et erectus pa
rū exaltans vocem dicit: Per oīa secula seculorū. Eleuans
modicum calicem cū particula quam tenet manu dextera.
et accepto responso a circumstantib⁹ dicit: Pax domini etc.
¶ Hoꝝum quantuz ad aliqua magister in rationali ponit
rationem. Primo hostia leuatur de altari/ ad significandū
q christus fuit de terra ad crucem exaltatus: et mortem ibi
dē perpessus. Dehinc hostie frangēde patena supponit̄/ ad
significādū q christus ex latitudine charitatis: que p am
plitudinem patene significatur: sponte quaslibet passio
nes sustinuit/ p nullā aliā potentiā necessitat⁹: quas passio
nes fractio hostie representat. Inde hostia in manus acce
pta frangit̄: q christus cōficiēs hoc sacrm̄/ panē in manus
accepit et fregit: rursus frangit̄ in memoriā passionis dn̄i
ce. Dicit prosper de cōse. dis. ij. Dū frangit̄. Dū frangit̄ ho
stia: dū sanguis de calice in ora fideliū fundit̄: qd aliud q
dn̄ici corporis in cruce immolatio: eiusque sanguinis de late
re effusio designat̄. ¶ Et nota q aliud significat fractio: et
aliud partes in q̄s fit facte hostie diuisio. Nā fractio passio
nē dn̄i: partes eos p quib⁹ passus/ et quib⁹ sacrificiū illud
p̄ficit: representāt. Frangit̄ autē supra calicē p̄pter reuerē
tiā sacramēti: ne aliqua ei⁹ particula aliorsum p̄siliat. Sed
si qua ceciderit: in calice recipiat̄: et sic honorifice a celebrā
te sumat̄. Frangit̄ p̄terea supra calicē/ ad significandū q in
fractiōe/ hoc est in vulneratiōe corporis christi: sanguis q in
calice continet̄: p̄tinue fluxit de corpore. Hec de fractione.
¶ J Sz de partib⁹ fractiōis cōsiderādū/ q frāgit̄ in du
as medietates/ ad significādū duplicē p̄destinatoꝝ statuz:
quoꝝ vn⁹ est in eterna glīa. Ali⁹ adhuc in tpali miseria/ scz
presentis sc̄li atque ipi⁹ purgatorij: ideoque ista medietas ho
stie q nōdū beatos significat: subdiuidit̄ in duas particu
las: quaꝝ vna rep̄sentat eos q purgant̄ in purgatorio: Alia
rep̄sentat illos q in hoc sc̄lo adhuc viuūt. Parū medietatē
illa: q in manu dextera tenebat̄: et supra patenā indiuisa col
locabat̄: significat p̄destinatos/ q iā adepti sunt beatitudi
nē et tenēt rectitudinē: ac bona potiora p dexterā significa
ta: q̄b⁹ nulla admisceri pōt curuitas/ aduersitas vl afflictio

siue pene. Et qr illorũ stat⁹ stabilis ꝛ vniformis est: et vna beatitudine sine intermissione fruuntur: ideo eo hec medie tas manet indiuisa. Alia autẽ medietas manus sinistre/diuidit in duas partes ſm duplicẽ eorũ statũ quos representãt: qr illorũ; vt dictũ est: aliq iã mundũ exierũt: ꝛ in purgatorio puniũtur: aliqui adhuc in corpe degũt: ꝛ mũdi penalitatib⁹ affligunt. Harũ partiũ/ea q medietati hostie in patena ex prima diuisiõe collocate cõiungit: significat illos q sunt in purgatorio: qs respicit sinistra man⁹ dei. h est dei iusticia: ſm quã p pctis i hoc mũdo nõ satisfactis puniunt: ꝛ satispatiunt: vbi merẽdi remissionẽ pene amplius non est locus. Cõiungit autẽ poti particule que btõs significat: qr existẽtes in purgatorio certitudinẽ habent de sua btitudine cõsequenda infallibilẽ: ideo ei particule iungit: q beatitudine adepta/de eius certitudine inamissibili secure gloriant: cui ꝛ ipsi pari securitate cõiungent. Quia vero pdestinati in mundo existẽtes/egẽt meritis passionis christi: q illis adhuc viuentib⁹/eorũq actib⁹ põt suffragari ad meritũ: idcirco particula manus dextre: que viuentes in hoc seculo significat: calici immittit: ꝛ sanguini christi immiscet: ad significãdũ q hũc fructũ effusionis sanguinis christi cõsequi possunt. Tenet tñ duob⁹ digitis ante cõmixtionẽ/pollice scz ꝛ indice. Pollice vigor virtutis signat. Indice discretio mẽtis intelligitur. Datur igit p hoc intelligi q cum fidei vigore/ꝛ mẽtis discretione nos in mũdo viuẽtes intueri debem⁹/q sanguis christi p statu isto fruct⁹ multos si volum⁹ ferre põt. Hãc aũt particulã sacerdos tenẽs se erigit: et eleuata voce/Per oia secula seculorũ dicit. Primo se erigit: qr parat se cum dño ppetuã petere pacẽ. Et qr oẽ datũ optimũ: ꝛ oẽ donũ pfectũ desursum est descẽdens: Sursum se erigit/sperãs desup exaudiri. Eleuat et calicez de altari/ad ostẽdendũ q christ⁹ q per passionẽ (q p calicẽ designat) descẽdit ad inferos: p oipotentiã aũt patris: imo ppria potestate de tumulo a mortuis resurrexit. Pacem daturus discipulis eleuat vocẽ: vt pplus pacẽ desiderans/intelligat q sacerdos p pace petiturus est: dicit Amen id est nobis sic donet. ¶ Aliq aliter applicant significationẽ partiũ hostie/dicẽtes q hostia diuiditur in tres partes/ſm q sunt tres partes corporis xpi mystici: hoc est eccle ſm suas generalitatem accepte. Est eñ vna pars eccle q dicit militãs: ꝛ hec est numer⁹ fideliũ hic in mũdo pegrinantiũ: q videlicet exercet miliciã aduersus carnẽ mundũ ꝛ diabolũ. Alia est pars eccle q ſm aliq̃s dicit dormiẽs: scz numerus eoꝝ q in purgatorio puniunt. Et dr dormiẽs: qr nõdũ eternã btitudinẽ: ad quã pdestinati sunt: sunt cõsecuti. Nec tñ illi ibidẽ mereri possunt: ꝛ nec p demeritũ ab illa in eternum separabũtur. Tertia pars eccle dr triũphãs: ꝛ est numer⁹ btõrũ iã in celo gloriose triũphantiũ. Et dicit triũphãs: qr aduersus inimicos christi miliciã strenue exercuerũt: ꝛ finaliter victoriose triũpharũt. ¶ In signũ triplicis hui⁹ partis vniuersalis eccle: hostia in tres partes diuidit. Prima pars ſm illos q sanguini immittit: significat ecclesiã triũphantẽ: q iã inebriata est vino leticie: intuitione scz diuine essentie ac amore pfecto/siue fruitione eiusdẽ. quib⁹ dicit Cãtico. v. Inebriemini charissimi. Alie aũt due partes ecclesie significant reliquis duabus partib⁹ hostie extra calicẽ: quaꝝ maior supposita minori in patena/significat ecclesiã militantẽ: ꝛ minor inmixta supposite/significat ecclesiaz in purgatorio expectantẽ: illa eñ iuuit suffragiis militãtis eccle. Et p istis duab⁹ geminam⁹ pces agno/q est caput ecclesie: vt misereat nobis. Sz p tertia parte/ad cui⁹ locuz et requiẽ aspiram⁹: petimus vt idẽ agnus triplicis nature donet nobis pacẽ. Hinc ꝛ christus tria illa loca ecclesie ſm suã humanitatẽ: ſm quã est caput ecclesie: peragrauit. Primo locũ nře terre habitabilis. xxxiij. ãnis in iudea ꝛ hierlm cõuersando. Scdo limbũ in quo pres tenebant: ipsos ſm animas inde extrahẽdo. Tertio ꝛ finaliter: ascẽdens in celum captiuitatem quam post triumphũ coronauit: ad regnum patris indefectibile collocando. ¶ Et huic concordat canon de cõse. dis. ij. Triforme. et est Sergij pape ita sonans.

Jac. i.

Triforme est corpus dñi. Pars oblate in calicẽ missa/corpus christi qd iam resurrexit monstrat. Pars comesta/ambulãs adhuc sup terrã. Pars in altari vsq ad finẽ misse remanens/corpus in sepulcro: qr vsq ad finẽ seculi corpora sanctorũ in sepulcris erunt. Corp⁹ dñi vbiq in hoc accipit p corpore mystico. i. fidelib⁹ christo incorporatis. Uerum hoc vltimũ/scz reseruatio particule in fine misse hodie non seruat: vt dicit glo. Nã d. minuta fideliũ deuotione/ꝛ crescẽte circa altare indeuotione frequẽtantiũ. Etiã pter periculũ qd cõtingere posset in reseruatione: sumunt simul a sacerdote: ꝛ pars q significat triũphãtes: ꝛ pars q significat in sepulcris quiescẽtes: ac in purgatorio ipe felici liberationẽ expectãtes. Hec eadez est sententia magistri in. iiij. dis. xij. ponẽtis ca. sergij supra allegatum. ¶ Et Secũduz dñm Alber. Pars hostie q a sacerdote statim post diuisionez sumitur: significat partẽ ecclesie in celis triũphantẽ. Pars q in calicẽ mittit: significat partẽ eccle in terris militantẽ: in angustiis ꝛ penis laborantẽ. Pars reseruata/eos qui sunt in purgatorio. Unde ait Alber. Fractio hec a sergio papa instituta/a quo ꝛ ter cantandũ esse Agn⁹ dei/inter cõmunicandũ est statutũ. Sequit: In tres autẽ partes frangi institutũ est: qr corpus christi mysticum triforme est. Quedam eñ pars regnat cũ capite suo et triũphat in celo: et quedaz adhuc in laboribus militat in terris: quedã est in purgatorij penis. Instituit ergo Sergius papa/vt pars vna statim acciperet a sacerdote: quẽ ipse frequẽter notat perfectionem sanctitatis: qui loco christi stat in altari: que signat partem in celis iã triumphantẽ: q iã plane in christũ transiuit. Statuit etiaz vt secũda mitteret in calicẽ: quia calix signat hui⁹ vite passiones: que signat partẽ in laboribus et penis hui⁹ vite adhuc laborantẽ: et idem in calicem missam. Statuit etiam q tertia pars hostie maneret in finẽ in altari post omnia mysteria sumẽda: que signat eos qui in sepulcris sunt/ꝛ in purgatorio in fine cũ christo vniẽdos fore per ipsũ lẽ incorporationem. ¶ Non dissimilẽ sentẽtiaz ponit Inno. terti⁹: vt refert Alexã. licet verba discrepẽt. Corp⁹ inquit christi est vniuersalis eccla: caput scz cũ mẽbris. Unus eñ panis/ꝛ vnũ corp⁹ multi sum⁹: oẽs q de vno pane: ꝛ de vno calice participam⁹. Et inueniunt in isto corpore qsi tres partes ex quibus totũ corpus cõsistit. Una pars est ipsum caput christus: qui caput est ꝛ pars corporis. Et scda pars aie sanctorũ: que cũ christo regnãt. Hi scz christus ꝛ sanctorũ anime extra passionẽ sunt/qsi simul: sicut scriptũ est Math. xxiiij. Ubicũq fuerit corpus: illuc cõgregabunt ꝛ aquile. Predicte partes due seorsum extra calicẽ reseruant: quasi extra passionẽ: q per calicẽ designat. Christus eñ resurgẽs ex mortuis iã nõ morit. Roma. vi. Et qui cum ipso sunt: neq esuriẽt: neq sitient amplius. Neq cadit sup ipos sol: neq vllus estus/q prima abierũt. Apocal. vij. partim. et. xx. Tertia pars in calice ponit/signans eos qui adhuc in passione consistunt: donec ab hac vita migrãtes/ad suũ caput trãseãt: vbi nõ morient amplius: nec vlla tenus patiẽtur. Hic nõ fit mẽtio de parte in purgatorio existẽti: sed comprehẽdi põt in tertia parte: qr ꝛ ipsi adhuc in penis sunt: sicut hi qui peregrinantur in hoc mũdo. ¶ Modus Inno. pape cõmunior est: de quo ponunt hec metra: Frangit in partes tres hostia: prima beatos: Plene scda notat viuos: seruata sepultos. Uel ſm alios: Pars intincta vino p viuis sanctificet: Altera p sanctis: pars tertia p redimẽdis. Beatus Aug. innocentio concordat. vnde ait: In tribus partibus trinitas vna continetur. Una pars de sacris sumit ad laudẽ et gloriã dei p orabus sanctorum cum christo regnãtium. Altera pro illis qui in purgatorio sunt: Tertia pro viuentibus qui voluũtur in sanguine. i. pctõ. Et licet diuerse recitate sunt opiniones ꝛ sentẽtie de significatione partiũ fracte hostie: non tamen sunt aduerse. Nihil eñ prohibet idem plura mystice designare. ¶ L Uiso de fractionis ac partium significatione: videndum est de fractionis veritate: vbi duo occurrunt indaganda. Primum an ibi sit vera fractio: et cuius sit. hoc est: quid ibi frãgatur. Secũdũ an sub qualibet

i. Cor. x.

im sub qualibet fractionis particula totus xp̄s ɔtineaꝛ.
¶ Circa primū ponit magr in.iiij. quatuor opiniones.
Una est/ꝙ ibi nō est vera fractio: sed tm̄ apparēs: sicut
multa apparent in hoc sacro q̄ tn̄ ita nō sunt: sicut appa-
ret ꝙ accidētia sint in subiecto: ⁊ ita non est. Et si obijciꝛ
illud Amb. Nihil falsi putandū est in sacro veritatis: si-
cut sit in magoꝝ p̄stigijs: vbi delusione quadā falluntur
oculi: vt videaꝛ esse quod nō est. Ad qḋ dicūt/ꝙ nō fallit
nos visus nec falliꝛ: qḋ cōtingeret si crederetꝛ ita frāgi si-
cut videꝛ: nec illusio est: q: ad vtilitatē fidei: nō ad dece-
ptionē ita fit. Sicut ⁊ xp̄s ostendens se duob⁹ discipulis
in via specie peregrini. Nec in eo tn̄ talis forma erat: sed
oculi eoꝝ tenebanꝛ ne agnoscerent eū. Sꝫ hec oino nō
acceptaꝛ: q: ɔtrariaꝛ verbis xp̄i: Accepit panē grās agēs
fregit. Hec aūt falsa esse nō pnt: nisi diceretꝛ ꝙ p̄us fregit
⁊ postea bn̄dixit. Itē si nō esset vera fractio: nō esset ve-
ra masticatio: nec v̄a comestio: q̄ videnꝛ absurda. ¶ Itē
fundamentū in quo fundaꝛ falsuꝫ est. Nihil em̄ apparet
in hoc sacro qḋ nō vere ⁊ realiter est ibi. Un̄ dꝛ in legen-
da corporis xp̄i. Accidentia sine subiecto in eodem sacro
existūt: vt fides locū habeat/dū visibile inuisibiliter su-
mitur aliena specie occultatū. Sequiꝛ ad ppositū. Et sen
sus a deceptione imunes reddanꝛ: q̄ de accidentib⁹ iudi
cant sibi notis. Si aūt sensus indicarēt de aliquo accidē-
te puta fractione q̄ ibi nō esset: deciperenꝛ. ¶ Nec veruꝫ
est ꝙ multa apparent in sacro q̄ ibi non sunt. Nā quicq̇d
apparet/ibi est: licet multa ibi sint q̄ nō apparent: scilꝫ q̄
sola fide credūtur. Et qḋ addiꝛ ibi. apparent accidentia
esse in subiecto/falsum est: ibi apparent accidentia sensi
bilia: sed an sint in subiecto: an extra subiectū: hoc exce-
dit apphensionē sensus: hoc aūt solū apparet qḋ intuiti
ue cognosciꝛ. Et nihil tale a nobis sic cognosciꝛ (saltem
existentiū extra nos) nisi qḋ sensus intueꝛ. Accidētia aūt
esse in subiecto rōne inuestigamus. Un̄ ⁊ apud doctos/
dubiū est an accidētia materialia: qualitas scꝫ sensibilis
sint in quātitate tāq̄ in subiecto immediato: an in mate
ria imediate. Sūt em̄ de hoc vsq̄ hodie aduerse opinio
nes. Et ideo simplr vera est: vt sonat autoritas bti amb.
Nec valet qḋ adduciꝛ de xp̄o. Non em̄ decepti sunt ex vi
sione: q: qḋ viderūt/in veritate fuit: verū nō quicq̇d ibi
fuit visibile in xp̄o viderūt. Tenebanꝛ em̄ oculi eoꝝ ⁊c.
Non em̄ viderūt totā xp̄i faciē quātū ad oia accidentia q̄
in eo fuere. Et iō errabāt in iudicio rōnis/iudicātes non
esse xp̄m q̄ fuit xp̄s. ¶ Scḋa opinio fuit ꝙ ibi est vera fra
ctio: sed illa nō est in aliquo subiecto sicut nec cetera ac-
cidentia. Ipsa em̄ stant sine subiecto: ⁊ sicut ibi est calidi
tas: ⁊ tn̄ nihil calidū: ita est ibi vera fractio: sed nō est in
re aliqua: ppter qḋ nihil frangiꝛ: ⁊ sic licet hō frāgat: tn̄
nihil frangiꝛ. Sed hec opinio sīr stare nō pōt: q: sequiꝛ
aliq̇d frangi: ḡ aliq̇d frangitur. Semp em̄ actiuū infert
passiuū. ¶ Preterea fractio nō dicit aliq̇d realiter distin
ctū a frangente ⁊ frangibili: sed dicit frāgibile: ⁊ partes
eius p̄us cōtinuas postea distare: ḡ intelligi nō pōt sine
frangibili. ¶ M Tertia opinio fuit: ꝙ ibi est vera fra
ctio corporis xp̄i: licet corpus maneat integrū ⁊ incorru
ptibile. Sicut xp̄s dedit discipulis in cena corp⁹ suū pas-
sibile: ⁊ tn̄ nō est dentib⁹ discipuloꝝ passum: agēte d̄ vir
tute supnaturali: ḡ multo magis hoc fieri pōt eadē virtu
te in corpore impassibili. Assumunt p se autoritatē beati
Aug. ex sermone de v̄bis dn̄i: ⁊ habeꝛ de ɔse. dist. ij. Qui
manducāt. vbi inq̇t. Norūt fideles quēadmodū mandu-
cant carnē xp̄i: vnusquisq̄ accipit partē suā. Per partes
māducaꝛ: ⁊ manet integer totus. Per partes māducaꝛ
in sacro: ⁊ manet integer totus in celo: ⁊ manet integer
totus in corde tuo. Itē idem colligere nitunꝛ ex ɔfessio-
ne berengarij: vbi cōfessus est corpus xp̄i verū: nō soluꝫ
sacm̄: sed in veritate manib⁹ sacerdotū tractari: frangi: ⁊
fideliū dentibus atteri. Sed hec opinio sīr erronea est:
qm̄ cū corpus xp̄i sit aiatū ⁊ organicū: si frangeretꝛ ⁊ di-
uideretꝛ/corrūperetꝛ: qḋ est impossibile: cū sit gloriosum

⁊ impassibile. Preterea btūs Aug. in ser. de verbis euan
gelij. Nec qn̄ māducamus: partes de illo facim⁹. ¶ Pre
terea. Frequēter. s̄. dictū est tale corp⁹ xp̄i esse sub sacro:
q̄le est in sua existentia naturali. Cū igiꝛ in naturali sua
existentia post suā resurrectionē est imortale ⁊ incorru-
ptibile ac impassibile: ⁊ p hoc extra sacm̄: diuidi nō pōt:
q: illud repugnat impassibilitati: iō nec sic diuidi pōt in
sacro. ¶ Preterea: Id non diuidiꝛ ad diuisionē sacri: qḋ
sacro nō coextendiꝛ: sed corp⁹ xp̄i non coextendiꝛ sacro:
q: nō est pars vna corporis xp̄i sub parte sacri: ⁊ alia sub
alia: vt dictū est. s̄. lec. xliij. ⁊ diceꝛ statim. Quia ḡ non est
cōmensuratio partiū corpis xp̄i ad partes sacri siue ho-
stie: ideo nō sequiꝛ corpus xp̄i frangi ad fractionem ho-
stie. Sicut nec diuidiꝛ aia hoīs diuiso corpore: q: ip̄a cor
pori nō coextenditur: sed tota est in toto: ⁊ tota in q̄libet
corporis parte. ¶ Ideo est quarta opinio vera: quā ma
gister approbat ⁊ docet cōmuniter: ꝙ fractio illa ⁊ parti
tio nō est in subā corporis xp̄i: q: incorruptibile est: sꝫ in
ipsa forma panis sacramēti. i. in spēbus sacralib⁹: q̄ post
ɔsecratione sunt sine subiecto: q̄uis ante fuerāt in pane.
Et hoc sensu dicit aplus: Panis quē frangim⁹: q: forma
panis ibi frangiꝛ/⁊ in partes diuidiꝛ. Christus integer
manet ⁊ totus in singulis. vn̄ ⁊ Aug. vbi. s̄. de v̄bis euan
gelij. Quādo xp̄s māducaꝛ: vita manducaꝛ. Sed q̇s au
deat māducare dn̄m suū: ⁊ tn̄ veritas inuitās nos ad mā
ducandū ait: Qui māducat me viuit ppter me. Nec occi
diꝛ xp̄s vt manduceꝛ: nō deficit/viuit māducat⁹: q: surre
xit occisus. Nec qn̄ māducamus: partes de illo facimus:
⁊ quidē in sacro sic fit. ¶ N Ac p hoc ad rōnes opinio
nis tertie. Ad similitudinē corporis passibilis a discipu-
lis in cena māducati dꝛ: ꝙ in illa māducatione corp⁹ xp̄i
nō fuit diuisum nec fractū: sicut nec mō in sumptiōe sacri
⁊ sic nihil facit p eis: sed p veritate: ⁊ iō impertinenter ad
ducūt p se. Si em̄ hoc intēdunt ꝙ discipuli corp⁹ xp̄i tūc
passibile dentib⁹ diuidebāt: ⁊ tn̄ viuū pmanebat: falsum
implicat: q: nequaq̄ corp⁹ xp̄i dentib⁹ diuiserūt aut fre-
gerūt: imo implicat corp⁹ aliqḋ frāgi in eodē loco: ⁊ in-
tegrū pmanere. ¶ Ad autoritatē Augu. dicendū/ꝙ non
vult ꝙ vnusquisq̄ accipit partē suā corporis xp̄i: sꝫ par-
tem suā sacri. Un̄ statim p̄misit istis verbis: Nec qn̄ man
ducam⁹: partes de illo facim⁹: ⁊ quidē i sacro sic fit vt. s̄.
allegatū est: ⁊ cōtinuo subdit: Norunt fideles ⁊c. loquiꝛ
igitur de partib⁹ sacri nō corporis xp̄i. Un̄ ⁊ subdit. Per
partes māducaꝛ in sacro: ⁊ manet integer in celo. ¶ Ad
ɔfessionē berengarij dꝛ: ꝙ berengarius diaconus sancti
Mauricij andegauēsis incidit in heresim dicentium/ꝙ
post ɔsecratione panis ⁊ vini in altari/ nō est ibi verum
corp⁹ ⁊ sanguis xp̄i: sed tm̄ est ibi sacm̄. i. signum corpo
ris xp̄i significatiuū. De qua heresi supra tractatū est le-
ctione. xxxix. Et qm̄ in sua ɔfessione q̄ habeꝛ de ɔse. dist.
ij. Ego berengarius. illā heresim expresse dānat: asserēs
corp⁹ xp̄i nō solū tractari a sacerdote in sacro vel i signo
tm̄: sꝫ vere ⁊ realiter: suā ɔfessionē eccl̄ia recepit. ⁊ Nico
laus papa sub quo facta est: eā ad vrbes italie/germanie
⁊ gallie: ad quas puersi dogmatis sui fama peruenerat:
misit: licet in explicādo ⁊ detestādo errorē suū in verbis
excesserit: plus ad alterū extremū declinans in verbis q̄
oportuit. Unde veritatē illā ɔfitens/ꝙ in sacro altaris
nō solū signaꝛ: sed vere ⁊ realiter ɔtineꝛ corp⁹ xp̄i veruꝫ
⁊ naturale ⁊ manib⁹ sacerdotis tractaꝛ: addit. Frangiꝛ/
⁊ dentib⁹ fideliū atteriꝛ. Per q̄ verba satis quidē dānat
heresim suā: licet in vltimis v̄bis additis: scꝫ frangiꝛ/at
teritur/excesserit veritatē explicando. Sicut ⁊ illud ip̄o
uertit vt membra eius efficiamini. Nullus inuenitur illapsus
intimior in corporalibus:q̄ vt cibus conuertatur in ciba
tum. Manet em̄ iam nō in se:sed in cibato. Viuit vita eius
non sua. Sic in sumptiōe huius cibi fit cōuersio:⁊ illapsus
intimus:quo cibus christus illabitur anime sumentis:ip
samq; conuertit in se: vt anima non sibi viuat sed christo.
Hoc est qd̄ christus ipse ait Qui manducat meā carnem:⁊

[Joh. vj.] bibit meum sanguinem: in me manet ⁊ ego in illo. Hāc cō
uersionem anime in christum/figurat ipsa conuersio panis
in christi carnē:sed ordine cōuerso. Sicut ⁊ nutritio corpo
ralis spiritualez representat/conuerso ordine:cū ibi cibus
in cibatū: hic cibatus cōuertitur in cibum. Nā in cōsecratiōe
eucharistie/fit transformatio seu conuersio panis in essen
tia sua remanētibus accidentibus. In sumptione dū mēs
in deum transformatur:remanet quidem essentia mentis:
que est aīa:sed accidentia noua succedūt:non phantastica:
inania:mundana:sed deiformia. Et ideo sicut de hominib⁹
voluptuosis ⁊ brutalib⁹ concludit phia apud Boetium. q
deformantur in bestias: Ita de sapientibus elicit: q̄ transfor
mantur in deū. Vere sapiētes sunt hunc cibum māducantes:
saporem eius pcipiūt. Sicut ergo primi belue sunt:aut pe
cora in effigie humana: Ita de secundis dici potest q̄ sunt
dij sub humana specie transformati. ℂ B Sextus fru
ctus est deperditi restauratio:qui et ipse sequitur sumptio
nē eucharistie vt est cibus a nobis manducatus. Vita spiri
tualis anime suo modo/sicut corporalis conseruatur in ca
lido ⁊ humido debite cōmensuratis. Vita dico scḋe: q̄ con
sistit in actione: puenitq; a vita prima. Sicut enim nō per
ditur vita essentialis aīe:quia incorruptibilis:ita nec restau
ratur. Vicem calidi tenet charitas:intelligēdo sub noie cha
ritatis ei⁹ feruorē in agendo. Vicē humidi quasi passiuaz:
accipimus affectionē bonā volūtatis. Vita em̄ anime chri
stiane vita amoris est. Amor tuus vita tua:loquitur ad ani
mā suā Hugo. Amorē intellige non cuiuscūq;:sed dei. Naz

[Luc. x.] amor aduersus:qui libido dicitur siue cupiditas:non vita:sz
mors dicēdus est. Diliges dn̄z deū tuū ex toto corde tuo iu
bet deus. Subiūgit huius amoris effectū. ⁊ viues. Crescē
te vero libidine siue cupiditate/minuitur ⁊ obtunditur act⁹
et feruor charitatis etiam si habitus pmaneat. Item minui
tur feruor ille charitatis et tepescit per longā inediam: si
cut corporis vires euanescūt per longā abstinentiam/ dū
cibo non reficitur. Illo autē salutari eucharistie cibo fit de
perditi huius restauratio. Nam de eo dicitur in cantico virgi
nis. Esurientes impleuit bonis:per que reuertuntur pristi
ne vires⁹ et homo reuertitur ad statum debitū et vigorē. Nā
digne sumptus illuminat intellectū:affectū inflāmat:men
tē delectat:⁊ totū hoiem ad bene operandū pmouet ⁊ re

[ps. xxxiij] format. Hinc reg.⁹ ppheta Accedite ad eum ⁊ illuminami
ni. Auget em̄ fidem corporalis presentie christi in digne su
mente: dum hoc fideliter credit: ad quod ratio naturalis
non pertingit. Hinc dicitur Esa. vij. Butyrū et mel mandu
cabit omnis homo q̄ relictus fuerit in medio terre: vt sciat
reprobare malū et eligere bonū. Mel diuinitatē:butyrum
humanitatem christi significat:que qui manducat:scientiā
acquirit reprobandi malum/⁊ eligendi bonū. Hoc quoad
primū. De secūdo dicit Dam. Caro christi est tanq̄ carbo
ignitus:cuius est inflāmare ⁊ calefacere. Quisnā ad amo
rem non excitatur:dum tanq̄ eduliū suum/christum qui ex
ineffabili charitate se pro nobis in ara crucis obtulit:⁊ in ci
bum se nobis tribuit cum deuotione sumit. Sicut ergo ad
presentiā carbonis igniti expellitur frigus:et corpus calet:
sic ad presentiam christi fugatur frigiditas et tepor anime:
et igne diuini amoris ipsa inflammatur. De tertio dicitur in
Ps. statim allegato: Gustate ⁊ videte:qm̄ suauis est dn̄s.
Et ecclesia canit de h̄ sacramēto: O q̄ suauis est dn̄e spūs
tuus:qui vt dulcedinē tuam in filios demonstrares: pane
suauissimo de celo prestito/esurientes reples bonis:fastidio
sos diuites dimittis inanes. Ea propter figurat⁹ est in man
na: vt supra habitū est. Unde et de eo verius dicitur id qd̄

[Sap. xvj.] de manna ad litterā scriptū est: Angelorū esca nutriuisti po
pulū tuū:⁊ paratū panem de celo prestitisti illis sine labo
re:omne delectamentū in se habentē:⁊ ois saporis suauita
tem. Substantiam em̄ tuam quā in filios habes: ostende
bas:⁊ deseruiens vniuscuiusq; voluntati/ad quod quisq;
volebat:cōuertebatur. Glo. Manna significat panem qui
de celo descēdit:⁊ dat vitā mundo/qui ait: Panis quē ego
dedero:caro mea est p mundi vita. Cruciantur reprobi spiri
tuali fame:⁊ satiantur electi celesti pane. Illi diuersis labo
ribus preparantur ad penam:isti diuina ope quotidie nu
triuntur ad vitā. Sua ergo delectatiōe cibus ille celestis
restaurat virtutē operādi. Nā delectatio in ope ɔseruat ope
rantē qd̄ fuit quartū. ℂ C Sequentes duos fruct⁹: vnio
nis scz et cōmunionis/parit hoc celeste eduliū considera
tū/vt sacrm̄:nā vt dicit Aug. sup iohannē: Dn̄s noster ie
sus christus corpus ⁊ sanguinem suū in eis reb⁹ cōmenda
uit:q̄ ad vnū aliqd redigunt. Ex multis nāq; granis vnus
panis cōficitur:et ex multis racemis vinuz cōfluit. Ad hoc
igitur sub specie panis ⁊ vini dn̄s sacrm̄ instituit: vt vnionē
hoim cū deo significaret p panē ⁊ vinū:q̄ ex multis in vnū
collecti sunt. Unde ⁊ sacrm̄ vnitatis dr̄:nō tm̄ q: vnionem
hāc significat:sed etiā q: eā efficit. Tribuit em̄ suscipientib⁹
charitatē:aut prehabitā augmentat:que vinculū est huius

[Col. iij.] vnionis et perfectionis. Unde ⁊ charitas dicitur quasi cha
ra vnitas. Est ergo sacramētū illud/sacrm̄ charitatis:quia
maxima charitate est exhibitū:in qua charitate dixit Pro
uer. viij. Delitie mee esse cū filijs hoim. Ac p hoc est sacrm̄
vnitatis siue vnionis. Voluit em̄ christus (vt dicit Aug.)
vt homo participans huic cene in deum ascēderet:et incor
poratus sibi efficeretur:particepsq; sue diuinitatis ⁊ huma
nitatis: sicut verbum patris in carne descenderat: ⁊ factus
est omniū particeps:que vere sunt nostre humanitatis. Et
hoc ipsum fuit maxime charitatis. Hic aūt ascensus in ver
bum patris p incorporationē/directe fit p sacramēti istius

[j. Cor. x.] participationē. Unde ⁊ apl'us: Un⁹ panis/et vnuz corpus
multi sum⁹:omnes qui de vno pane/et de vno calice parti

[Joh. j.] cipam⁹. Et glo. sup illud: Et verbū caro factum est: ⁊ habi
tauit in nobis. dicit: Ut secure credātur hoies nasci ex deo,
Hoc enim prim fit:qui non ex sanguinibus:nec ex volun
te carnis:nec ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Sub
dit deum nasci ex homine. Ex hac susceptione infirmitatis:
qua verbum nostram infirmitatem assumpsit: sanatur no
stra infirmitas vt possumus dij vel filij dei fieri. Et hoc
est: Et verbum caro factum est: et habitauit in nobis. ac
si dicat: Quod superius fuerat: inferius descenderat: quid

mirū ſi quod inferi⁹ erat:in id qđ ſupius eſt:aſcēdit.Ex hoc
ergo charitate vniente deū cū hoīe:ꝛ cum deo hoīem/dici-
tur ſacramentū charitatis ꝛ vnitatis.Et ideo nō niſi in cha-
ritate eccleſiaſtice vnitatis cena hec ſumēda eſt. Qđ egre-
gie ſignatū eſt Exo.xxv.et Leuit.xxiiij.vbi dicit̄:ꝙ panes
ꝓpoſitionis qui in menſa ſingulis ſabbatis ponebant̄:ca-
lidi coram dño ꝓponebant̄.Hoc ſignāte ſpūſancto/ꝙ pa-
nis ſacramēti noui:qui in menſa altaris cunctis fidelibus
ꝓponit̄ ſumēdus:in calore charitatis debeat ſumi. In mē-
ſa altaris eccleſie:de quo ſolo licet cōmunionē accipere:q2
extra eccleſiā panis cōmunionis ad ſalutē nō inuenit̄.ſicut
dicit̄ in pſ̄.lxxxiij. Paſſer inuenit ſibi domū:ꝛ turtur nidū
vbi reponat pullos ſuos: Altaria tua dñe virtutū rex me⁹
et deus meus.Beati qui habitant in domo tua dñe. Que
exponit Alber.nō penitus diſſormiter ad gloſam. Paſſer
mobilis ſecularib⁹ negocijs cōtinue motū fidelē ſignificat
laicū.Turtur autē caſtus/gemens ꝓ cantu/clericū ſignifi-
cat/caſtitatis ꝛ mūdicie officijs mancipatum/ꝓ ſuis ꝛ alio-
rū peccatis gementē. Hi pullos quos nutriūt carnales fi-
lios vel ſpūales:nō niſi ad altare eccleſie portant:pane ſa-
cramēti nutriēdos:ſciētes ꝙ beati ſunt q̄ habitāt in domo
domini:que eſt eccl̄ia.Alij aūt miſeri ꝛ abiecti cōuenticula
faciūt hereticorū.Solū eīm:vt dictū eſt:in charitate eccle-
ſiaſtice vnitatis accipi debet hoc ſacramentū:nō apud ſciſ-
maticos vel hereticos.Hinc in Pſ̄.de aſcendētibus ad pa-
ſchalis agni celebratione dicit̄:Hieruſalem que edificatur
vt ciuitas:cui⁹ participatio eius in idipm̄: Illuc eīm aſcen-
derūt trib⁹ tribus dñi teſtimoniū iſrl̄:ad cōfitendū noī dñi
Eccl̄ia eīm ꝑ hierl̄m viſionē pacis deſignat̄:q̄ vt ciuitas.i.ci-
uiū vnitas edificat̄. Hui⁹ eccl̄ie ꝑticipatio eſt in idipm̄ vni-
tatis eccleſie ſacramētū:q2 eccleſia vnica corpus chriſti tā
myſticū/ꝙ verū ex multis membris cōpoſitū/ſub ſpecieb⁹
panis ꝛ vini contentū ꝛ ſignatū repreſentat:quoniā ꝛ ipſa
fidelium eccleſia ex multis membris vna cōſtat:diuerſis q̄-
dem officijs:ſed in vnitate fidei ꝛ charitatis ſacramentoꝝ
ac ſpūs adunatis:vt tangit Apl̄us.j. Cor.xij.et Eph.iiij.
Ubi annumerationi diuerſorū ſtatuū eccleſie.ſ.apoſtoloꝝ/
euāgeliſtarū/paſtorū/doctorū/ꝑmiſit.Unū corpus et vn⁹
ſpūs:ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtre.Unus
dñs:vna fides:vnū baptiſma.Unus deus ꝛ pater omniū:
qui ſuꝑ oēs:et per omnia: et in oībus nobis. Hanc vnionē
corporis ac mēbrorū cū capite chriſto:ſacramentū hoc et ſi-
gnificat et efficit.Hinc eīm in primitiua eccl̄ia dum fideles
oēs diebus ſingulis euchariſtiā participarūt:Erat multi-
tudinis credētiū cor vnū ꝛ aīa vna. Act.iiij. ¶ D Alter
celeſtis edulij fruct⁹:vt ſacramētū ꝯſiderati in ordine oct-
auus/eſt cōmunio.Nā oīm ore fideliū ſacramētū hoc cōmu-
nio vocitat̄.A grecis etiā doctorib⁹ ſcrā ſynaxeos:que ſan-
ctā cōionē ſignificat: appellatur. Hoc enim facit in nobis
cōionē oīs boni ꝛ gratie.Nā per ipſum cōicamus fonti oīs
gratie:angelorū glorie:ſctōrū meritis:paſſionibus myſtici
corporis.Siquidem oīa facit cōmunia/diuina pariter ꝛ hu-
mana.Cōmunicamus in hoc ſacramento fonti omnis gra-
tie:quia communicamus chriſto ſic vt ipſe ſit in nobis:et
nos in ipo: vt omnia ſua inſinuat nobis.Hic fons eſt cuius

Prouer. v.

aque foris deriuantur:ac in plateis diuidūtur.In hoc fon-
te multe ſunt vene iugibus gratiarum aquis manantes:
quos pater in hoc ſacramento foras in cōmunione eccleſie
tam triumphantis ꝙ militantis precipit deriuari:vt relega-
ta inuidia priuate poſſeſſionis/gratiarū que ſunt in filio ꝑ

Iob.j.

quem Ueritas ꝛ gratia facta eſt:omnes in cōmunione par-
ticipes bonorū eius fiant:ꝛ in plateis late participationis
bonū filij oēs participent.Hic fons de quo myſtice ſcribit̄

Heſter j.

in libro Heſter:Fons paruus creuit in fluuiū maximū: et
in aquas plurimas redundauit Paruus enim fons dicit̄
chriſtus in hoc ſacramento:non ariditate et fluxus gratia-
rū paruitate:ſed humilitate: que quanto profundior: tan-
to plures continet aquas gratiarum.Hic fons licet multis
effuſionibus redundet in donis/virtutibus ꝛ ſacramētis:
tamen ſe in vnum colligens in ſacramento cōionis/creuit
in fluuium maximum. Ex iſto vno fluens totum/ quod in
alijs fluit diuiſim. Hic redundat in aquas plurimas oīs
generis gratiarū. Hic enim eſt fons vite fluens ea que vi-
tam perficiunt.Nā Qui bibit ex hac aqua:fiet in eos fons
ſaliens in vitam eternam. Ioh.iiij.¶ E In iſto fonte/q̄
in fluuium maximum creſcit:cōmoditates fluuiorꝫ ſunt.
Nam ſordida lauat:arida rigat:que apud nos ſunt:nauib⁹
deportat:vt vbi rara ſunt:magno cōmutentur precio.Et ea
que alibi abundant:ꝛ apud nos deficiunt:reuehit:vt defe-
ctus noſtri ex illis ſuppleantur. Omnia hec facit chriſtus
in hoc ſacramento.Nam gratia ſanguinis ſui lauat ſordes
peccatorum:vt ſupra dictū eſt:Dilexit eīm nos ꝛ lauit nos

Apoc.j.

a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Qui certiſſime operat̄
in hoc ſacramēto.Rigat arida noſtra. Exiuit enim de late-
re chriſti in hoc ſacramento ſumpti aqua expiās et rigans
omnia noſtra: vt plante diuine in nobis conualeſcant. De
hoc fonte accipi poteſt illud:Fons de domo domini egre-

Iohel. iij.

dietur:et irrigabit torrentem ſpinarum.Quod exponens
Alber.loco frequenter allegato.Dom⁹ domini/hoc eſt dei-
tatis habitaculum:eſt corpus domini a quo fons fluxus
violentiſſimi egreditur:et irrigat totum torrentem vanita-
tis mundi:hoc eſt locum per quem vanitas mundi cōſue-
uit ante decurrere ad ſpinas peccatorum nutriendas. de
quo clamat Aug.O torrens vanitatis:quouſq; non ſicca-
beris:quouſq; inundaberis. Hoc autem fluxu dominice
gratie exiccatis ſpinis/modo rigatur cor ſumētis ad fecun-
ditatē frugum iuſticie et aromatum omnium virtutū.Eue-
hit etiam hic torrens gratiarum apud nos abundantiam:
vt vbi deficiūt/magno ꝓcio commutētur: que ſunt paupe-
ris ſpiritus gemitus pro peccatis/fletus/ieiuniuꝫ/afflictio-
nes et caſtigationes corporis:que apud nos abundant: et
in celis deficiunt:ſed ibi commutantur:quia ibi nobis ma-
gna bonorum precia tribuuntur. Nauis autem hec portans:
dominicū corpus eſt:cui per hoc ſacramentum incorpora-
mur.Hodie aſcendens in celum nobis locum preparat: vt

Ioh.xiiij.

iterum veniens accipiat nos ad ſeipſum in celum:vbi mer-
cedes ſuas nobis dabit:pro temporalibus eterna:pro mi-
ſeria beatitudinem:pro paupertate diuitias:pro laborib⁹
caſtigationibus et afflictionibus gaudium ꝛ requiem ſine
fine.Hinc Eccleſiaſtes.xj.Mitte panē tuū ſuper tranſeun-
tes aquas:ꝛ poſt multa tempora inuenies eum:quia fluxu
longo aque iſte redeunt:ꝛ incomparabiles diuitias repor-
tant.Hoc enim agit fluxus gratie:que fluit a chriſto:q̄ dat
gratiā vnde mereri poſſumus.Et iterū reuehit meritū in
deum:vt ſuperabundanti premio meritum noſtrum com-
mutet.Hoc quidē facit/dū per huius ſacramenti ſumptio-
nē/meritū noſtrum ſuo merito coniungit:ꝛ ita ad patrem
vehit.Nullum eīm foret noſtrum meritum:ſi non per chriſti
meritum fieret premio dignū.Et per hoc que in nobis de-
ficiunt:et in celis abundant/gaudiū ſcilicet cordis: ſpirit⁹
conſolationē ac dulcedinem guſtus diuinorum reportat.
Unde in laudem eccleſie/ Prouer.vlt.dicitur. Facta eſt
quaſi nauis inſtitoris:delonge portans panem ſuū. Eccle-
ſia enim ſacra eſt nauis inſtitoris/que gubernatione ſan-
cti ſpiritus mens noſtra in celum nauigat: ꝛ deinde panis
nos in dulcedine delectantis refectionē reportat. ¶ Has
ergo quattuor vtiliſſimas cōmutationes operat̄ in nobis
fons miſericordie chriſtus:cum ei in ſacramēto cōmunica-
mur.Sordes noſtre lauant̄ ꝛ defluūt.Arida noſtra rigan-
tur:ꝛ fecunda fiūt.Labores nrī ad ipm̄ referunt̄:q̄ ſua me-
rita ꝓmio dignos efficiūt.Delicie celeſtes nobis aduehū-
tur:q̄ oīa nrā in dulcedinē vertūt.Hinc dicit ſaluator:Qui

Ioh.vij.

credit in me:flumina de ventre ei⁹ fluent aque viue. Hoc
autē dixit de ſpiritu quē accepturi erant in ipm̄ credentes.
Qđ ſi ſpiritusſctūs in hoc ſacro quo filius ſumit̄: nō reci-
pit̄:vbi q̄ſo accipiet̄.Nec eīm a filio ſpūs ſeparari pōt.Et ſi
ſpūs accipit̄:oīm bonoꝝ cōis ſequit̄.Un̄ ſummarie in ſum-
ptiōe digna hui⁹ ſacramēti:particeps fit aīa ſumentis oīm
bonoꝝ meritoꝝ chriſti:q̄ nobis meruit ſua paſſiōe i cruce:
cui⁹ ꝓpter h̄ nobis datū eſt i eiuſdē paſſiōis efficaciſſimū

memoriale. Hec ergo est prima cõmunio/qua fonti gratiarū in sacramēto fecūdissimo cōicamus. ℂ F Prestat ⁊ nobis hoc sacramentū cōionē glorie angelorū: ꝑ quanto per hui⁹ sacramēti perceptionē ruina angeloꝝ restaurat. Ministeriū quoq₃ angeloꝝ debitū effectū sortitur. Unde gl'ia auget in angelis: ⁊ iterū in nos redūdat. Ruina em̄ angeloꝝ nō reparat nisi ex his qui incorporant christo: sicut ipse dixit: Nemo ascēdit in celū: nisi q̄ descēdit de celo: fili⁹ hois qui est in celo. Nemo ergo ascēdit in celū: nisi mēbrum filij hois ipi incorporatū. Siquidē nō ascendit filius hois diuisus a mēbris: sed totus ascēdit cū oībus suis membris sibi incorporatis: vt dicit glosa ibidem. Incorporamur aūt christo per dignā hui⁹ sacramēti sumptionē: vt frequenter dictū est: ⁊ ita per hui⁹ sacramēti ꝑceptionē ruina angelica reparatur. Et per idē sui ministerij effectus sequit. Sunt em̄ vt ait apl'us: oēs administratorij spūs in ministeriū missi ꝑpter eos qui hereditatē capiūt salutis. Cū ergo ꝑ hoc sacramētū christo incorporati celos ascēdimus: vbi est filius hois sedēs ad dexterā patris: ad finē suū ꝑuenit angelorum̄ ministeriū. Nō autē modicū glorie habent de impletione sui effect⁹ custodie: cum de eis scriptū est: Gaudiū erit corā angelis dei super vno pctōre penitentiā agente. Et ecōtra Esa. xxxiij. Angeli pacis amare flebunt. i. ad modū flentium se habēt: q2 desiderāt/vt christo sibi ad custodiā cōmissi incorporent: ⁊ sic redeant/ac sic veniāt ad cōmunionē glorie angelorū. Hinc et hinc ministerio gaudētes assistunt: vt dicit btūs Grego. cap. viii. lib. iiij. dial. et allegat de ꝯse. dist. ij. cap. q̄d sit sanguis. Quis (ait) fideliū habere dubiū possit in ipa imolationis hora ad sacerdotis vocē celos aperiri: In illo iesu christi mysterio angelorum choros adesse: summis ima sociari: terrena celestib⁹ iungi: vnūq₃ ex visibilib⁹ et inuisibilibus fieri. ℂ G Cōmunionē quoq₃ oim sanctorū hoc sacro cōsequimur: vt q̄d deficit in singulis: ex cōmuni abundantia sctōrū oim suppleat. Per hoc em̄ participamus virtutes patriarcharū: illuminationes ꝓphetarū: iusticias legislatoꝝ: preconia christi preconū: dignitatē apostolorū: victorias martyrū: sanctitatē cōfessorū: religionem monachorū: puritatem anachoritarū: doctrinas doctorum: mundiciā virginū: lucrū viduarū: elemosynas curā domesticā gerentiū: splendorē innocētiū: ⁊ oīa merita sctōrū. Hec em̄ oīa a christo in corpus ei⁹ mysticū fluxerunt: ⁊ in efficacia corporis ei⁹ ⁊ sanguinis cōsistunt: et de quolibet in quēlibet ꝑ charitatē spūs christi referunt et redundant. Unde apl'us. Gratias agētes deo ⁊ patri: qui dignos nos fecit in partē sortis sctōrū in lumine: q̄ eripuit nos de potestate tenebrarū: et transtulit in regnū filij dilectionis sue. Per cōmunionē em̄ christi/sortē omnis gratie cōmunicamus cum oībus sctis in lumine. i. in noticia dei: ̄m glo. vel in lumine. i. in operib⁹ luminosis. de quib⁹ dicit: Sic luceat lux vestra corā hoībus ⁊c. Et lucerne ardētes in manib⁹ vestris. Translati in regnū dilectionis filij/q̄d est regnū oim sctōꝝ: per hoc q̄ corpori ⁊ sanguini eius cōmunicamus: quia vnitas membrorum suorū ad cor ⁊ caput: et vna participatio spūs christi in oībus membris eis naturalib⁹ signat et causat totius corporis mystici cōmunionē et sctispiritus cōmunicationē. Et sic sors gratie ⁊ glorie vniuscuiusq₃ sancti cōmunicat alijs: vt spiritualiter impleatur in nobis: q̄d de ecclesia primitiua dictū est. Gratia magna erat in oīb⁹ eis: neq₃ enim quisq̄ egens fuit inter eos. Quotquot em̄ erāt possessiones agrorū aut domorū vendebant: ⁊ ponebant precia eorum ante pedes apl'orum. Diuidebat autem vnicuiq₃ prout cuiq₃ opus erat. Sic em̄ ad vniuscuiusq₃ necessitatē ⁊ idoneitatē diuidit spūsctūs: spirit⁹ scilicet corporis christi bona sctōrum: vt oēs abundēt: ⁊ nullus egēs inueniat. Unde: Hec oīa (inquit apostolus) operat vn⁹ atq₃ idē spiritus: diuidens singulis prout vult. Que tamē diuisio singulis facta per spiritum: nō tantum singulis proficit: sed singulorum bona ad communē vtilitatem corporis (quod est ecclesia ad quam donata sunt) proficit. Unde ibidem dicit apostolus. Unicuiq₃ datur manifestatio spiritus/ad vtilitatē/scilicet ecclesie. Nam et sequitur. Sicut enim corpus vnum est: ⁊ membra habet multa: omnia autē membra corporis cum sint multa; vnū tamē corpus sunt: ita ⁊ christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus: ⁊ omnes in vno spiritu potati sumus. Et subdit: Sed deus temperauit corpus ei cui deerat abundantiorem tribuēdo honorē: vt nō sit scisma in corpore: sed in idipm ꝓ se inuicē solicita sint mēbra. Ubi glo. btī Ambro. Ostēdit ꝑ similitudinē humani corporis vnitatē corporis christi. i. ecclesie habere varietatem officiorū: et diuersitatē hanc non tollere vnitatē: sicut humani corporis vnitas non in singularitate consistit: sed in multis membris: vt sibi prestent q̄d debēt. De hac vnitate ac bonorū communione gaudebat ꝓpheta cum dicebat: Particeps ego sum oim timētium te: et custodientiū mandata tua. vbi Cassio. Ita prophete portio est dn̄s vt particeps sit nō vnius: sed omniū ecclesiarum; tanta virtus vnitatis: vt cū particeps sit christi humiliter: dicit particeps famulorū: quod est ⁊ christi esse participē. In hoc ergo sacramēto: q2 christi participes efficimur: quē sumim⁹ omniū famulorū christi: omniū scilicet sctōrum participationem sortimur. Ex christo enim capite fluit gratia in membra: et ex vno membro redundat in aliud propter vnā sui corporis cōmunionē. Sicut em̄ in vno corpore naturali/vnum membrū spiritū et sanguinē influit in aliud: ita multo magis in spiritualibus membris et corporis mystici/vnū membrū spiritus cōmunionē trāsmittit in aliud. Hec est cōmunio sanctorū: de qua dicit in symbolo: Credo in spiritūsctm̄: sanctorū cōmunionē. Quia sicut ̄m naturā vni⁹ corporis vn⁹ est spūs: ita vni⁹ corporis christi vnus est spiritussanctus: qui in totū corpus vehit vitā et virtutē: et omnia que sunt membris ꝓpria/facit esse cōmunia. Unde et dictum est de primitiuis ecclesie membris. Multitudinis credentiū erat cor vnū et anima vna. Nec quisq̄ eorum que possidebat: aliquid suum esse dicebat: sed erant omnia illis cōmunia. ℂ H Sic et participatio dn̄ici corporis cōmunicationē tribuit in passionib⁹ mystici corporis christi. Unde et apl'us: Si quid patit vnū membrū: cōpatiunt oīa membra. Ideo passio vni⁹ membri ꝑ cōmunionē redūdat in alia ꝑ misericordiā et miseratiōes: q̄bus fluūt in mēbra deficiētia/cōpassiones cordis/cōsolationes oris/subuētiones facultatū in elemosynis: et supportationes infirmitatū in adiutorijs diuersis. Cōpatiendo em̄ assimilamur capiti hui⁹ corporis: q̄d ex cōpassione quam habuit ad nos/multis se dedit passionib⁹: vt nobis ꝑ effectū subueniret. Cui si cōpatimur: ⁊ cōglorificabimur. vn̄: Sicut christus ꝓ nobis aiam suā posuit: ita ⁊ nos debem⁹ ꝓ fratrib⁹ aias ponere. Quādiu em̄ christus patit in mēbris: nos oportet cōpati: si tn̄ corporis volum⁹ esse mēbra (ad Ro. xij.) necessitatib⁹ sctōꝝ comunicātes. Hoc est em̄ cōmunicare necessitatib⁹ mēbroꝝ xp̄i: suscipere eoꝝ necessitatē corde ꝑ cōpassionē: gaudēdo cū gaudētib⁹: flēdo cū flētib⁹/sicut plus scietis. Multa ad idē docet hortaturq₃ scriptura. Hāc aūt cōmiserationē vnde veri⁹ accipere possumus: nisi in hoc sacramēto/vbi illum sumim⁹ in memoria ineffabilis misericordie: qua nr̄e ꝑditioni cōpatiēs/se totū impēdit nobis in acerrimis dolorib⁹: q̄bus nostrā miseriā subleuauit. Sic ergo in hoc sacro cū oībus bonis cōmunicationē sortimur: in quo oēs thesauri sapiētie et scientie dei sunt absconditi. In quo et principiū oīs meriti oim sctōrū. Hec cōmunitas thesaur⁹ ille est: qui iuxta euangeliū abscōdit⁹ est in agro dn̄ici corporis: quē qui inuenit/abscōdit: ⁊ pre gaudio illius vadit ⁊ vendit omnia que habet: ⁊ emit agrū istū. Hic est thesaurus sapiētie: de qua philo Sap. vij. Uenerūt mihi oīa bona pariter cū illa: et innumerabilis honestas per manus illius. Infinit⁹ em̄ est thesaurus hoīb⁹: quo qui vsi sunt: participes facti sunt amicitie dei. ℂ I Facit etiā (ait Albertus) hec sacri participatio verissimā humanorū et diuinorū cōmunionem. Per hanc em̄ deus cū oībus bonis suis est in hoīe: et hō in deo. De⁹ em̄ qui est oīa in oībus: in hac cōmunione suā altitudinē ad nos inclinat: et nostram humilitatem

Job. iij. — Heb. j. — Luc. xv. — Colos. j. — Matth. v. — Luc. xij. — Act. iiij. — j. cor. xij. — Ps. cxviij. — Act. iiij. — j. cor. xij. — Roma. viij. — j. Joh. iij. — Col. ij. — Matth. xiij.

Act.ii. tem in se exaltat. Hinc de oībus crēdētib⁹ dicit: Erāt pseuerātes in doctrina apostolorū: ꝛ cōmunicatione fractionis panis et oratiōe: q꞉ cōmunicatio fractionis panis/oim bonorū diuinorū ꝛ humanorū conferebat cōmunicationem. Propter que ꝛ filia recte et vere ab oib⁹ sacri hui⁹ participatio comunio noiat. ¶ I Sunt preterea duo huius sacri fructus inquātū est antidotū ꝛ medicina aie: qui sunt sanare ab infirmitate: ꝛ cōseruare in sanitate. Operatur ꝗppe hoc sacrm in hoie ipm cōmunicando sumente/sanitatem ab infirmitate preseruando: causam infirmitatis expellendo: ꝛ sanitatē perditā reparando. Hec est medicina de qua Eccl. xxxviii. Altissim⁹ de terra creauit medicinā: ꝛ vir prudēs nō abhorrebit illam. De terra em̄ illa bndicta dn̄ici corporis/creauit nobis dn̄s medicinā grē/preseruantē nos ab oī pcti infirmitate. Uir ergo prudēs/qui de futuris habet prouidentiā: ꝙ scz sine hac medicina nō preseruatur hō ab hac infirmitate: nō abhorret eā: q꞉ licet sit apud imperitos horribile sumere humanā carnē ꝛ humanū sanguinē: tm̄ in hoc sacro medicina est supra modū amplectēda. Sunt em̄ infirmitates septem capitales ex malo fomitis semine: nisi

Iob.v. preueniant pullulantes. de ꝗb⁹ accipit illud: In sex tribulationib⁹ liberabit te: ꝛ in septima nō tanget te malū. Sūt em̄ sex que causant ab infirmitate corporis ꝛ mētis. A corpore quidē gula/luxuria/auaricia. Ab aīa tria/sm ꝙ est in corpore corrupto: scz ira ex sanguinis accēsione: accidia ex corporis ponderositate: inuidia ex cordis prauitate: q꞉ scz timet ne alteri⁹ psperitate ipse impediat. Septimū vo scz supbia causat ex sola spirit⁹ altitudine: in qua nos nō tanget malū: q꞉ ab his nos corpus christi indigne sumptū preseruat. Si em̄ sumentes corpus dn̄i/ipm (sm apli ꝯsilium) dijudicantes/discretionis iudicio discernim⁹: ꝗs est quem

i. Corin. xi. in sacramēto sumim⁹: q꞉ christus p̄ris fili⁹ pro nr̄a salute hō fact⁹: mortēqꝫ eius annūciam⁹: considerando ꝗd p nobis egerit: ꝗd ve passus sit: quēadmodū nobis in exemplū imitationis mortu⁹ sit: nedum in cruce ponēs animā suā: sed etiā toto vite mortalis tpe: mūdo/pctō/ ꝛ vniuersis vitijs. Sicqꝫ deuote manducauerim⁹/masticantes christi humilitatē: qua seipsum humiliauit formā serui accipiēs: fact⁹ obediens patri vsqꝫ ad mortē: mortē autē crucis: humilē quoqꝫ ei⁹ ingressum in hunc mundū/atqꝫ progressum: non tāget nos malum supbie. ¶ Si meditati fuerim⁹ christi charitatē: qua se totū nobis in hoc corporis ꝛ sanguinis sui sacro in pignus eterne salutis promisse donat: nō tanget nos malū inuidie. ¶ Si ruminauerim⁹ quēadmodū impiger fuerit ad labores oia faciēdo ꝛ sustinēdo que ad nostrā salutē pfecere. Pertransijt benefaciēdo ꝛ sanādo oēs oppressos

Act.x. a diabolo: vt ait Petr⁹. Nō tāget nos malū accidie. ¶ Si ei⁹ mansuetudinē ꝛ patientiā cogitauerim⁹: quibus exprobrationes/irrisiones/blasphemias/crucem ꝛ flagella sustinuit: velut agn⁹ ductus ad victimā nō aperiens os suū. Et

i. Pet.ii. petro teste: Cū malediceretur/nō maledicebat: cum pateretur/nō cōminabat. Nō tanget nos malū ire. ¶ Si aduerterim⁹ ꝙ liberaliter se/ ꝛ sua nobis impēdit: carnē in cibum: sanguinem in potū: animā in preciū: daturus diuinitatem suam in premiū: sicut canit ecclesia: Se nascēs dedit sociū: cōuescēs in edulīū: se moriens in precium: se regnās dat in premiū. Nō tanget nos malū auaricie. ¶ Si in mentem reducim⁹ vite ei⁹ sobrietatē/ieiunia/parsimoniā: nō tanget nos malū gule. ¶ Si puritatem (qua de virgine nasci voluit) gaudijs mūdi ac carnis voluptati passiōis amaritudinē opposuit: liberabimur a malo luxurie. Hec signata sunt Tobie. vi. vbi Raphael qui medicina dei interpretatur: ait tobie iuniori: Cordis ei⁹ particulā si sup carbones ponas: fum⁹ ei⁹ extricat omne gen⁹ demoniorū. Omne demoniorū genus in his septē vitijs ꝗbus presunt: accipit. Hec est illa optima particula inter oia sacramēta/que nobis saluatorē exhibuit: ideo posita super carbones igniti cordis/statim fumat in affectu ad deū: ꝛ omnem vim inimici expellit a nobis. Fel autē valet ad vngēdos oculos/ in quibus est albugo: ꝛ sanabuntur. Fel enim sua amaritudine passionē christi significat: de qua in Threnis dicit cap. iii. Recordare paupertatis et transgressionis mee/absinthij et fellis. Hec fellea amaritudo patientie christi extergit albuginem spissam: quā nobis ante oculos vanitas mundi posuit: vt nō videam⁹ lumē celi: q꞉ christi amaritudo reducit oculos nostros a vanitate mundi: que oculos nr̄os obtexit: ad veritatē contēplandā. Sic ergo cib⁹ iste in nobis operat sanitatē/causas infirmitatū eradicādo: ꝛ per hoc ab infirmitate preseruando. Cōtractā etiā infirmitatē per pctm̄ qd̄ incidim⁹: sanat: eisdē modis ꝗbus pctm̄ tollit: de quo supra dictū est. Nec mirū cū in hoc sacramēto sumit medicus ipse:

Luc.xix. Math.xi. qui venit querere ꝛ saluū facere qd̄ perierat. Qui oēs laborātes vocat/dicēs: Uenite ad me oēs qui laboratis ꝛ onerati estis: et ego reficiam vos. Mico em̄ modo studuit (ait Albert⁹) quō nobis gratiānos sanantē prepararet: ꝛ inuenit sacramētum quo ipse medicus/ipse ꝛ medicina semper haberet. Misit itaqꝫ verbum suū in hoc sacramēto: ꝛ sanauit eos: ꝛ eripuit eos de interitionib⁹ eorū: vt dicit in psalmo. cvi. ¶ L Conseruat etiam sanitatē recuperatā ac restitutam eisdem modis quibus preseruat. Hinc in psal. dicit: Dominus regit me: ꝛ nihil mihi deerit in loco pascue ibi me collocauit. Locus pascue/locus refectionis est: quo ab inedia in bono corporis robore cōseruat pascendi: cōfortanturqꝫ vires per cibum cōuenientē. De qua confortatiōe in sequenti fructu superest dicendū: de hoc exponit Albertus illud ps. Collocauit illic: hoc est in terra fructifera esurientes et sitientes: et constituerunt ciuitatem habitationis: et seminauerunt agros: et plantauerunt vineas: ꝛ fecerunt fructum natiuitatis. Ps. cvi. Esurientes sunt cibum corporis christi desiderantes: et sitientes sunt qui desiderāt sanguinē christi: hi constituerunt se in hoc loco/vbi est habitatio ciuitatis dei: hoc est in eccl̄ia: ꝛ ibi semine iustitie seminauerūt agros ab augendo dictos: in quibus crescit frumentum panis corporis christi: et plantauerunt vineas: in quibus crescit potus sanguinis christi: et in his fecerunt fructum dulcissimum gratie sacramenti: quo cibamur: qui dicitur fructus natiuitatis: quia ex eisdem et corporaliter et spiritualiter nascimur et nutrimur. Gratia enim christi nascimur: et gratia christi in sacramento nutrimur: ac eadē gratia nutriti conseruamur: ne iterum defluamus in corruptionem peccati: qua anima nostra in malis contabescat et abominetur omnem escam salutarem/appropinquans vsqꝫ ad portas mortis. ¶ Z Supersunt vltimi duo fructus quos in nobis parit salutaris eucharistie cibus: quia nostrum viaticum est: hinc enim roborat viatorem in itinere: et ad terminum beatitudinis subleuat et pducit. ¶ Roborat quidem sm illud: Et panis cor hominis confirmat.

Ps. ciii. Hoc pane angelorum in figura confortatus helias/ dum

iii. Reg. xix. in fortitudine cibi illius totum desertum transijt: ꝛ ambulauit vsqꝫ ad montem dei oreb: quod mensa interpretatur: in quo deo coniunctus est. Mensa hec societas est eterne glorie. Panis igitur corporis christi confortat nos in vita bona quadraginta diebus et quadraginta noctibus/ obseruantia scilicet preceptorum decalogi sm perfectionem euangelicam: vsqꝫ ad montem dei oreb/ vsqꝫ ad mensam dei: et conuiuas patrie ad quam cum sedebimus satiabimur: sm illud. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et sm

Ps. xvi. beatum Ambro. Dominici corporis figura precessit: quando deus in deserto patribus manna pluit: quia sicut ille panis populum per desertum ad terram promissionis duxit. ita hec celestis esca fideles huius seculi desertum transeuntes in celum sursum trahit. Proptec quod recte viaticum appellatur: quia in vita nos reficit: et ad patriam vsqꝫ perducit. Corroborat etiam contra aduersariorum impugnationem: Unde Psalmo. xxii. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. quod de mensa dominici corporis et sanguinis exponit glosa. Eo ipso enim quo gratiam augmentat: et omnes virtutes perficit: arma tribuit omnes aduersarios debellandi. Quem enim timebit qui domino vniuersorum: in cuius ditione cuncta

posita sunt: qui fortē armatū fortior vicit: per hunc cibū in-
corporatus est. Hic est panis subcinericius hierobaal: q̄ des-
cēdens in castra madian/tabernacula eius terre funditus
coequauit. Iudic. vij. Panis subcinericius hierobaal hu-
manitas christi est/ in cinere nostre mortalitatis coctus:
q̄ iudiciū habet. sic quippe interpretatur hierobaal. Est em̄

Act. x.

cōstitutus a patre iudex viuorū et mortuorū. Hic descendēs
in castra madiā iniquitatis et cōtradictionis: oīa subuertit
et terre coequauit: dū deuote sumpt⁹ sedē iniquitatis sub-
uertit in aīa prius diabolo subiugata: et eū expellens thro-
nū suum ibidē collocans: ipsam ab oī aduersariorū detectio-
ne liberat et conseruat. ¶ M Nunc fructus finalis seq̄-
tur: qui est pductio ad terminū btitudinis: q̄ est vita eter-

Job. vi.

na. Cōfert em̄ cibus ille immortalitatē: fm̄ illud: Qui mā-
ducat meā carnē: et bibit meū sanguinē: habet vitā eternā.
Et ego resuscitabo eū in nouissimo die. Et in hoc dissimili-
tudinē habet iste cib⁹ ad cibū corporalē. Cib⁹ em̄ corporalis
nō nutrit nisi mortaliter et corruptibiliter. j. Cor. vj. Esca vē-
tri: et venter escis: de⁹ aūt hunc et has destruet. Iste aūt cib⁹
radix est imortalitatis: q2 in eo q̄ cū sumit: principiū est vite
ppetue. Vn̄ Job. vj. Nō sicut manducauerūt patres vestri
māna in deserto et mortui sunt. Qui manducat hūc panem
viuet in eternū. De quo i figura dixit moyses Deut. xxix. ad
filios israel: Adduxit vos quadraginta annis per desertū:
nō sunt attrita vestimēta vestra: nec calciamēta pedū vestro-
rum vetustate cōsumpta sunt. Panē nō comedistis: vinū et
sicerā non bibistis: vt sciretis q2 ipse est dn̄s deus vester: et
venistis ad hūc locū. Ac si dicat fm̄ Alber. p desertū huius
mortalis vite quadraginta annis/qui est numer⁹ penitētie:
adducit vos dn̄s ad immortalitatē ppetue vite: ita q̄ virtu-
tum vestimēta nō sunt vetustate peccati cōtrita: et calciamē-
ta que sunt duorū pedū anime munimenta: q2 fides munit
intellectū: et charitas munit affectum: non sunt aliqua ve-
tustate vanitatis vel frigiditatis cordis consumpta. Et hoc
ideo: q2 panē mūdane refectionis nō comedistis: nec vinū et
sicerā inebriantia: in quib⁹ est luxuria: bibistis: et tn̄ dn̄s sue
immortalitatis alimonia adduxit vos per sui cibum māna
supercelestē ad hunc locū solidū promissionis: qui moueri
nō pōt/eterne scz immortalitatis. Sic ergo cib⁹ ille cibat ce-
lesti virtute pncipijs vite et immortalitatis radice. Hinc re-
cte dicit̄ cib⁹ iste/arra sponse/pign⁹ future glorie. Dederat
olim dn̄s anime rationali pignora sue dilectiōis pulchras
arras sue despōsationis: celū et terrā ad ei⁹ obsequiū simul
et solatiū: vt late psequit̄ venerabilis Hugo de scō victo.
in libello de arra anime. Cōtempserūt has arras plurimi:
atq3 eis omnia viluerūt. Dedit ad extremū seipsum pariter
in arrā et preciū: dū in hoc sacro cōuiuio iuxta canticū eccle-
sie/future glorie nobis pign⁹ dat̄. de quo beatus Bern̄. in
ser. de sacramēto ait: alloquēs ecclesiā et quālibet animā fi-
delē. Gratulare inq̄t spōsa: gaude incōparabiliter: presiden-
tez habes et rectorē spōsum in presentis exilij militia: pign⁹
habes: arraz tenes: quib⁹ feliciter sponso vniaris in patria.
Gloriosa et amabilis sponsa/in terra spōsum habes in sacra-
mēto: in celis habitura eū sine velamēto. Hic et ibi veritas:
sed hic palliata: ibi manifesta. Hic vtiq3 spōsum habet eccle-
sia suo ordine: hic quasi dulce preludium/et iocūda dispēsa-
tio: ibi nuptiale cōuiuiū et beata fiet cōiunctio: cum fide ad
speciē: de mēse ad mēsem: de sabbato ad sabbatuz: de calore
panū ad eternalis caloris cōuiuiū trāsibim⁹. Et infra: Cib⁹
ille nō est ventris: sed mētis: nō est dat⁹ ad ruinas hui⁹ vite
que vapor est ad modicū parēs: sed ad eternaz vitā anime
cōferendā. Iste est panis angelorū qui nescit putrescere: nō
vadit in secessum: sed tēdit in excelsum: illuc reducit homi-
nem vnde traxit imaginē. ¶ Ecce patēt vel breuiter duode-
cim fruct⁹ ligni vite. Siquidē cōsiderādo eucharistiā in or-
dine ad christū in ea cōtentū/sic viuificat animam et relaxat
peccata. In eo vero q̄ est memoriale passionis christi: infla-
mat mentē: et patientiā prestat. Inquantū est cib⁹: nutrit et
restaurat: q2 sacramentū vnit et copulat: q2 antidotū medici-
nale/sanat ab infirmitate: et in sanitate cōseruat. Quia via-
ticū: roborat viatorē: et perducit ad terminū beatitudinis.
¶ Quos sub alijs verbis ita beat⁹ Bern̄. assignat dicens.
Eucharistia medicina est egrotis: peregrinantib⁹ dieta: de-
biles cōfortat: valētes delectat: languorē sanat: suauitatē ser-
uat. Fit homo mansuetior ad correptionē: patiētior ad labo-
rem: ardētior ad amorē: sagacior ad cautelā: ad obediendū
promptior: ad gratiarū actiones deuotior. ¶ Et licet plura
de hui⁹ sacramēti fructib⁹ dicta sunt: nequaq̄ tn̄ velut tāto
sacramēto digna vel sufficientia estimāda sunt. Excedit em̄
eius dignitas simul et vtilitas/omnē humanā estimationē.
Hinc Bern̄. fz supra allegata. Potes ne estimare quale vel
quantū est hoc sanctū sanctorū/et sacramentū sacramentorū:
amor amorū: dulcedo omniū dulcedinū. Hec sunt vera festa
paschalia: hec sunt gaudia et fercula vitalia iustorū: hec sunt
spirituales delitie sanctorū: hic bibunt̄ in loco vberi torren-
tes lactis: pluuia mellis: liquor balsami celestis. Hic efficit̄
vna caro spōsa cū sponso/sancta anima cū christo. Experiē-
tia horū et similiū spirit⁹ et vita est: nec animalis homo horū
sensu fruit̄ vel accessu. Amissi spōsi/viri timorati et religiosi
gustauerūt et plenissime que dicim⁹ sunt experti. Hec bern̄.
¶ N Sed circa hec queri pōt quomodo hos fruct⁹ efficit
corp⁹ christi in hoc sacramēto sumptū. ¶ Pro responsione
rememorādū est quod. s. lec. iiij. habet̄: q̄ tripliciter aliq̄d
dicit̄ fieri vel effici ab alio: scz operatiōe et virtute naturali:
quo modo calor fit ab igne. Scđo modo non ex ei⁹ virtute:
sed ex ei⁹ merito: quo modo dicim⁹ q̄ premiuz in beatis est
ex operib⁹ meritorijs precedentib⁹. Tertio modo est ex ali-
qua virtute occulta assistēte. Sic sacramēta operari dicunt̄.
¶ Ad propositū: Corp⁹ christi in sacramēto cib⁹ est nō cor-
poris sed mētis. Nō vtiq3 fm̄ sui substātiā nutriēs ac cibās
animā: quēadmodū cib⁹ corporalis fm̄ substantiaz cibat et
nutrit corp⁹: q2 anima fm̄ sui substantiā/additionē nō reci-
pit. hinc fm̄ sui substantiā corp⁹ christi nec cibat: nec restau-
rat: nec roborat animā: nec vnit̄ anime tāq̄ forma. Ideoq3
nec per suā essentiā inflāmat animā: sicut calor ignē. nec fm̄
suam substantiā illuminat sicut lumē aerē: nec sic viuificat
sicut anima corp⁹. Cū etiā fm̄ se sit res creata: per suā natu-
ram propriā non liberat a morte: nec ad patriā reuocat: aut
peccatū expellit nec resuscitat. Nec breuiter aliquis pdicto-
rum effectuū causaliter effectiue pcedit ex naturali virtute
illius corporis. Restat ergo vt fiat vel ipsius merito: vel vir-
tute occulta. Merito aūt eius nō fit vt principaliter merē-
tis: q2 mereri est nature intellectualis et rationalis: corpus
aūt christi acceptū pro altera parte cōpositi substantialis:
quod ex vi cōsecrationis est in sacramento altaris: nō est na-
tura intellectualis aut ratiōalis: sed est pars talis nature ex
ipso et anima rationali composite. Unde mereri est ipsius
anime nō corporis: licet anima per corp⁹ hoc est per opera-
tiones et passiones corporales volūtarie exhibitas vel pas-
sas mereat̄. Etiā fructus hi nō proueniūt precise et adequa-
te ex merito sumentiū: q2 sic nō prouenirēt ex applicatione
sacramēti seu vsu eius: et plus sacramentū sanctificaretur a
sumentib⁹/q̄ sumentes a sacramēto: qm̄ sumentiū merito
ipsi per hoc sacramētum sanctificarent̄. Relinquit̄ ergo q̄
diuina virtute et volūtate: que ex suo beneplacito/hos fru-
ctus efficit in digne hoc corpus sumente. Unde sicut in ba-
ptismate superfusioni aque seu immersioni aut ablutioni
exteriori: que fit per aquā/cū certe verborū forme platione/
et baptizantis intētione: adest virtus omnipotēis dei/ad
efficiendū interiorē vel spiritualē ablutionē a peccatis. Sic
refectioni corporali et exteriori que fit per sumptionē huius
venerabilis sacramēti: adest virtus diuina ad perficiendā
internā et spiritualē refectionē/quā exterior significat: et ce-
teros fructus numeratos: et hoc in subiecto disposito: hoc
est in viuente vita gratie: q2 cibari et refici nō est mortuorū.
Statuit itaq3 deus q̄ ad dignā huius sacramenti sumptio-
nem/hos fruct⁹ efficere vult in anima huiusmodi viuētis.
¶ O Sed di. quomodo tūc dicit saluator: Caro mea ve-
re est cibus: et sanguis meus vere est potus. Si nō ipsa nec
ipse hos refectionis effectus operatur. Respondet̄ q̄ vere

ibi assertiue

ibi assertiue ponitur: vt sit sensus. Caro mea vere: idest indubitanter est cib⁹ reficiens seu refectiuus. Et sanguis meus vere. i. indubitāter est potus: potans vel inebriās spiritualiter: licꝫ nō sua natura: sed virtute diuina. Sicut aqua baptismalis vere est aqua regenerans: ꝛ vnda purificans: nō sua natura: sed virtute diuina: cui accedens elementū ꝛ verbū efficitur sacramentū. i. sacrationis seu sanctificationis instrumentū. Et quid mirum si deus omnipotēs ꝛ misericors ad sumptionē huius sacramēti corporis: cui inseparabiliter vnita est excellētissima deitas: fruct⁹ ꝛ dona multiplicet in sumentib⁹: cū ꝛ rebus longe inferiorib⁹ in gradu entitatis assistat ad effectuū mirabilium ꝓductionē. Si em̄ vestis beati iohānis euāgeliste hoc obtinuit: vt per tactū manuū aristoboli tūc incredulis tres mortuos suscitaret: quid de hoc corpore/ qđ vestimentū est deitatis/ pia fides suggerit sentiēdū. Si petri apl̄i bacul⁹ ex suo contactu beatū maternū a morte suscitauit: diuina assistēte virtute: q̇d mirū si attactu hui⁹ corporis diuinissimi/ virtus assistēs diuina hos fruct⁹ ꝛ his maiora faciat. Sic argui potest de sudariꝭ ꝛ semicinctiꝭ pauli: de quib⁹ in actib⁹ aplōꝝ đr: ꝙ delata ꝛ posita super infirmos curabanᷓ: ꝛ sup demoniacos/ spū s imūdi eijciebanᷓ. Si igiᷓ christus tantas virtutes contulit sanctorꝫ suoꝝ ossib⁹ aridis/ capillis coꝝ aut pulverib⁹/ sepulcris ꝛ vestib⁹: vt coꝝ attactu fugarenᷓ demones ab obsessis corporib⁹: sanarenᷓ corpora diuersis morbis ꝛ lāguoribus: quō nō incōparabiliter multo maiores carni sue ꝓprie sibi suppositaliter vnite: ꝛ iā vita glorie fulgēti: q̄ et pro nostra omniūꝗ salute passa est: virtutes tribueret. [Act. xix.]

Ampli⁹ si fimbria vestimēti sui hoc ꝓstitit vt eius tactu emorroissa sanarenᷓ a sanguinis ꝓfluuio. Quid dubiū carni sue quā induit: qua inuentus est vt hō: maiora tribuit. [Mat. ix.]

Itē si lignū vite in medio paradisi hac virtute preditum esse voluit: vt vitā corporalē vtētib⁹ fructu eius perpetuaret: quō nō potius carni ꝛ sanguini suo ħ tribuit: vt perpetuare posset in digne vtētib⁹ vitā aiarū. Demū si hāc virtutē dedit vbbis quorundā exorcistarū: vt eis arceanᷓ ꝛ ligentur demones: quomodo verbum per qđ facta sunt oia: carnē suā/ quā pro animarū salute assumpsit: nō oibus ꝓfatis virtutib⁹/ glorie ꝛ magnificētie sue cōgruētib⁹ ꝛ animarū saluti expedientib⁹ insigniuit. Reuera/ voluit: decuit: ꝛ fecit sue carni has maioresꝗ virtutes tribuere: quā de purissimis virginis sanguinibus formauit: quā suo naturali filio in vnitatē suppositi copulauit: in qua a morte triūphauit: q̄ diaboli potestatē supauit ꝛ abstulit: quā sup oēs angelicas ꝟtutes ad dexterā suā collocauit. Cui vnite aie christi sanctissime eandē iudicādi potestatem viuos ꝛ mortuos tribuit et donauit.

Ex quibus ꝛ hoc sequiᷓ: ꝙ licet sacramētū hoc spūaliter tm̄ sumptū effectus ꝓdictos operetur: multo tn̄ plenius ꝛ ꝑfectius hoc facit in sumētib⁹ etiā sacramētaliter hoc est simul sacramētaliter ꝛ spūaliter: vt ex solutiōe alterius dubij deduceᷓ. Et tantū de fructib⁹ hui⁹ viuifici sacramēti.

P Sed adhuc q̇s diceret: Si hos fruct⁹ operaᷓ hoc sacramētū in digne sumēti: quicūꝗ hos fructus nō experiunᷓ nec sentiūt: sed cū pauci hos fructus sentiāt: etiā coꝝ qui sine mortalis peccati cōsciētia/ post debitā sui ipsoꝝ ꝓbationē accedūt: sequereᷓ ꝙ tales indigne sumerent: qđ durum nimis foret: ꝛ a comunione plurimos reuocaret. Ad hoc respondetur/ ꝙ plurimi ex dictis fructib⁹ licꝫ in digne sumente oriuntur: minime tn̄ experimētaliter cognoscūtur. Hi sunt oēs fructus gratiā ꝛ charitatē eiusꝗ augmentū inseparabiliter comitantes: sicut mentē viuificare: peccata relaxare: nutrire augmentando: vnire christo: copulare per cōmunionē proximo ꝛc. Sicut enim charitas et cetere virtutes infuse a nobis experimentaliter cognosci nō possunt: nec intuitiue videri: vt tradūt doc. dist. xvij. primi: q: oēm actū quē ꝓducere possumus quantum ad genus actus mediante habitu infuso: ꝓducere possumus ex habitu acquisito: siue ex volūtatis libertate: licet non quoad circūstantiam meriti: q̄ nisi ꝑ reuelationē in hac nostra peregrinatione euidenter sciri non pōt. Nescit em̄ hō an odio vel amore dign⁹ sit: qđ nedū de supposito hois verū est: sed etiā de actu ei⁹ virtuoso. Simillimi em̄ sunt effectus ꝓcedentes ex habitib⁹ infusis ꝛ acq̇sitis: in tantū ꝙ habitus infusos esse ponendos nulla ratio euidens cōuincit: sed sola fides dei ꝛ eccl̄ie autoritas verissima eos nobis credendos ꝓdit. Deniꝗ inflāmatio affectus per deuotionē ꝛ spūalis dulcedinis sentimentuꝫ: delectatio quoꝗ in spūalibus: atꝗ operādi ꝓmptitudo sensibilis: et si frequēter sequūtur charitatē: tn̄ nō inseparabiliter ei iūguntur. Nōnūꝗ etiā in charitate maiori/ minor sentitur deuotio: ꝛ in minori/ maior. Nihil deniꝗ ꝓhibet: qnꝗ etiā vbi nulla est charitas ꝛ gratia: deuotionē ꝛ dulcedinē sentiri etiā vsꝗ ad lachrymaruꝫ effusionem: sicut est videre in nōnullis petōribus ex verbo dei vsꝗ ad lachrymas cōpunctis: q̄ tn̄ nondū exposuerūt pctā in q̇bus voluntate tenentur cauere: ꝛ ab eis recedere: q̄ deuotio seu dulcedinis sentimentū esse pōt a deo paruulos sic ad se attrahere volente: qnꝗ ab habitu acquisito: qnꝗ a complexione: qnꝗ a spiritu maligno: vt sic a debitis operib⁹ retrahat: vt huiusmodi delectationē spūalem finaliter querere doceat: vt dum eā subtrahit in desperationē mittat: ꝓpterꝗ alias causas plurimas. Quapropter admonet scriptura ꝓbare spūs si ex deo sunt.

Q Primi fruct⁹: q̄ insepabiliter ꝯsequūtur charitatē ꝛ eius augmentū: illi infallibiliter ꝯcomitanᷓ dignā hui⁹ sacramenti cōmunionem sed hi: vt dictum est: sentiri non possunt. Hi enim consequūtur ex opere operato: nō ex opere operantis: dūꝫ tn̄ nō assit obex vel impedimentū. Hoc em̄ ꝓpriū est sacramentis no. le. gratiā infundere: aut infusaꝫ augmentare obice remoto: alioq̇n quō essent signa grē efficacia atꝗ certa. Cetera ꝟo q̄ noie deuotionis generaliter sumpto intelligo: qnꝗ dantur digne sumentibus: qnꝗ digne sumentibus subtrahūtur: imo nōnunꝗ indignis prestanᷓ. Unde Johan. cancella. in de mystica theologia practice cōsideratione. vi. ait loquēs de cōtemplationis ac deuotionis gratia. Sunt filij infideles ꝛ alieni: sunt serui nequā: quos aliquādo cibari sustinet pater celestis ex adipe frumēti: ꝛ de petra melle saturari: quēadmodū apud aliquos ex ꝓncipibus videre est: q̄ condēnandis paulo post ad mortē/ mittūe aliquotiēs in carcerē de preciosis mēse sue reliquijs. Nāꝗ has grās reperire est apud maledictiōis reprobationisꝗ filios: vel in augmentum sue dānationis/ ꝑ abusu ingratissimo doni dei: vel ad alioꝝ eruditionem: vel ꝑ qualicūꝗ laboꝝ suoꝝ velut floꝝ vel inutiliū ꝓmio trāsitorio. Pro tali numismate tales mercēs. dicit ꝓuerbiū vulgare. Fornicari tm̄modo q̄sierunt in donis dei ꝑ improbā delectationē vel ꝓsumptionem. Quid igitur. Desideriū coꝝ affert eis deus: sed irat⁹. audiūt illud euāgelij. Tolle qđ tuū est ꝛ vade. Difficillimū igiᷓ est cognoscere: vn̄ ꝛ ad q̇d hmōi deuotio ac dulcedinis sentimentū ꝯcediᷓ. Daᷓ deniꝗ qnꝗ digne suscipientibus atꝗ supērogaᷓ a liberalissima dei clemētia. Qnꝗ in bonū sumentiū ab eadē clemēti volūtate subtrahiᷓ: sꝫ nō ad insipientiā coꝝ. [I. Jo. iiij.] [Math. xx.]

R Hui⁹ aūt dispēsatiōis mie dei: qua etiā electis hmōi grām subtrahit: dictus cancel. vbi supra aliq̄s colligit causas. Prima ꝓpter humiliationē. vn̄ ait. Fit ħ qnꝗ ꝛ sepius/ ad humiliationē vt retundaᷓ supbia: vel q̄ ꝓfuit: vel vt ne subrepat: ꝓuideaᷓ. Propterea testaᷓ btūs Bern. vere nihil esse efficaci⁹ ad grāꝫ hāc vel inueniēdā/ vel retinendā/ vel recupandā: ꝙ si semper inueniaris nō altū sapere: sed sapere ad sobrietatem Deniꝗ btūs est vir q̄ semꝑ est pauidus: ꝛ sup custodiam suā stat.

Scđo: fit hoc aliq̄n ad desideriū vehemētius ignlendum: quēadmodum ignis flatu compressus erūpit ardentior: ꝛ vt discamus grandia granditer querere. [Prover. xxviij.]

Fit ħ tertio: vt ab hoie sua fragilitas ꝛ abyssus miseriarum ꝓfundius ac clarius sentiatur: quatenus vilescat

te. Agnus paschalis figura est huius sacri inquātum est
memoriale passionis: ꝛ ita pͥncipaliter passionis xp̄i: ꝛ ex
ꝯsequēti eucharistie. Christus aūt semel tm̄ imolat⁹ est
in cruce: ergo agnus tm̄ semel in anno edebat. Manna
ṽo fuit figura hui⁹ sacri in rōne cibi: ideo diebus singu-
lis manducabāt. ¶ Ad aliud de baptismo/d: ꝙ baptis-
mus est figura mortis xp̄i: inquātum in baptismo mori-
mur pc̄tō/ꝑsertim originali. Hoc aūt nō contingit nisi se
mel: q: pc̄tm̄ originale dimissū nō redit. Eucharistia est
memoria passionis vt nostri refectiua in donis virtutib⁹
ꝛ gratiis: q̄ refectio iterat. Item baptism⁹ characterē im
primit: ideo iterari non debet: secus de sacro eucharistie.
¶ Ad tertiū d: ꝙ ois preparatio interior requisita ad di
gne spūaliter cōmunicandū: sufficit ad digne sacramēta
liter sumendū: ꝛ ideo est equa securitas. Nā q̄libet nō di
gnus spūali mādicatione/est in periculo mortis eterne
quia in mortali: qd̄ maximū est periculū: in quo quisq̄s
nō fuerit: sine periculo māducat sacramētaliter. Disposi
tio autem exterior/vt ieiuniū nature: ꝛ similia satis certa
sunt: ꝛ ita sine periculo caueri possunt. ¶ T Ad aliud
iam patuit ex ꝓbatione secūde ꝑpositiōis: ꝙ accedēs nō
tm̄ comodū suū querit: sed magis gloriā ꝛ reuerentiam
dei. Nā accedēdo rep̄sentat summā dei charitatē: qua ꝓ
nobis passus est in cruce/ꝭm illud. Hoc facite in meā cō
memorationē. Rep̄sentat infinitā ei⁹ potentiā: qua xp̄s
deus ꝛ hō tam mirabiliter nobiscū esse voluit in tantilla
sacramēti specie. Rep̄sentat infinitā dei bonitatē: qua se
sic in refectionē aīe dare voluit nobis indignis cibū vi-
te. Representat ineffabilē eius sapiam: vt eo ordine nos
repararet quo cecideramus a statu innocētie. vn̄ Inno.
Panē angelorū māducauit hō: quaten⁹ vn̄ mors oriebat
inde vita resurgeret. Dictū est quippe de illo. Quacūq;
die comederis: morte morieris. Dicit autē de isto. Si q̄s
māducauerit ex hoc pane: viuet in eternū. vn̄ ꝭm Inno.
magis redundat in gl'am dei accessus: ꝙ̄ abstinentia ab
eodē. Un̄ patet ꝙ q̄ digne accedit: nō tm̄ ex amore cōcu-
piscentie: sed magis ex amore amicitie accedit. Ad illis q̄
arguūt ꝓ parte opposita: si intelligūtur de acceptationi
bus digne/sunt ꝓ scd̄a ꝑpositione: si aūt loquūtur ge-
neraliter: dicendū ꝙ autoritas inducta intelligatur cete

ris paribus/cessante impedimēto ꝛ de consilio: non de
necessitate p̄cepti. ¶ Ad illa de cōmodis ꝛ vtilitatibus
que sequūtur accessum: d: ꝙ etsi cōmēdabile est ꝙ hmōi
cōmoda ꝛ fruct⁹ acquirant accedēti: ꝛ aliis non: tn̄ est in
p̄cepto: ꝛ ideo sine pc̄tō possunt omitti. Non enim tene-
mur oia impendere deo nobis ꝛ ꝓximo que possumus:
sed illa dūtaxat ad que p̄cepta nos obligant. Parabola
etiā de talento loquitur de his qui in officiū acceperunt
bona dn̄i vt ea dispēsarēt. Si quis ex officio celebrare te
netur: ꝛ nō celebrat: incurrit sugillationē serui nequā.
¶ Ad autoritatē Be. d: ꝙ merito mouere debet exhor-
tando sacerdotes ad frequēter celebrandū: qd̄ qui nō fa
ciūt p̄uant ꝛc. nō aliquid auferendo: sed nō impendēdo
qd̄ impendere possent. Et hoc extra casum necessitatis/
aut p̄cepti non inducit peccatū: licet exhibitio magnum
habeat meritū. ¶ V Sed circa hoc querit/vtrum sa-
cerdos possit a celebratione hui⁹ mysterij perpetuo ces-
sare ex reuerentia sine mortali pc̄tō. Ad hoc videt dicere
Alex. parte. iiij. q. li. mēbro. ij. ꝙ sic. Unde ait. Estimo tn̄
si quis sacerdos nō habēs curam animarū: nec officium:
nec beneficiū ꝑpter qd̄ haberet necesse celebrare: ꝛ ob
reuerentiā sacramēti et timorē sue indignitatis/cessaret
semper: nisi iniūgeretur sibi cōtrariū a superiore: ꝙ non
peccaret mortaliter. Et satis ꝯcordat scd̄s Bonauen. in
iiij. dist. xij. q. iiij. dicens: ꝙ sacerdos si nō viuit de altari:
sed in sua libertate manet: nō tenetur magis ꝙ̄ alius hō:
nisi de bono ꝛ equo. Et notentur singule clausule quas
ponit Alexan. ¶ Beatus ṽo Thomas illud dictū repu
tat irrationabile. vnde ait parte. iij. q. lxxxij. ar. x. ꝛ in. iiij.
dist. xiij. q. ij. ar. j. Unusquisq; tenetur vti gratia sibi data
cum fuerit opportunū. ꝭm illud. ij. Cor. vj. Hortamur ne
in vacuū gratiam dei recipiatis. Opportunitas autē of-
ferendi non solum attenditur ad fideles christi: quibus
oportet sacramenta ministrare: sed pͥncipaliter per cōpa
rationē ad deum: cui in cōsecratione huius sacramēti sa-
crificium offertur. Unde sacerdoti etiam si nō habet cu-
ram animarū: nō licet oino a celebratione cessare. Facit
ad idem illud Grego. Dum crescūt dona: etiam ratiōes
crescunt donorū. ꝛ. j. Pet. iiij. Unusquisq; sicut accepit
gratiam: in alterutrum illam administrantes. Reus er-
go erit negligētie: si cui data est potestas nobilissima: il-
la non vtatur ad honorem dei/ꝛ salutem suam ꝛ aliorū
viuorū ꝛ mortuorū. Sed saltē videtur ꝙ celebrare tenea
tur in precipuis festis: ꝛ maxime in illis diebus: quibus
fideles cōmunicare cōsueuerunt. Grauī⁹ autem peccāt
qui nō ex reuerentia sacramēti: sed sua lasciuia/aut secu-
larium negociorū cura/omittūt: quibus dici potest illud
ij. Mach. iiij. ꝙ iam nō circa altaris officiū dediti erant:
sed cōtempto templo: ꝛ sacrificijs neglectis/festinarūt
participes fieri palestre: ꝛ patrios honores nihil haben
tes/grecas glorias optimas arbitrabantur. ¶ Et licet
opinio beati Thome videatur probabilis: ratio tamen
sua ex verbis apostoli sumpta/non videt sufficere: Tum
quia apl's in verbis suis nō videtur imponere p̄ceptum.
Dicit em̄. Fratres hortamur. Exhortatio autem non insi
nuat p̄ceptum. Tum quia sic ꝓbaretur ꝙ teneretur quis-
libet sacerdos quotidie cessante legitimo impedimento
celebrare: vt nullo die gratiam dei in vacuū proferretur
accepisse. ¶ X De cōmunione laicorū: imo generaliter
fidelium rationis vsum habentiū dicitur ꝭm Alexan. ꝙ
nō tenentur nisi ex mandato ecclesie semel in anno. ꝭm
c. omnis. de pe. ꝛ re. Et in articulo mortis. de quo Inno.
Necessario quippe sumendus est agnus: vt a vastatore
protegamur: nec exire possumus de egypto: nisi celebrā
do phase paschalem agnum edamus. Uerba ṽo christi/ Joh. vj.
que in preceptum sonare videntur. Nisi manducaueri-
tis ꝛc. intelliguntur de manducatione spirituali: vt. s. di-
ctum est. Unde nō habent efficaciam precepti quoad sa-
cramentalem sumptionem: sicut habent illa. Nisi quis Joh. iij.
renatus fuerit ex aqua et spiritu: non poterit introire in

regnum dei. Nam christus priora sua verba declarando
Joh. vj. dicit: Caro nō prodest quicq̄: scz sine spiritu. Verba que
ego locutus sum vobis: spiritus et vita sunt. Et tantum
de illo dubio. ¶ Lectio.lxxxviij. A

Nunc de sexto du-

bio/scz de negligentijs circa cōsecratio
nē et misse officiū cōtingētibus: que qm̄
innumere sunt. Errare em̄ et deuiare in-
finitis modis ꝯtingit ſm illud Diony. de
diuinis nominib⁹.c.iiij. Bonū est ex causa integra: malū
autē omnifariā. Et.ij. Ethi.c.vij. Dirigere contingit vno
modo: deuiare infinitis: ideo de oībus defectib⁹ regula
dari nō pōt. Possunt tm̄ directiōes circa aliquos cōtingē
tes defect⁹ dari: ex quib⁹ in alijs a simili directoriū pōt su
mi. Ubi aūt nec ille sufficiūt: recurrēdū est ad superiorū
cōsultationes. Et qm̄ in diuersis superiorib⁹ lectionib⁹/de
varijs particularib⁹ defectib⁹ tractatū est: idcirco ad illa
remittā: ne idē sepius scriptū fastidio sit lectori. ¶ Pos-
sunt aūt defect⁹ cōtingere circa substātialia sacramenti:
puta circa materiā: aut formā: circa ministrū: aut ei⁹ intē-
tionē. Possunt etiā scdo cōtingere circa cerimonialia: q̄
nō sunt de necessitate sacramēti: vt sunt locus/tēpus/ve
stes/vasa/luminaria/oratiōes tā ante missam/ꝙ in mis-
sa. Tertio circa sacramēti reuerētiā: vt si fundatur calix:
vel gutta sanguinis dn̄i stillauerit &c. Quarto circa mini
strū celebrātē/aut sumentē: vt si memoraꝫ se nō ieiunū:
excōicatū: nō rite ordinatū: nō baptizatū: aut si ante finē
misse deficiat &c. Singula breuiter perstringā ſm docto
rū sentētias. ¶ B Quoad primū: si fuerit defect⁹ in
materia necessario requisita: que est panis et vinū aqua
mixtū. De pane nō de facili deprehēdi pōt an sit tritice⁹:
an de spelta vel alio grano: nec ibi necesse est nō ꝓcede-
re: maxime q: nō est certū de pane triticeo/an sit necessa
rius cōsecrationi: ita ꝙ in solo triticeo fiat cōsecratio: de
quo. s̄. lec. xxxv. lati⁹ disputatū est. ¶ De vino vō cōtin-
gere pōt: ꝙ ex ministri negligentia loco vini ali⁹ liquor:
vt aqua pura: aut oleū calici infusum sit: quod ne fiat sa-
cerdos primo ministrū gustare faciat dū calicez ꝑparat:
qui vasa vinaria et aquaria offert. Ipse quoq̄ odorando
experiatur vini odorem in calice/si sanum habet olfactū
quod maxime faciēdum consulo/dū calix preparatus et
infusus offertur per diaconū. Prospiciat etiam in calicē
dum primo positurus est eum in medio altaris: an sit in-
fusus an vacuus: ne procedat calice vacuo: et dum cōse-
crare voluerit: aut sumere vacuū inueniat calicem. Si ta
men per quācunq̄ negligentiā vel ministri vel sacerdo-
tis vinū in calice nō fuerit: sed alius liquor. Si id depre-
henderit ante consecrationē calicis: effuso tali liquore:
de nouo imponat vinum et aquā: et procedat ad calicis
consecrationē/nihil repetens de prius lectis. Si vō post
sumptionē seu in sumendo perceperit vinū non fuisse: fa
ciat vt. s̄. dictum est lectione. x. Idem si calicem vacuum
inuenerit. Primū est de mente sancti Thome parte.iij.q.
lxxxiij. ¶ Circa secūdum: scz dum post sumptionē corpo
ris christi sub speciebus panis aut vini perceperit: alium
tradit modū: sed qui supradictus est sufficiat. Si vō de-
prehēderit aquam nō fuisse admixtā ante cōsecrationem
calicis: statim dum apprehēderit/apponat et ꝓcedat. Si
vō post cōsecrationē sanguinis deprehēderit: nullo mo-
do debet aquā vino iam cōsecrato miscere: q: sequeretur
corruptio sacramēti in aliqua parte: vt. s̄. habitū est lec.
xxxv. sed ꝓcedat sine admixtione aque. Nō em̄ admixtio
aque est de necessitate ꝯsecrationis: sed cōsecrātis: vt ibi
patet. Cōcordat Tho. vbi. s̄. in sol. quarte rōnis. Videā-
tur plura de qualitate vini cōsecrādi lec. xxxv. Laudabi
lis deniq̄ est cōsuetudo quarundā ecclesiarū: q ad misse
officiū ordināt vinū rubeū: vt sic de vini veritate/ et gu-
stus certificetur et visus. ¶ C Si defectus cōtingeret
circa ministrū scz sacerdotē qui necessarius est ꝯsecratio
ni: aut quia nō est sacerdos: puta quia vel nō baptizatus
aut nō rite ordinatus: vel quia deficit ante officij ꝑfectio
nē. Si primū: hoc quidē difficile cōstare poterit: nisi ꝑ re
uelationē aut certam relationē. Si tm̄ sibi cōstiterit legiti
me/dū in officio misse fuerit: cum totū officiū irritū sit et
inane: nullūq̄ ibi cōficiatur sacramētū: cessare debet in
quacūq̄ parte fuerit. Neq̄ si ante sumptionē cōstiterit:
sumere debet vt sacramētū: alioqn idolatriā cōmitteret.
A qua prius ꝙ cōstiterit: et ipm̄ et populū ab idolatria in-
uincibilis ignorātia excusat: vt habeꝫ de presby. nō bap.
aplicam. Et cōditio habitualis q inesse debet: de quo. s̄.
lec.l. ¶ Si autē sacerdos morte vel graui infirmitate de
fecerit ante cōsecrationē panis: nō oportet vt per alium
suppleaꝫ: nisi in ecclesijs cōuentualib⁹: vel quādo suffi-
ciūt facultates ecclesie ad plures sacerdotes nutriēdos:
vt in.c. illud diuini. vij.q.j. Si vō deficeret incepta conse
cratione: puta cōsecrato corpore ante cōsecrationem san
guinis: vel etiā cōsecrato vtroq̄: debet misse celebritas
per aliū expleri. hec Tho. Et h̄ verū si haberi pōt sacer-
dos ieiunus. Nam pransus explere non pōt: vt dicit glo.
vij.q.j. nihil. vbi casus ille ponitur in textu. Sed vbi inci
piet supplens: dicitur in sum. cōfes. ꝙ ibi sequēs incipiat
vbi prior dimisit: ꝙ si nescitur: debet a capite incipere. Et
sic etiā patet ꝙ licet nō sit necessariū deficiēte sacerdote
ante cōsecrationē/missam suppleri: potest tm̄ suppleri. et
ad hoc est.c. allega. vij.q.j. illud diuini. Scdm Alber. vō
lib.ij. de missa prope finē: Si sacerdos ante canonem in
missa deficiat: tunc pro certo alius sacerdos debet reinci
pere: et totū rite peragere: quia ea que ante canonem in
missa fiūt: nō sunt de sacramēti cōfectione: sed potius de
populi instructione. ¶ Si autē in canone deficiat factis
aliquib⁹ signis sup hostias oblatas/ante tm̄ trāssubstan
tiationē: videꝫ mihi ait Alb. ꝙ alius sacerdos nō ab ini-
tio debeat missam incipere: sed potius vbi ille dimisit: de
bet qđ omissum est: supplere. Et hoc ꝓpter duas causas.
Prima ex parte sacramēti: quia q̄uis ex illis signis sub-
stantia panis et vini nō trāssubstantieꝫ: tm̄ ipsa materia
ex verbis et signis recipit sanctitatē: ex qua efficiꝫ magis
idonea ꝙ in corpus christi trāssubstātieꝫ. Et hoc nō est
repetendū super illam hostiā: ne iniuria fiat virtuti ver-
borū: que tanq̄ nihil haberētur: quādo iterū verba eadē
super eandē hostiā iterarētur: tanq̄ priora verba a prio-
re sacerdote dicta/nullā virtutē habuissent. Scda causa
est ex parte populi: q: pplꝰ ex hoc minus vba et signa ca
nonis appreciaretur: si videret ea tam facile repeti: quasi
prius dicta viderētur annullata. Licz etiam signa illa nō
transsubstātiarent: tm̄ passio christi nunq̄ irrita debet re-
putari. ¶ Si autem sacerdos in ipsa prolatione verborū
que sunt forma sacramēti: deficiat/verbis iam in parte ꝓ
nunciatis: saluo inquit iudicio sententie maiorū: ꝙ illa
hostia pro reliquijs in altari cōseruaretur: et missa alia ce
lebraretur. Sed hic Inno. in.c. ꝑsbyter. de sacra. non ite.
dicit: ꝙ i hoc casu alius sacerdos debet incipere ibi: Qui
pridie. Dicit em̄: ꝙ si q̄s inter ꝯficiēdū eucharistie sacrm̄
dū est in vbis illis: h̄ est corp⁹ meū/deficiat: ali⁹ incipiat
a capite. s. ibi/Qui ꝑdie. Et idē dicim⁹ si dubitareꝫ/ vtrū
prim⁹ sacerdos cōpleuerit vba ꝯsecratiōis: vt etiā tūc in-
cipiaꝫ ibi/Qui pridie: q: non intelligiꝫ iteratū: qđ ambi
gitur esse factū: vt d̄r de presby. nō bap. veniēs. ¶ Sequi
tur in Alberto. Si autē deficit qn̄ iam corpus cōsecratuz
est: et nō calix: vel etiā si vsq̄ in finem misse de preparan
do calicem cū vino oblitus fuerit: vel aliqua de causa ne
glexit. Iam ab antiquo consiliū est doctorū: ꝙ hostia cor
poris/si sumpta nō est: in corporali mūdo reponaꝫ: et ca
lix rite prepareꝫ: et ab illo loco/Simili modo postq̄ &c.
canon super calicē peragatur: quia tūc nō iteratur: eo ꝙ
nihil anteriorū dictū est super calicez: et tunc in fine misse
corpus et sanguis accipiantur. ¶ Si autē sacerdos pro
nunciando verba forme calicis/deficiat ante ꝑfectionē:
tunc dicendū videtur sicut de hostia/ꝙ in vase mūdo cū

reliquiis seruetur: ꝛ cum alio vino calix vite preparetur.
Et ab illo loco: Simili modo postq̃. ab alio sacerdote sa
cramentũ sanguinis cũ missa perficiatur. hec Albertus.
¶ Uidetur tamen saluo meliori iudicio/ ꝙ cautius age-
retur/ in casu quo panis ꝛ vinũ cuꝫ reliquiis ponendum
esset: ſm dicta dñi Alberti. ſi tunc a sacerdote supplente/
post sumptionẽ corporis et sanguinis quos ipse cõsecra
uit: ante ablutionẽ sumeretur: sic non cum reliquiis pu-
tresceret. ¶ D Circa intentionẽ necessario requisitã
possunt similiter defectus aliqui cõtingere. Nam qualeꝫ
sacerdos habere debet intentioneꝫ: dictum est. ſ. lec. vi.
¶ Queritur ergo quid si particula aliqua inuenta fue-
rit in altari: quã sacerdos tẽpore cõsecrationis nõ aduer
tit: similiter de guttulis foris / calicis pedi vel lateribus
adherẽtibus. ¶ Respõdetur ſm Albertuꝫ/ ꝙ ea que in
altari remanserãt: aut foris calici adherẽt: que sacerdos
nõ intendit cõsecrare: cõsecrata nõ sunt. quia intentio sa
cerdotis lata supra materiã cõsecrandam/ necessaria est:
vt patuit lec. vi. Unde debet sacerdos intentioneꝫ suam
dirigere ad hostias: que sunt in prospectu super pallam
corporalis: ꝛ ad vinum quod est in calice: ꝛ nõ extra: nec
ad alia. Et sic certus erit ꝙ si casus premissus occurrit ꝙ
reliqua cõsecrata nõ sunt. Unde nonunq̃ hostie in pixi
de/ ꝛ vinũ in vasculis manent in altari per totam missaꝫ:
nõ tamen per hoc cõsecrantur: licꝫ cautius sit ea ab alta
ris mensa remouere. ¶ E Sed quid si quis appone
ret plures particulas pro populo cõicando cõsecrãdas.
Et in ipsa cõsecratione platis verbis formalibꝰ/ tũc nõ
recordet particularũ appositarũ: ꝛ intentionem dirigit
actualiter tm̃ ad eã particulã/ quã manu tenet. nunquid
relique sunt cõsecrate. Respõdeo salua saniore sentẽtia/
sub distinctione: q: aut habet intentionẽ virtualẽ ad cõse
crandũ oẽs: hoc est: aut duꝫ posuit particulas intẽdebat
actualiter eas cõsecrare: ꝛ ex illa intẽtione ꝓcessit in offi
cio: ꝛ in cõsecrãdo particulã quam manu tenebat: nõ ha
buit intentionẽ actualem illã solam: quã manu tenebat:
cũ exclusione omniũ aliarũ cõsecrandi. Dico ꝙ oẽs sunt
cõsecrate: sufficit eñ virtualis intentio/ dũ nõ interuene
rit cõtraria actualis. Sicut eñ volẽs cõsecrare vnã solã
particulã: ꝛ in vbis cõsecrationis distrahitur vt tũc non
actualiter intẽdat: nihilominus ꝓpter virtualẽ intentio
nẽ vere cõsecrat. Si aũt in cõsecratione vnius particule/
oẽs alias actualiter per intẽtionẽ excluderet/ intendens
illã solã cõsecrare: haud dubiũ q̃n alie nõ sunt cõsecrate.
¶ F Sed diceres: quid si certũ numerũ cõsecrare in-
tendit: puta decẽ: ꝛ facta consecratione inuenit vndecim
particulas: que harũ nõ est cõsecrata. Põt dici: licꝫ in nu
mero errauerit/ putãs decẽ que sunt vndecim: nõ tamen
errat in intẽtione que est ad cõsecrãdũ oẽs illas numera
tas/ siue in loco cõsecrãdarum particularũ positas: ideo
oẽs esse cõsecratas. Nullus eñ ita intẽdit cõsecrare nu
meratas/ ꝙ si plures essent vel pauciores vellet eas nõ
cõsecrare. Qꝺ si aliq̃s expsse ꝛ distincte intẽderet precise
decẽ cõsecrare cũ exclusione paucioꝝ vel pluriũ: puto ꝙ
tunc nullã cõsecraret. Ratio: q: ad cõsecrãdũ requiritur
intẽtio sup determinatã materiã: quã distincte cognoscit
ꝛ põt discernere ab aliis: sed cũ sint ibi vndecim partice
le simul posite: nec decẽ discernit ab vndecim: sed habet
cõfusam intentionẽ decẽ cõsecrãdi ex illis vndecim: ꝛ nõ
discernit quas decẽ: nõ habet intẽtionẽ sufficientẽ ad con
secrandũ requisitã. Sicut si ꝓpositis mille particulis/ ex
illis intẽderet cõsecrare decẽ tm̃ confuse: nec discerneret
quas decẽ: nullã cõsecraret. ¶ Idcirco cõsiderẽtur due
cautele. Prima si plures particule sunt cõsecrãde/ pona
tur maior particula cũ minoribꝰ: vt dum cõsecrare volue
rit simul offerãtur oculis hec ꝛ ille. sic nõ obliuiscet mi
noꝝ. qꝺ etiã ꝓpter signa cõuenit ita fieri: vt sic oẽs simul
signent. Scđa cautela: ꝙ p̃sbyter intentioneꝫ suã nunq̃
dirigat ad numerũ determinatũ/ particularũ intẽdendo
tot vel tot cõsecrare: sed ad multitudinẽ particularũ po-
sitarum cuiuslibet sint numeri: ꝛ forte bonuꝫ esset nume
rum ignorare: ꝛ sic liberabitur celebrans a dubiis ꝛ scru
pulis. ¶ G Nunc de defectibus cõtingentibus circa
cerimonialia: hoc est circa exteriora ab ecclesia ordinata
loca/ tẽpora/ vestes/ vasa/ orationes/ gestꝰ/ ministros ꝛc.
que nõ sunt de necessitate cõsecrationis: quia eis nõ ser-
uatis nihilominus vere consecrat sacerdos: si habuerit
materiã debitam/ ꝛ intentionẽ conficiendi: licꝫ grauiter
peccet pretermittẽs aliquod hoꝝ: ꝛ quãdoq̃ incidat ex-
cõicationẽ: quãdoq̃ irregularitatẽ ꝓpter constitutionem
ecclesie: de quibꝰ ordinate supra dictũ est lec. vii. ꝛ sequẽ-
tibus: ideo superfluũ foret hic repetere. Tñ in oĩbus ta-
libꝰ/ si aliquid neglectũ fuerit: ꝓcedendũ est: q: ꝑ hmõi
negligentiã sacrificii perfectio nõ impedit: penitentiã tñ
agere debet ex cuius negligẽtia defectus noscitur conti-
gisse. Nõ tñ omnis omissio dũmodo temeraria nõ fuerit:
ꝛ sine cõtemptu inducit culpã: Sicut etiã si ante fractio-
nẽ sacramẽti aut in fractione: sacramẽtũ aut pars eiꝰ olla
beret in calicẽ ꝓpter frigus manuũ sacerdotis/ vel aliã
causam: quo minus postea posset seruare ritum ecclesie:
nõ est ꝓpter hoc necessariũ aliquid iterare. Hec eñ respi
ciũt corpus christi mysticũ: ideo in sacrificio veri corpis
christi nihil variat. ¶ H Consequẽter de negligentiis
redundantibꝰ ad irreuerentiã sacramẽti: vt si aranea vel
musca ceciderit in calicẽ: aut venenũ dep̃hẽdat̃ immis-
sum: aut si sanguis effusus fuerit in terrã: vel sup altare
in toto vel in parte: aut hostia in terrã ceciderit: aut eam
perdiderit: aut mus comederit: aut in reseruatorio quo
custoditur ꝓpter infirmos cõputruit. ¶ De primo dicit
sanctꝰ Tho. vbi. ſ. in solutione tertii argumẽti. Si musca
vel aranea in calicẽ ante cõsecrationẽ ceciderit: aut etiaꝫ
venenũ dep̃hẽsum fuerit imissum/ debet effundi: ꝛ ab-
luto calice denuo aliud vinũ poni cõsecrãdũ. Si vo ali-
quod hoꝝ post cõsecrationẽ acciderit: debet animal cau-
te capi: ꝛ diligẽter lauari ꝛ cõburi: ꝛ ablutio cũ cineribꝰ
in sacrariũ mitti. Qꝺ si venenũ ibi dep̃hẽderit imissuꝫ/
nullo modo debet sumere: nec aliis dare: ne calix vite ver
tatur in mortẽ: sed debet diligenter in aliquo vasculo ad
hoc apto cũ reliquiis ꝯseruari. Et ne sacramẽtũ maneat
imperfectũ: debet aliud vinũ apponere ĩ calicẽ: ꝛ denuo
resumere a cõsecratione sanguinis ꝛ sacrificiũ perficere.
hec Tho. Nihil eñ abominabile sumi debet occasiõe hu
ius sacri: vt notat glo. Ber. in. c. si ꝑ negligentiã. de cõse.
dis. ii. ¶ I Si vo sanguis fusus fuerit: aut de calice stil
lauerit: sic disposuit decretũ Pii pape i cano. statim alle
gato vbi dr: Si ꝑ negligẽtiã aliquid de sanguine stillaue-
rit in tabula q̃ terre adheret. Glo. de sanguine. i. de sacra
mẽto. Sanguis eñ est in corpe christi/ ꝛ in venis eius: a
quo separari nõ põt: nec fluẽdo stillare: vt. ſ. dictum est
lec. liii. Sed si stille sacramẽti fluxerit: in q̃libet stilla seu
gutta est totus christꝰ: ꝛ totus sanguis in corpore cũ ani
ma vnita deitati. Sequit̃. Lingua lambet̃: ꝛ radet̃ tabu
la. Si vo nõ fuerit tabula vt nõ cõculcet̃: locus tñ radat̃
ꝛ igne cõsumat̃: ꝛ cinis intra altare cõdatur: ꝛ sacerdos
quadraginta diebus peniteat. Glo. Hec penitẽtia erit vt
tot diebus ieiunet ꝛ tot diebꝰ abstineat/ a sacroꝝ cõione.
Sequitur: Si super altare stillauerit calix: sorbeat minis-
ter stillam: et tribus diebus peniteat. Si super linteum
altaris: ꝛ ad aliud linteum peruenerit: quatuor diebus
peniteat. Si vsq̃ ad tertiũ: nouẽ diebꝰ peniteat: si vsq̃ ad
quartũ: viginti diebus peniteat. Et linteamina que teti-
git stilla: tribus vicibus minister abluat calice supposi-
to/ ꝛ aqua ablutionis sumatur: ꝛ iuxta altare recõdatur
Hec pius papa. ¶ Addit Thomas: Quidã autẽ vlteriꝰ
partem illam linteaminũ incidunt: et cõburunt: ꝛ cine-
res in altari vel in sacrario reponũt. Si aũt hostia in ter
ram ceciderit: puto ꝛ terrã radendam fore: ꝛ vt. ſ. rasura
incineret̃ ꝛ in sacrario ponat̃. Secus si sup pallã altaris
aut pannũ mũdũ ceciderit: si tñ inuẽta fuerit. Si vo inuẽ
ta nõ fuerit: aut mus comederit dicit ca. Qui non bene

de cõsecra. dist. ij. Qui nõ bene custodierit sacrificium: et mus vel aliud aliqḋ animal comederit: quadraginta diebus peniteat. Qui autẽ ꝑdiderit illud in eccl'ia: aut pars eius ceciderit ꝛ nõ inuẽta fuerit: triginta dies peniteat. Addit Tho. Eadẽ penitẽtia videt̃ dignus sacerdos ꝑ cuius negligentiã hostie cõsecrate putrescũt. ℭ L De vomitu vo eucharistie habetur eadẽ dist. Si qs. ij. ex penitẽtiali bede. Si qs per ebrietatẽ vel voracitatẽ eucharistiã euomuerit. xl. diebus peniteat si laicus est. Clerici vo vel monachi/presbyteri vel diaconi. lxx. diebus peniteant. epi. xc. Si vo causa infirmitatis euomuerint: septẽ diebus peniteant. Et debet vomitus cremari: ꝛ cineres iuxta altare recondi: vt. s. dicit Pisanus in sum. Verũ de his penitẽtijs dicit sanct' Tho. pẽsatis tñ cõditionib' negocij ꝛ persone/potest minui: vel addi ad penitentiã predictam. Sed dũ infirmitas est in causa dicit glo. in. c. Si quis. alleg. ꝙ hoc ad cautelam positũ est: vel q2 non debuit sumere cũ esset infirmus: ꝛ ita fuit in culpa: vel quia nõ debuit statim sumere cibũ vulgarẽ: alr̃ infirmitas excusat. Et addit beatus Tho. Hoc tñ obseruandum est ꝙ vbicũq3 spẽs integre inueniunt̃: sunt reuerẽter obseruãde/vel etiã sumẽde: q2 manẽtib' specieb'/manet ibi corpus christi: vt. s. lec. lxxxiiij. ℭ L Demũ si negligẽtia acciderit ex parte ministri: de his partim. s. dictuʒ est: vt in his q̃ sunt de necessitate sacramẽti: vel respiciũt reuerentiã sacramẽti. Quib' duo casus addẽdi sunt. Unus si sacerdos celebrãs recordat̃ se aliqḋ comedisse ꝛ nõ esse ieiunũ: aut excõicatũ: vel irregularẽ: aut mortale cõmisisse: qḋ nondũ cõfessus est. Dicit beat' Tho. si hec post cõsecrationẽ recordat̃: debet ꝓcedere ac perficere sacrificiũ ꝛ sumere sacramẽtũ. Debet tñ penitere cũ ꝓposito cõfitẽdi ꝛ satisfaciẽdi: ꝛ sic nõ indigne: sʒ fructuose sumit sacramẽtũ. Eadẽ ratio est si meminerit se excõicationi cuiuscũq3 subiacere. Debet eñ assumere propositũ humiliter absolutionẽ petẽdi: ꝛ sic ꝑ inuisibilẽ põtificẽ christuʒ absolutionẽ cõsequit̃. Si vo ante cõsecrationẽ alicuius predictoꝝ sit memor: tuti' reputaret̃ maxime in casu mãducationis ꝛ excõicationis/ꝙ missam inceptã desereret: nisi graue scandalum timeretur. Hec Tho. ℭ Alter casus: Quid si sacerdos non recolit se oĩa dixisse q̃ in missa: vel ex ordine institutionis christi: vel eccl'ie dicenda sunt. Rñdet sanct' Tho. vbi. s. ꝙ nõ debet ex hoc sacerdos mẽte perturbari. Nõ eñ qui multa dicit: recolit oĩm que dixerat: nisi forte in dicẽdo apprehenderit sub rõne iam dicti idest apprehẽderit se dicere: sic eñ aliqḋ efficit̃ memorabile. Un̄ si quis attente cogitat illud qḋ dicit: nõ tñ cogitat se dicere illud: non multũ recolit postea se dixisse. Si tñ sacerdoti ꝓbabiliter cõstat se aliqua omisisse: si quidẽ nõ sunt de necessitate sacramẽti: nõ estimo inq̃t/ꝙ ꝓpter hoc debeat resumere immutãdo ordinẽ sacrificij: sed vlterius ꝓcedere. Si vo certificetur se omisisse aliquid eorũ que sunt de necessitate sacramẽti: scʒ formas cõsecrationis: idem faciendũ est: qḋ dictum est de defectu materie: vt scʒ resumatur a forma cõsecrationis: ꝛ cetera ꝑ ordinẽ reiterent̃: ne mutet̃ ordo sacrificij. hec S. Tho. Uel põt seruari ordo qui. s. lec. x. tactus est ẜm opinionẽ Scoti. Hoc autẽ fieri potest cũ minori scandalo. Et tantũ de illis defectib' ꝛ negligẽtijs: ex quib' prudens lector informari potest quid agendum in alijs hic nõ positis/nõ penitus dissimilibus. Et hec de dubijs textualibus supra motis.

ℭ Lectio. lxxxix. A

Post sacramẽti sumptionẽ ꝛ ablutionẽ predictas/sequit̃ cantus: qui cũ quodã iubilo/ꝛ leticia canitur: qui cõmunio d̃r. Olim (vt dñs Alb. dicit) antiphona dicebat̃. i. circularis sonus: q2 sicut introitus: ita ꝛ cõmunio supra ps̃. iterabat̃ in signũ leticie ꝛ gaudij sp̃ualis suscepti dei intra viscera: ꝛ ideo cũ leticia cantabant illum cantũ vnus ad aliũ/quasi nũcians q̃liter de' susceptus sit ab eo. iuxta illud ꝓphеticũ: In voce exultationis ꝛ cõfessionis/sonus epulãtis. qḋ etiã signatuʒ est Luce. xv. vbi cũ pater occideret vituluʒ saginatum: fecit choꝝ ꝛ symphoniã/in signũ leticie: q2 dulcedine diuine pinguedinis infusa sunt cõicantiũ intima. Hinc iteruʒ in ps̃. d2: Sicut adipe ꝛ pinguedine repleat̃ aĩa mea. in refectione scʒ sacramẽtali: ꝛ labijs exultationis laudabit os meũ: in cantu scʒ leticie post cõmunionẽ. Cui cõsonat et illud: In omni ore quasi mel indulcabit̃ memoria eius: ꝛ vt musica in cõuiuio vini. Ipse direct' est diuinit' in penitẽtia gẽtis: ꝛ tulit abominationes impietatis. Qḋ etsi ad litterã dictũ est de iosia rege iuda: verius tñ est de iesu christo rege regũ: qui ꝓ nobis agere penitẽtiã missus est a summo patre: qui ꝛ tulit abominatiões ĩpietatis totius humani generis: cui' memoria ĩ hoc sacrificio digne sumẽtib' melle dulcior est atq3 fauo. Modo aũt cantus iste non iterat̃: excepto officio ꝓ defunctis: in q̃ mos ille adhuc obseruat̃: ne ex ꝓlixitate populo tediũ generetur. Et ideo nũc cõmunio: ꝛ nõ antiphona noĩat̃. Dicit̃ enim antiphona/q̃si cõtra psalmũ sonans: vel q2 pars vna ab vno choro: pars altera ab alio choro canit̃. Ab anti qḋ est cõtra/ꝛ phonos sonus: q̃si vox reciproca ꝑ choros alternatim sonãs: ẜm papiã. Significat etiã cãtus ille ẜm Inno. ꝛ Alex. gaudiũ aploꝝ: qḋ habuerunt de christi resurrectiõe: iuxta illud Ioh. xx. Gauisi sunt discipuli viso dño. Qḋ aũt reciprocatio cãtabat̃/insinuat ꝙ resurrectionis gaudiũ discipuli sibi mutuo nũciabãt. Un̄ duo discipuli veniẽtes de emaus/cũ inuenissent vndecim cõgregatos/ꝛ eos q̃ cũ ipsis erãt dicẽtes: Surrexit dñs vere: ꝛ apparuit simoni petro: ꝛ ipsi narrauerũt q̃ gesta erãt in via: ꝛ quõ cognouerũt eũ in fractione panis. ℭ Sed Albert' hãc rationẽ mysticã reprobat dicẽs: Hoc ego nõ puto esse verũ: q2 nec nomẽ h̃ ostẽdit quo cãtus ille cõio vocat̃: q2 in gaudio ꝛ sensu infuse dulcedinis in cõicãdo cantat̃. Et q2 nulla in plerisq3 missis in cãtu isto de resurrectione mentio habet̃. Verũ tñ ꝙ antiqui quidã monachi hoc tradiderũt. Huius aliã nõ puto esse causam: nisi q2 meli' aliqḋ tradere nescierũt. Hec Alb. ℭ B Sed admirari vix sufficio/cur tantarũ vir litterarũ hmõi mysticationes ꝑ totã canonis expositionẽ velut spernendo derideat: cũ tñ a viris peritissimis ꝛ oim sciarum genere doctissimis (Innocẽtiũ loquor prius lothariũ: ꝛ Alexã. de ales) expositiões hmõi fideliter tractentur: ex quoꝝ fontib'/ꝛ ipse Alber. ꝛ posteri pene quicq̃d scripserũt hauserãt. Qḋ si illi a monachis antiq̃s receperũt: tanto magis amplectẽdũ puto. Hi eñ antiq̃ monachi anachorite ꝛ cenobite egyptij: etsi vita vt colũbe simplices fuerũt: tñ sp̃ussancti illuminatiõe prudẽtissimi extiterũt: contra q̃s nec vniuerse antiqui serpẽtis doli ꝛ vsurie cõualescere potuerũt. Quoꝝ vitã ꝛ doctrinã mirat̃ magnus ille Hiero. mirat̃ atq3 Cassianus scholasticus: q̃ ipsoꝝ dogmata ꝛ collationes stilo egregio/ꝛ sensu ꝓfundissimo descripsit: ad quoꝝ capiẽdũ intelligẽtiã vix humanũ sufficit ingeniũ. ℭ Nec arguit ꝙ in ipso cõionis cantu/non semꝑ sit mẽtio de resurrectione dñica: q2 sicut christ' dñs vbis docuit ꝛ factis: ꝛ nõnunq3 aliud vbis: aliud factis: ita in misse officio aliud vbis/ꝛ aliud gestib' corpis ꝛ factis designat̃. Un̄ vt visum est: q2 officiũ misse in memoriã christi celebrat̃: presertim passionis/resurrectionis et ascẽsionis. Nã ꝛ in canone orat sacerdos: Hãc igit̃ oblationẽ/quã tibi offerim' in memoriã passiõis/resurrectionis ꝛ ascẽsionis dñi nostri iesu christi ꝛc. Ipsa dñi passio resurrectio/ascẽsio ꝛ cetera ad humani generis salutem acta: nõ modo vbis: sed gestu ꝛ signis representant̃. Qḋ irridere/est catholicã simplicitatẽ: immo ꝓfundissimam mysterioꝝ abditã intelligentiã despicere. Uariantur autẽ hic cõmunionis cantus ẜm diuersitatẽ tempoꝝ ꝛ festoꝝ/correspõdenter ad totius misse officiũ ordinatum.

Ps̃. xli. — Ps̃. lxij. — Eccl'i. xlix. — Lu. vlti.

Dominus vobiscũ. Et cũ

spiritu tuo. Oremus. ¶ C. Post hāc sequitur secūda pars huius tertie ⁊ vltime partis misse: In qua fit humi lis supplicatio in ꝓlatione orationū siue collectarū: que postcōiones dicunt: ⁊ patet ratio nominis vel cōplende eo ꝙ per eas cōpletur ⁊ finit misse officiū. Cantata nāq; cōione/ex qua sacerdos spūale gaudiū populi spūaliter secū sacrosanctā eucharistiā cōicantis cocipit: ipse letus ⁊ hilaris ad populū se cōuertit: ipsum salutās ⁊ dicens: Dñs vobiscū. ⁊ supplēdū est: fm Alber. ⁊ maneat in eter nū visceribꝰ scꝫ vestris infusus: sicut dr Joh. xvij. Tu in me pater: ⁊ ego in eis: vt sint in vnum cōsummati. Sic et christꝰ fidelibꝰ spiritūsanctū a patre dādū ꝓmisit in eter nū: vñ ait: Et aliū paraclitū dabit vobis: vt maneat vo biscū in eternū. Et respōdet populus: vel vicē populi te nēs: Et cū spiritu tuo. optans vt ⁊ in spiritu sacerdotis maneat christꝰ: quē pro oībus accepit: sciens ꝙ parū va let sacramētū corꝑaliter accipere: nisi remaneat in pene tralibꝰ cordis ⁊ intima spūs deuotiōe. Spūalis em cibꝰ in spiritu: ⁊ nō in corpore est cōseruādus. Spūs nāq; est deus: ⁊ eos qui adorāt eum: in spiritu ⁊ veritate oportet adorare. Joh. iiij. ¶ Deinde sacerdos redit ad dextrum cornu altaris: ⁊ eleuatis manibꝰ/ad orationē ppl'm ꝓuo cans: ⁊ dicēs: Oremus: vltimā misse orationē exequitur multiplicās eā fm numerū collectarū in ꝑncipio misse: ⁊ secretarū ante canonis prefationē premissarū: fm Inno. Fiūt aūt he oratiōes post cōionē in fine misse/ad si gnificandū fm eundē/ꝙ ita nobis necessaria est subse quēs oratio sicut ꝑcedēs: q: sine intermissione orandum est. Oportet semꝑ orare ⁊ nō deficere. Luce. xviij. Petit aūt in his orationibꝰ eleuatis manibꝰ cōionis ꝑfectionē: vt eā ab alto dñs misericorditer largiat. Que duplex est Vna grē in via: alia glīe in patria. Operat em refectiōis gratiā in via in ꝑsenti/ad cōsequēdā gloriā in beatitudi ne celesti: vt sicut nūc sub specie panis ⁊ vini abscondite accipit: ita in patria in beatitudine ⁊ clara diuinitatis vi sione perficiat: vt sic verū fiat qđ dicit ps. Gratiā ⁊ glo riā dabit dñs. Hoc aūt facile attēdit in oībus postcōioni bus: que per totū annū legunt: si diligēter inspiciuntur. Nō etiā frequēter exprimit in ipsa verboꝝ significatiōe: sicut hic. Perficiāt in nobis dñe tua sacramēta qđ ꝯtinēt vt qđ nūc in spe gerimꝰ: rerū vitate capiamꝰ. ¶ D Di cturus aūt hanc orationē/redit ad dextrū cornu altaris: ad significādū (fm Inno. ⁊ magistrū in rōnali) ꝙ in fi ne mūdi christi ꝑdicatio reditura est ad iudeos: q̄ ꝑ dex trū cornu significant. Tūc em iuxta. c. x. Esa. ꝓpheciā ad dñm ꝯuertent: ⁊ reliquie israel salue fiēt: vt allegat aplꝰ ad Rom. ix. Finita aūt orōne/redit ad mediū altaris: vt ipsā cōcludat ꝑ illud additū: Per dñm nostrū iesū chri stū ⁊c. iā frequenter expositū. Quia sicut dextrū altaris representat ppl'm iudaicū: ⁊ sinistrū ppl'm gētilē: ita me diū altaris repñsentat christū: ⁊ christi fidē in qua vterq; populus cōnectit ⁊ vnit. ¶ Jte christꝰ ipse est q̄ vtrūq; populū inducit ⁊ illuminat ad petēdū: ideo recte in alta ris medio oratio ipsa ꝑ christū mediatorē cōcludit ⁊ fini tur. Post cuiꝰ finē/iterū sacerdos se cōuertit ad populū/ ipsum salutādo/dicēs: Dñs vobiscū/fm Alber. optās vt recedētes a tēplo nō recedāt a dño: sed vt satagāt quate nus dñs semꝑ cū eis in oībus agendis maneat: ⁊ nunq̄ ab eis recedat: qđ ⁊ facit si nos cū eo mētis deuotiōe ma neamus. Rñdet autē ꝓ populo chorus vel minister: Et cū spū tuo: optās vt ⁊ ipse sacerdos post missam nō car nalibꝰ: sed spūalibꝰ operibꝰ intēdat. Et vt dñs q̄ spūalia opera per apl'm suū suggerit dicētē: Spiritu ambulate: ⁊ desideria carnis nō ꝑficietis ⁊c. Et sic mutua salutatio ne cōionē indicātes/missa claudit ⁊ finit. ¶ E Scđm magistrū in rationali/he vltime salutatiōes representāt ꝙ christꝰ post resurrectionē bis discipulos suos legit sa lutasse/dicens eis: Pax vobis. Vñ prima salutatio ante postcōionē/significat illā benedictionē: quā christꝰ ascē surus in celū legit dedisse discipulis suis: nā vt Lucas vl

Jo. xiiij.

Psal. lxxxiij.

Gal. v.

ti. cōmemorat: Eduxit eos foras in bethaniā: ⁊ eleuatis manibus/bñdixit eis. Vltima salutatio vitā eternā signi ficat: quā christus ascēdens ingressus est: quia cū ab eis recessit: vt cōsequenter scribit lucas: ferebatur in celum. ¶ Et nota ꝙ septies sacerdos salutat populū: quatenꝰ exclusis septē vitijs capitalibꝰ/suscipiat gratiā septifor mē sanctispiritus: ⁊ quinq; vicibꝰ se vertit ad populū. an te primā collectam: ante euangeliū salutē lateraliter: ante offertoriū: ante postcōionem/⁊ post eandē: qđ fm Alex. representat quinq; apparitiōes: quibꝰ in die resurrectio nis se manifestauit mulieribus ⁊ discipulis. primo marie magdalene: scđo ceteris mulieribꝰ/dū de sepulcro redi rent in hierusalē: tertio petro: q̄rto duobꝰ discipulis eūti bus in emaus: q̄nto vndecim discipulis simul ꝯgregat.

Ite missa est.

¶ F Hec est tertia par ticula partis tertie/tertie partis principalis misse: q̄ est vltima: in qua concluditur missa. Cōcluditur aūt missa tripliciter: qñq; per Ite mis sa est: qñq; per Bñdicamus dño: qñq; per Requiescant in pace. Primo modo cōcludit in festis ⁊ solēnitatibꝰ: in quibꝰ in matutinis dr Te deū laudamus. ⁊ in missa Glo ria in excelsis. ⁊ cetera leticie cantica. In his cōcluditur per Ite missa est. quasi dicat diaconꝰ ad populū versus: vel sacerdos dū sine diacono celebrat. Ite/hoc est redi te ad ꝓpria: q: missa. i. oblata est hostia deo salutaris pro vestra ⁊ totius humani generis salute cōsequēda: Licet autē. s. lec. xv. distincta est quadruplex misse acceptio: tn̄ in ꝓposito due sufficiūt. Vna qua missa accipit pro ipsa hostia sacra: de quo venerabilis Hugo lib. ij. de sacramē tis parte. viij. c. xiiij. ait: Ipsa hostia sacra missa vocari po test: q: trāsmissa est/primū scꝫ a patre nobis: vt nobiscū esset: postea a nobis patri: vt apud patrē ꝓ nobis inter cederet. Primū a patre nobis per incarnationē: postea patri a nobis ꝑ passionē. Modo in sacro per passionis eiusdē cōmemorationē: primū a patre nobis ꝑ sanctifica tionē: qua nobiscū esse incipit: postea patri a nobis ꝑ ob lationē: qua ꝓ nobis intercedit. Alio modo accipit missa pro officio misse vel toto vel parte. ⁊ etiā sic dr missa q̄si trāsmissa: vel trāsmissio fm eundē Hugonē. Quia popu lus fidelis ꝑ ministeriū sacerdotis: q̄ fungit vice media toris inter deū ⁊ hoīes: ꝑces/supplicatiōes/vota ⁊ obla tiones trāsmittit altissimo. ¶ Scđm primā igit acceptio nē clamat diaconus Ite/missa est hostia christus media tor. Ite post ipsum/hoc est sequimini ipsū: fm illud apli ad Eph. v. Estote imitatores dei sicut filij charissimi: ⁊ am bulate in dilectiōe sicut ⁊ christꝰ dilexit nos: ⁊ tradidit se metipsū ꝓ nobis oblationē et hostiā deo in odorē sua uitatis. Nō em est in hoc mūdo standū: sed ad patriam ꝑ bona opera/festinandū. Currite ait idem aplꝰ: vt cōpre hendatis. j. Cor. ix. Ite ergo de virtute in virtutē: vt tan dem videat deus deoꝝ in sion: in specula altissima perē nis glorie. Missa em est hostia/per quā fracta sunt tar tara: celi ianua reserata: ⁊ via ad celū est patefacta. Mis sa ad dexterā patris/speciebꝰ sacramentalibꝰ iam cōsum ptis: vt ibi nos patri in se offerat: ibi nos incorporatos si bi societ: ⁊ locū nobis paret. Joh. xiiij. Vado parare vo bis locū. ¶ Scđm alterā misse acceptionē: Ite ad ꝓpria pro vestra ⁊ fratrū corporali necessitate ꝓcurāda. Redi te: q: misse officiū ⁊ preces ꝓ vobis fundēde sunt finite. Ite/q: missa est vestra oratio ac deuotio eternis illata se dibꝰ: angeloꝝ ministerio sanctoꝝ: qui ob christi reueren tiā misse sacrificio astiterūt: ob quā vestrā deuotionē/et orōnē celestis pater gressus vestros salubriter dirigit in viā moꝝ tutissimā ⁊ virtutū. ¶ G Duo aūt sunt q̄ fm beatū Aug. nos duobꝰ motibus ire cōpellunt. xix. de ciui tate dei. c. xix. videlꝫ charitas vitatis: ⁊ necessitas chari tatis. Charitas vitatis abiecta solicitudine rei familiaris facit nos recedere a ꝓprijs: ⁊ ad tēplū dei festinare: fm illud Esa. ij. Ibunt populi multi ⁊ dicent: Venite: ascen damus ad mōtē dñi: ⁊ ad domū dei iacob: ⁊ docebit nos

vias suas: et ambulabimus in semitis eius etc. Sequitur. Domus iacob/venite et ambulem⁹ in lumine dei nostri. Necessitas charitatis nos redire ad ꝓpria: et ad curā rei familiaris cōpellit. In hac em̄ necessitate ordo charitatis: quo nos primo: et post proximū ſm gradum sue con iunctionis/per effectū operis/et exhibitionē necessariorū/diligere oportet. Et ideo vt illa paremus: que tali exhibeant⁹ necessitati: solicitari oportet et laborare. Istud ire ad deum/et redire/figuratū est et signatum Gen. xxij. vbi seruis suis dixit abraam patriarcha: Expectate hic cū asino: ego et puer illuc vsq; properantes/postq̄ adorauerimus: reuertemur ad vos. Serui domus et cure familiaris huiusq; necessitatis ministri/sunt solicitudines cogitationes et labores: quales acquirant̄ misere huius vite amminicula. Asinus autē asininū sensum signat huius animalis corporis. Hec autē familia relinquēda est: qn̄ itur ad tēplum: ad missaꝫ: ad deū. Post adorationem autē et sacrificiū: quod cū puero .i. puro spū faciendū est: permittit̄ ad familiā reuersio: quia ad ꝓpria redire oportet ꝓpter vite huius multiplicem necessitatē. Hinc ergo diaconus dicit: Ite missa est. quasi di. nunc licentiam habetis abeundi missa finita: cui interesse tenebamini a principio vsq; ad finē/iuxta canonicas sanctiones: quib⁹ precipitur ne quis ante sacerdotalē benedictionē: que continuo sequit̄: egredi presumat: put .s. lec. xxix. habituꝫ est. ¶ H Dicit̄ autē Ite missa est/in dieb⁹ festis et officijs solēnib⁹: q: his dieb⁹ ppl̄s in magno numero cōfluit: q: interesse officio principali tenet̄: qui diu a ꝓprijs abesse nō possunt: vt .s. tactū est. Nec ꝓpter secularia negocia: quib⁹ alligati sunt: cōtēplationi insistere multo tempore valēt: ideo tūc redire eis ad ꝓpria cōcedit̄: immo redire iubent̄ ꝓpter charitatis necessitatē. Etiā his dieb⁹ licentia redeūdi ad ꝓpria cōceditur: vt dona dei ad corporis refectionē/cū gratiarū actione percipiāt: ac de eisdē indigentibus impertiant̄. vn̄ Neemie. viij. Ite comedite pinguia: et bibite mulsum .i. vinū melle dulcoratū. vn̄ et grece hydromel vocat̄ ſm glo. Et mittite ptes his q̄ nō preparauerūt sibi: q: sanct⁹ dies dn̄i est. vbi glo. Cū in festis dieb⁹ post orationē/lectionē et psalmoꝝ studia completa carnē reficimus: pauperū et peregrinoꝝ meminisse debemus. Preterea dicit Alex. habita refectione spūali: q̄ insinuatur cū dr̄/missa est: vt diuina bonitas euidentius appareat: indicit̄ populo: vt ad ꝓpria redeat ad refectionē corporalē: vt sic ſm hoiem vtrūq; reficiat̄: et deo ampliores gratiarū referat actiōes. Hoc aūt magis cōuenit diebus festis: in quib⁹ diligēti⁹ diuinis est laudib⁹ insistēdū. In alijs quib⁹ dicti cantus leticie non dicunt̄: vt in dieb⁹ ieiunioꝝ et ferialib⁹ nō festiuis claudit̄ missa p Benedicam⁹ dn̄o: p q̄ verba inuitat̄ popul⁹ ad gratias agenduꝫ pro perfecto misse mysterio. Ac si dicat̄ illud Deut. xxxij. Date magnificētiā: id est magnificas gratias/deo: q: dei pfecta sunt opera: qr cōsecratione et communione corporis et sanguinis dn̄i/officiū totū misse ē cōpletū. ¶ I Et q: in his dieb⁹ popul⁹ vt frequēter misse non interest: sicut nec tenet̄: sed religiosi cōueniūt: quib⁹ nō statim cōgruit ad secularia negocia se cōuertere: sed i dei laudib⁹ semp pmanere: ſm Inno. idcirco neq; eis licētia redeūdi per Ite missa est. intimat̄. Sed p benedicam⁹ dn̄o: quod est cōis horaꝝ cōclusio: etiā missa terminat̄. Cū aūt ite missa est/dicit celebrās aut diacon⁹/vertit se ad populū cui loquit̄. Dū vo benedicam⁹ dn̄o dicit: non se ad populū: sed ad orientē vertit: q: tūc nō loquit̄ distincte ad populum: sed secū populo hortat̄ ad gratias referendū vero orientī/a quo oēs illuminant̄. Rn̄det autē chorus ꝓ populo ad vtrāq; ꝯclusionē/Deo grās/scꝫ referamus oēs de misse pfectione: et sacrosancti corpis et sanguinis dn̄i/ ei cōione. Ne dicat̄ nobis vel alicui nostrū: Nō est inuēt⁹ qui rediret et daret gloriam deo. Vel facit illud adinstar aploꝝ: q̄ post ascēsionē dn̄i/ad ꝓpria reuertētes/deo gratiarū actiōes psoluerūt. vn̄ dr̄: Hi oēs erāt perseuerātes

Lu. xvij

Actuū .j.

vnanimiter in oratione. De gratiarū actione dictum est lec. xvij. et. xviij. ¶ In missis p defunctis pro cōclusione dr̄: Requiescāt i pace: vt finis hui⁹ misse rn̄deat pncipio: in quo eis eterna reqēs postulat̄. Et q: totū illud officiū singulariter ordinat̄ ꝓ requie defunctis īpetranda: ideo eis pax et requies petit̄ in misse pncipio/in medio/et in fine. Et hic rn̄det ꝓ pplo chorus vel minister Amē .i. fiat: per h̄ ꝓfitēs se fide rectā tenere de hui⁹ misse et oronū in ipsa fusarū efficacia. Et i h̄ terminat̄ missa. ¶ L Missa vo finita/ppl̄s bn̄dicit̄: sicut in fine officioꝝ fieri debere ex cōcilio agathēsi pcipit̄: vt de cōse. dis. v. cōuenit. Itē ex cōcilio aurelianēsi: vt habet̄ de cōse. dist. j. cū ad celebrādas. dr̄: Cū ad celebrādas missas in dei noīe cōuenit̄: ppl̄s nō ante discedat: q̄ misse solēnitas cōpleat̄. Et vbi eps̄ nō fuerit: benedictionē a sacerdote accipiat. Verum vbi adest eps̄: sacerdos nō sine mādato aut permissione epi̅ benedicit: vt in .c. deniq;. xxj. dist. vbi dr̄: Nullus sacerdos maiore suo nō innuēte/cuiuslibet rei benedictionē dare nitatur: vel saltē maiore suo: idest epo̅ nō permittēte. Nā eoipso q̄ permittit eis missam celebrare: per cōsequēs oia permittit sine quib⁹ missa esse nō potest: scꝫ esse perfecta. Bn̄dictio aūt ad misse perfectionē ptinet: vt in .c. missas. de cōse. dis. j. Dicit glo. in .c. ecce ego. xcv. dis. Solennē tn̄ benedictionē etiā absente epo̅ dare nō pōt: illa em̄ soli epo̅ reseruat̄. xxvi. q. vj. ministrare. Sed q̄ est solēnis bn̄dictio. Glo. ibidē dicit bn̄dictionē solēnē q̄ fit p talia verba: Sit nomen dn̄i bn̄dictū. Sed glo. in .c. cū ad celebrandū. de cōse. dist. j. dicit: Dicit̄ solēnis bn̄dictio: q̄ ante misse cōsummationē a solis pōtificib⁹ celebrat̄. inhibet̄ scꝫ sacerdotib⁹. Hāc esse puto/quā eps̄ premissa exhortatiōe diaconi. Humiliate vos ad benedictionē: post sacramēti fractionē ex pontificali legit cui subiungit. Et pax eius sit semper vobiscū. Sequitur agnus dei. Tn̄ nō videtur q̄ illa verba: Sit nomen dn̄i benedictū/reddāt benedictionē solennē: cū cōmunis vsus habet: q̄ etiā sacerdotes hec bn̄dicendo pferāt. ¶ L Sacerdos igitur missa cōsummata/bn̄dicit populū: vt q̄ missarū solēnijs interfuit: licētiatusq; est redire ad ꝓpria/sine spūali munere nō abscedat: ac recedēs ab infestationib⁹ malis preseruet̄: dicēs ſm morē quarundaꝫ ecclesiarū: Celesti bn̄dictione benedicat et custodiat vos diuina maiestas et vna deitas: pater et filius et spūssanctus. Habet autē hec benedictio originē ex veteri testamēto. Legitur em̄ q̄ iacob moritur⁹ primū filios suos bn̄dixit: singulos scꝫ bn̄dictionib⁹ ꝓprijs. Silr̄ de moyse et aaron legit̄: q̄ expletis hostijs et holocaustis/intrauerūt tabernaculū testimonij: deinceps et bn̄dixerunt populū. Sic et salomon expletis sacrificijs bn̄dixit populo. Maius aūt exēpluꝫ habemus in christo saluatore nostro: qui simul rex fuit et sacerdos: hic ascēsurus in celū primū discipulis bn̄dixit. Luce vlti. Eleuatis manib⁹ benedixit eis: Et factum est dū benediceret illis: recessit ab eis et ferebat̄ in celū. Vn̄ et mos inoleuit apud viros religiosos: q̄ cū abinuicē separantur: benedictionē sibi mutuo impertiantur: vel saltem minor a maiore: frater a patre benedictionem postulat. Sic et sacerdos tanq̄ maior/pplo redeūti ad ꝓpria bn̄dicit. Naꝫ et apostolus ait: Sine vlla autē cōtradictione/quod minus est/a maiore benedicitur. ¶ M Hec etiā benedictio ſm Inno. missionē spūssancti significat: quē misit dn̄s apl̄is in die pētecostes. Fit em̄ hec benedictio per verbū oris/et signū crucis: q: illa missio p sonuꝫ aeris/et linguā ignis innotuit. ſm q̄ legit̄ Actuū .ij. Factus est repēte de celo sonus etc. Et apparuerūt apl̄is dispertite lingue tanq̄ ignis. Et licꝫ spūssanctus specialiter sit missus: q: tn̄ indiuisa sunt opa trinitatis: missionē illā tota trinitas fuit operata: ideoq; benedictionē illā sacerdos facit in noīe trinitatis patris et filij et spūssancti. hec Inno. ¶ Formā aūt bn̄dictionis vt Alexā. ait/legio expressit autoritas/dicente per moysen dn̄o: Inuocabitis nomen meū super filios israel; et ego dn̄s benedicā eis.

Nota

Benedictio solennis

gen. xlix

Leui. ix.

iij. Reg. viij.

ad Heb. vij.

Expositio textꝰ: Et eleuatis oculis. vsqꝫ Hoc est enī corpꝰ meū. lec. xxxvi. Et quō aliqua habent in canone: q̄ nullus euangelistarum de christo scripsit: puta de oculoꝝ leuatione. A. Quare christus leuauit oculos ad patrem suum. B

Expositio verboꝝ/ Hoc est enī corpus meū. vbi late tractat de forma cōsecrationis. Que verba sint de integritate forme ꝛc. lec. xxxviij. per totum.

Expositio textus: Simili mō postꝙ cenatū est. vsqꝫ ad finem cōsecratiōis calicis. lec. lij. p totū. ꝛ partim lec. liij. Annectunt rōnes de singulis terminis ibi positis in textu. Ibi quō forma cōsecrationis calicis est forma certa/ cōgrua/ sufficiēs ꝛ perfecta. lec. lij. M. N. O. P. Plura alia iuxta litterā notantur ibi: ꝛ remittuntur ad predicta.

Expositio textus: Un ꝛ memores. vsqꝫ ibi: Supra q̄ ppitio: vbi etiam habetur quare fit in canone memoria passionis/ resurrectionis ꝛ ascēsionis christi: vbi etiam ponit ratio eoꝝ que sacerdos facit in altari. lec. liiij.

Expositio textꝰ: Supra q̄ ppitio ꝛc. vsqꝫ ad memoriā mortuorū lec. lv. Cur plus sacrificia abel melchisedech ꝛ abrae cōmemorantur in canone/ ꝙ alioꝝ. Et cur potius de lege nature/ ꝙ de lege moysaica sumunt hec sacrificia. ibidē. O. P. De gestibꝰ sacerdotis legentis hanc orationē: Supplices te rogamꝰ ꝛc. Et de crucibꝰ que fiunt/ ac osculo altaris. T. Manuum cōpositione ꝛc. T. U

Expositio textus: Memēto etiā dñe ꝛc. vsqꝫ Nobis quoqꝫ. lec. lvi. Ibi docet ꝙ memoria habēda in missa debet esse breuis: ꝛ quare. lec. lvi. D

Expositio textus: Nobis quoqꝫ peccātibꝰ. vsqꝫ Per christū dñm nostrū. lec. lix. Ibi cur fit secūda sctōꝝ cōmemoratio. E. Quis fuit ille iohānes de quo fit memoratio. F. Cur repetit stephanus. ibidem. Quare nō fit noiatim memoria beati iohānis baptiste in canone. J

Expositio textꝰ: Per christū dñm nostrū/ vsqꝫ Pater noster. lec. lx. Expositio mysterioꝝ in gestibꝰ/ signis ꝛ ritibus sacerdotis ab illo loco: Nobis aūt. vsqꝫ Pater noster. M. N. ꝛc.

Expositio ꝛ cōtinuatio textus: Oremus preceptis salutaribus ꝛc. vsqꝫ Pater noster. lec. lxi.

Expō orōnis dñice: Pater noster. lect. lxiiij. J. Qui es in celis. lec. lxv. Sctificet nomen tu. lec. lxvi. Adueniat regnū tuū. lectione. lxvij. de septuplici regno diuersimode exponitur. Fiat voluntas tua. lectione. lxviij. Sicut in celo ꝛ in terra. lec. lxix.

I. Panem nostrum quotidianum.lec.lxx.ꝛ.lxxi.exponitur multipliciter de multiplici pane:ꝛ presertim lec.lxxi.Et dimitte nobis debita nostra.leck.lxxij.diffuse exponitur. Sicut ꝛ nos dimittimus debitoribꝰ nostris.lec.lxxiij.Et ne nos inducas.lec.lxxvij.latiꝰ exponitꝫ lec.lxxviij.Sꝫ libera nos a malo.lec.lxxix.
Expositio orationis Libera nos q̃sumus dñe.exponitꝫ lec.lxxx.cum rõnibus multis/quare tres apli presertim ibi nominentur:cum ceteris ritibus ꝛ mysticationibus horum que tunc cũ legitur:fiunt/vsqꝫ Pax dñi.
Expositio Pax dñi sit semper vobiscũ.lec.lxxxi.Et de gestis ac crucis signationibꝰ:quas facit sacerdos hanc orationem dicendo.De responsione chori ꝛc.D.E.F
Expositio orationis:Hec sacrosancta cõmixtio ꝛ cõsecratio.lec.lxxxi.G.ꝛc.Ibi quomõ ꝛ qualis dicitꝫ fieri cõmixtio ꝛ cõsecratio.Et que cõmiscentur.G.H
Expositio Agnus dei.lec.lxxxi.Li.L.Quis hanc orationẽ instituit M.Cur in missa defunctoꝝ nõ dicitur Miserere nobis sed Dona eis requiem.N
Expositio oratiõis/Dñe iesu christe qui dixisti.lec.lxxxi.O.Ibi de osculo pacis quod datur in missa.P.Q.R
Exponuntur ibidẽ alie orationes/scꝫ Pax tecũ.Habete ꝛc.T
Expositio orationis:Dñe iesu christe fili dei viui.leck.lxxxij.B.Item Perceptio dñe.E.cũ sequentibꝰ orationibus
Expositio orationis/Corpus dñi nostri iesu christi.leck.lxxxiij.vsqꝫ Quod ore sumpsimus:inclusiue.
De cantu finali misse qui cõio siue antiphona dicitꝫ: ꝛ q̃d significat.Item de salutatione populi ꝛc.lec.lxxxix.A.B.C.ꝛc.

De littera F

Facere quod in se est : quid est.lec.lix.P
Aliquid dicitur effici ab aliquo tripliciter.leck.lxxxvi.N.Item lec.iiij.Vide latius in causare.
Fama.Fame quõ ꝛ quãdo parcendũ est: ꝛ an sit preferenda bonis exterioribꝰ corporis aut rerũ.lec.lxxiiij.P.Q.Emendatio fratris que est bonũ cõscientie:an sit preferenda bone fame si vtraqꝫ simul stare non possunt.lec.lxxiiij.Q.R.
Fame custodia vtilis est ꝑpter multa.lec.lxxiiij.Y
Festum:Festiuitates quare currunt a vespera ad vesperam.lectione.xxxiiij.H.I

Fides/credere

Fidei necessitas ꝛ vtilitas in genere ꝛ presertim fidei implicite.fidei duo sunt principalia obiecta.Item fides fundamentum est edificij spiritualis ꝛ anime vita: ꝛ multa similia.lec.xij.B.C.De fidei cõmendatione vtilitate ꝛ necessitate dicuntꝫ.Item ꝙ fides vniuersalis ecclesie:seu fides implicita valet cõtra oẽs scrupulos ꝛ dubitationes in fide.ibidem.Item ꝙ quandoqꝫ non tam est meritorium credere:ꝙ velle credere.E
Puer aut adultus existens extra ecclesiam/cui nunq̃ est fides predicata:an sit de numero saluandoꝝ.sic de habitãtibus in insulis maritimis.lec.xxiij.F.G
Fides quare dicitꝫ catholica ꝛ apostolica.lec.xxiij.B.C.
Fides quomõ est in apostolis veluti in radicibus firmis fundata.lec.xxiij.C
Fidei plurimũ cõtulerunt miracula.lec.xli.M.N
Fides nõ nascitur ex intellectu credibiliũ : sed intellectꝰ ex fide:fidelis credendo quomõ debet ingeniũ suum captiuare in obsequium christi.lec.xlj.M.N
Fidei veritas ꝑpter scandalũ nõ est omittenda.lec.xli.M
Noticia articuloꝝ fidei quomõ dicitur crescere per temporũ incrementa.lec.xli.L
Figura legalis:Vide in iudaizare.
Forma.An in eodem composito sit vna vel plures forme.Et a qua totum recipit denominationẽ.lec.xlij.B.E.F.Quod est maius inconueniens:materiam stare nude sine forma substantiali:vel sine forma specifica.lec.xlij.H.Eadem materia in diuersis locis potest habere diuersas formas si replicatur ad diuersa vbi.lec.xlvi.O
Frangere/fractio:quere in hostie fractio.
Fructus misse : quere in missa.In applicatio fructus misse.In misse expositio.Item in fructus sumptionis eucharistie.
Fundamentum multiplex:ꝛ quõ differenter christus ꝛ apostoli dicuntur fundamentum ecclesie.lec.xxiiij.D.E.F.Et quomodo solus christus dicitur vere ꝛ verum ecclesie fundamentũ principale: apostoli vo secundarium.F.G.Ad quem deniqꝫ sensum apostoli quandoqꝫ negantur esse fundamentum.G.H.Quomodo deniqꝫ pre ceteris apostolis petrus dicitꝫ ecclesie ꝛ fidei fundamentum ꝛ petra.H

De littera G

Gaudium beatorum essentiale ꝛ accidentale: de eorũ augmentatione.lec.lxxxv.M.Ibi si beati gaudeant de honore eis in terra impenso: ꝛ cultu eis exhibito.An etiam e regione tristentur de malo.M.N

De littera I

Ieiunium.De ieiunio requisito ad eucharistie sumptionem;vide de eucharistie sumptione.
Ieiunium nature ꝛ ecclesie quomodo differunt.lec.x.A
Dici principiũ tpe ieiunij quando habet initium.lec.x.B.
Ignorantia est multiplex.Et que illaꝝ excuset vel aggrauet peccatum a toto vel tanto.lec.vij.D
Impossibile:necessariũ/quid est vtrũqꝫ.quomodo interdũ accipitur.lec.lxxviij.S
Indulgentia.De indulgentijs:vide in suffragia ꝑ defunctis.
Iniuria:iniurie remissio.Iniuriam dimittere:vide in peccatum ꝛ in diligere.
Intentio est multiplex:actualis/habitualis ꝛ virtualis.Et que illarum sufficit ꝛ requiritur in actu sacramentali.lec.vi.F.G.
Iudaizare figura legalis.Quomõ stat aliquem facere ea q̃ iudei fm legem fecerant:ꝛ tamen nullatenꝰ iudaizare.Et quõ figure legales cessauerũt sub ratione figure.Et possunt manere sub alia ratione.lec.xxxiij.O.P
Iurisditio:vide in potestas ecclesiastica.

De littera L

Latria:vide in adorare.Ibi etiam de speciebus cultus dei/ꝛ de latria multiplici.
Laus/honor quomodo differunt.lec.xviij.G
Honoris ꝛ reuerentie exhibitio in quibꝰ cõsistit.lec.viij.L.
Lex/abolitio/abolere.Lex positiua quõ aboletur ex tolerantia prelatoꝝ sine reclamatiõe/ꝛ nõ obseruãtiũ correctiõe.lec.iij.E
Lex quõ venit interpretanda fm intentionẽ legislatoris.Et vnde illa colligitur.lec.lxxiij.O
Ligare/ligatio.Ligatio realis seu corporalis et ꝑcepti quõ differunt.lec.ij.D.E.F
Locus.Motus localis.
Potest deus facere ꝙ corpus quod nunc est hic : sit ꝛ alibi sine transitu per remedium.lec.xlvij.B
Aliquid mouetur localiter:aut est mobile vel ꝑ se ꝛ primo.alio modo per accidens.lec.xlvij.H
Res corporea.Item res spũalis ꝛ deꝰ quõ aliter ꝛ aliter dicuntꝫ esse in loco.lec.lxv.B.Itẽ quõ deꝰ dicitꝫ esse vbiqꝫ:in oĩbꝰ rebꝰ superiꝰ/inferiꝰ ꝛc.C.Itẽ ꝑ essentiã/pñtiã/potẽtiã/D.Cũ deꝰ sit vbiqꝫ:quare cõiter in scripturis dicitꝫ esse in celis.lec.lxv.D

Locus/Situs

De hoc plura vide in eucharistia de predicamento vbi ꝑ totum
Per diuinã potentiã duo corpora pñt esse in eodẽ loco.Et plures partes eiusdẽ corporis eidẽ loco coexsistere.lec.xliij.B.C
Quõ saluari potest in corpore christi qđ est in sacramento definitiue:partiũ organicarũ distinctio:qualificatio ꝛ ab inuicem realis nõ localis distinctio.lec.xliij.P
Idem est locus subiecti ꝛ accidentis:substãtie ꝛ accidentis: patet ex diffinitione loci.lec.xliij.B
Utrum idẽ corpus possit esse in diuersis locis/late tractatꝫ lec.xlvi.ꝑ totũ.Item q̃d attribuendũ sit:ꝛ q̃d nõ/corpori replicato ad diuersa vbi fm Sco.F.fm Ocham.G.P
Sicut idem corpus põt esse in diuersis locis : ita plura possunt esse in eodẽ loco penetratiue.Et similiter plura possunt esse loca vnius per diuinã potentiam.lec.xlvi.H
Termini loci quomõ/ꝛ si sunt cõtrarij.lec.xlvi.H
Qualitates contrarie an possint esse in eodem subiecto ꝛ loco.lec.xlvi.I.L
Esse vbiqꝫ quõ est propriũ diuine potentie solum.lec.xlvi.H
An priuatiue opposita; aut etiam qualitates contrarie

possint dici de replicato corpore ad diuersa vbi. lec. xlvi. I. Et De priuatiuis. L. Et nota ibi mirabiles ꝓpositiones que verificantur de replicatis ad diuersa vbi: sm̃ aliã ⁊ aliã acceptionem terminorum priuatiuoꝝ. L. M. N

Cũ corpus replicat̃ ad diuersa / quõ hoc intelligit̃: vel eũ vadit de loco ad locum. Aut quomõ fit ista replicatio. lec. xlvi. N

Eadem materia replicata potest habere in diuersis vbi diuersas formas. lec. xlvi. O

Nullã implicat contradictionem idem corpus esse in diuersis locis circũscriptiue. lec. xlvi. P

Non oportet oĩa absoluta q̃ insunt alicui in vno loco: inesse eidem in pluribꝰ locis si ad ea replicatur. lec. xlvi. P.

Propter replicationem alicuius corporis ad diuersa vbi / non sequitur agens naturale agere per distantiam improportionatam. lec. xlvi. P.

Locutio angelorum / vide in cognitio.

¶ De littera M

Manducare / Comedere: quere in hostie seu eucharistie manducatio.

Manducare quid dicit. lec. lxxx. N

Maria. Marie multiplex preconizatio: q: plena gr̃a: q: infecalamitatis asilũ: q: sinus misericordie: q: stella maria: ⁊ cetera plurima. lec. xxxij. A. B. C. D. E. F. Item lec. lxxix. C

Meditatio

Meditationes circa prologum orationis dñice. lec. lxv. I.

Meditatio circa Adueniat reg. tuũ. lec. lxvij. S

Meditatio circa clausulam: Fiat voluntas tua. lec. lxix. D. Sicut in celo ⁊ in terra. Q

Meditatio circa clausulã: Panem nostrũ quoti. lec. lxxi. L

Meditatio circa clausulã: Et dimitte nobis debita nostra ⁊c. lec. lxxvi. D

Meditatio circa clausulam: Et ne nos inducas in tentationem. lectione. lxxviij. T

Meditatio circa clausulam: Sed libera nos a malo. lec. lxxix. F

Meditatio circa Amen. lec. lxxix. I. K.

Meditatio ante sumptionem eucharistie. lectione lxxxij. N. Et similiter tempore sumptionis.

Meritorium / Meritum

Quomodo opera nostra: cum sint temporalia: possunt esse meritoria premij eterni. lec. lix. K. L

Opera nostra cõsiderantur dupliciter. L. Ad rationem meriti duo cõcurrunt. Actus meritorius quid est. M. Meritum est duplex: scꝫ congrui ⁊ condigni. N. Ibidem ad meritum condigni que requiruntur. In quo consistit ⁊ fundatur condignitas operis ⁊ operantis ad premium. Meritum congrui quid est. Responsio ad questiõ O. P. Q. R. Facere qd̃ in se est q̃d est. P. Quomodo deus est debitor hois sua voluntate: nõ rei necessitate. Promissio dei quid est. Et an potest fallere vel mutari. S. An aliquis possit mereri primã gratiã de cõdigno. Ad meritum condigni que requiruntur. T

An aliquis possit immediate alteri mereri beatitudinem. lectione. lxvij. D

Vide amplius in actus meritorius.

Miraculũ. Cur fiunt miracula nõnunq̃ in loco determinato. Corã determinata imagine: ⁊ nõ sic passim vbiq. lec. xlix. Y

Mysterium. Diuina mysteria secrete sunt tractanda. lectione xvij. F

Motus primi. Motus primus sensualitatis quid est. lectione lxxviij. N

Motus primus quando est vitiosus: ⁊ quando non. quando peccatũ mortale vel veniale: ⁊ quando nõ. lec. lxxviij. P. Q. R

Mundus. Miseria. De miserijs huius vite mundialis late habetur lec. lxxix. A. B. C

Mutatio accipitur multipliciter. lec. xl. F

¶ De littera N.

Necessarium / vide in impossibile.

¶ Negligentie que contingunt in missis.

De negligentijs cõmissis in materia. lectione. lxxxviij. B. Quid si deprehenderetur panis non esse triticeus. B. Quid si loco vini alius liquor calici infusus esset. B. Ibidem si aqua non fuisset admixta. B. Quid si sacerdos cognosceret se non baptizatum: aut non legitime ordinatum. C. Quid si sacerdos morte vel aliqua infirmitate deficeret. C. Quid si particula aliqua in altari inueniretur quam celebrans ignorauit. Simile de guttulis foris calici adherentibus. D. Quid si sacerdos volens consecrare plures particulas: in prolatione verborum consecrationis / non cogitaret nisi tantum de particula maiore: quam manu teneret. E. Quid si certum numerum cõsecrare intenderet: ⁊ facta consecratione inueniret plures vel pauciores. F. De cautelis habendis a consecrante plures particulas. F. De defectibus contingentibus circa cerimonialia: puta vestes / locum / tempus / ignem / vasa / orationes / ⁊ similia. G. Quid si sanguis effunderetur aut stillaret: aut panem mus comederet. I. Si aranea in calicem caderet: aut perderetur particula vel putresceret. D. I. Quid si sacerdos recordaretur se aliquid comedisse: aut se excõmunicatum esse vel irregularem: aut in peccato mortali non confesso. L

Noticia: vide in cognitio.

¶ De littera O

Obliuisci / recordari dei. Quomodo deus dicitur aliquorũ recordari vel obliuisci: scire vel ignorare aliqua. lect. xxiij. A. B. Item lec. iv. ⁊. lvi. B

Offerre / Oblatio

Utrum populus teneatur offerre in missa: allegantur diuersa iura ⁊ doctorũ opiniones: tandem respondetur per quattuor propositiones. Prima est de oblatione interiori: que est necessaria. Secunda de oblatione exteriori que est meritoria / deo grata ⁊ fructuosa. Tertia quibꝰ diebꝰ oblatio est precepta. Quarta q̃ etiam aliis diebus in casu est debita. lec. xvi. D. E. F. G.

Offerenda sunt domino tria. lec. xvi. C

Exterior siue exteriorum oblatio facta domino quid significat. lectione. xvi. F

In oblatione exterioris substantie / pauperum conditio nõ est peior cõditione diuitum. lec. xvi. F

Parochiani tenentur suo curato offerre ⁊ prouidere in temporalibus. Attamen de hmõi populi oblatione ⁊ prouisione nõ debet luxuriari aut superbire: sed sustentari. lec. xvi. G. H.

Oblatio exterior que fieri debet deo / plures habebit conditiones. lec. xvi. I. K.

Oblationis exterioris finis duplex est: scꝫ recognitio diuini dominij / ⁊ sustentatio ecclesie ministri. lec. xvi. K

Inuectio contra offerentes domino viliora / reseruatis melioribus. lec. xvi. K.

Doctrina generalis que sunt domino offerenda. Et quomodo in oblationibus deo vel sanctis fiendis superstitio est cauenda. lectione. xvi. L

Oblatio sacerdotis debet fieri pro omnibus orthodoxis. Scismatici enim ⁊ heretici excluduntur a fructu sacrificij misse. lectione. xxiiij. A

Oratio / Orare

Oratio fieri debet humiliter ⁊ suppliciter. lec. xx. I. ⁊ per iesum christum dñm nostrum. ibidem.

Cur sacerdos oraturus deum in missa dicit: Memento domine. cum tamen deum nulla seu nullius rei capiat obliuio. lectione. xxv. A.

Uult deus quandoq; orari: ⁊ ad aliorum petitionem cõferre aliquid / als nõ daturus. lec. xxv. E. F

Orandum est pro bonis corporalibus / spiritualibus ⁊ eternis: sed multum differenter ⁊ ordine quodã. lec. xxix. D. I

Cum virtus in infirmitate perficit̃: quomodo oramus deum in missa pro sanitate. lec. xxix. K

Alio fine orandus est deus: alio fine homo. lec. xxxi. A. Ibi dicitur quare ⁊ ad quid oramus sanctos. lec. xxx. ⁊. xxxi.

Orator secularis / ⁊ orator spiritualis multum differenter agũt in suis officijs. lec. xxxi. A. B

Orandus est deus: qualiter ⁊ quomodo. lec. xxxi. A. B. C. D

Oramus sanctos tanq̃ mediatores coram deo propter multas rationes. lec. xxxi. D

De oratione: vide sanctorum inuocatio.

Orationes quando non expedit esse longas: ne populo nau

ſcam preſſent.lec.lvj.D

Oratio aliqua poteſt dici priuilegiata: vel q: a chriſto inſtituta: vel q: ab eccleſia ordinata.lec.lvij.B.D

Orationes pctõꝝ an ⁊ quomõ exaudiuntur a deo.lec.lix.B

Orationis quidditas ⁊ definitio. Et quomodo a diuerſis diuerſimode definitur.lec.lxj.G

Oratio cuius potentie eſt actus.lec.lxj.D

Oratio ad quem eſt dirigenda.lec.lxj.D.J

Oratio cuius virtutis eſt actus.lec.lxj.J

Orationis multe ſunt ſpecies. Et quot ⁊ que ſunt ille. lectione lxj.K.L.M.⁊c.

Ad orationem plura requiruntur.lec.lxj.M.

In oratione que ſunt a deo petenda ſimpliciter.que ſub conditione.lec.lxj.N

Orare quibus conuenit perſonis.lec.lxj.O.An perſonis diuinis ⁊ chriſto P.An ſpirituiſancto.Q. An beatis animabus et angelis ſanctis.R. An omnibus viatoribus bonis et malis. S.An damnatis.T

De orationis qualitate quantum ad vocem/locum/tempus/geſtum.lec.lxij.per totum.

Oratio an debeat eſſe vocalis: ⁊ ꝙ oratio eſt multiplex.lectione lxij.A.B

Oratio mentalis/vocalis/mixta/quid eſt.lec.lxij.A.

Oratio publica ⁊ priuata.lec.lxij.A. De orationis publice ⁊ cantus vocalis vtilitate.C

Quando vtendũ eſt oratione vocali in priuato ⁊ quãdo nõ.D.

Oratio priuata ac ſingularis quandoqꝫ et quare fit corde tm̃: quandoqꝫ voce ⁊ corde.lec.lxij.C.D

Oratio in quo loco fieri debet: ⁊ quare magis conuenit orare in eccleſijs.lec.lxij.E.F

De orationis diuturnitate ⁊ continuatione. ⁊ quomodo verum eſt ꝙ oportet ſemper orare.lect.lxij.G. Ibi de multiplici orationis continuitate.

De corporis geſtibus in oratione. Et quare verſi ad orientem oramus.lec.lxij.H. Ibi quid ſignificat pectoris tunſio: manuũ extenſio: genuflexio ⁊c.

De attentione in oratione habenda. Et ꝙ triplex eſt attentio. Una que fertur in voces ⁊ verba. Alia in verborũ ſignificata. Alia nec ad hec nec illa.lectione.lxij. J. Qualis vo attentio requiratur in oratione: patet ex propoſitionib⁹ multis de actuali attentione. K. de habituali ⁊ virtuali. N.⁊c.

Orationis effectus multiplex.lec.lxij.J

De diſtractione in orõne qñ eſt pctm̃: ⁊ quando non.lec.lxij.L. Et qualis diſtractio exigit orationis repetitionem. ibidem.N

Utrum liceat inter orandũ meditationes celeſtium: ſed tamen impertinentiũ admittere. Et quid agendũ ſi talia inter orandum occurrunt.lec.lxij.M

Ad orationem vt ſit exaudibilis duo requiruntur.lec.lxxix.L.⁊ lec.xvj.⁊.xvij.E

Utrum quilibet viator fidelis poſſit exaudibiliter orare hanc clauſulam orationis dñice: Adueniat regnum tuũ.lec.lxvij.D

Oratio/Orare

Interruptio orationis quando ⁊ qualis eſt peccatum. Et in quo caſu licitum eſt orationem interrumpere. Ibi de tarde venientibus ad horas/vbi incipiunt orationes ſuas.lec.lxij.M

Expeditior eſt attentio in oratione ad ſenſum litteralem.lectione.lxij.N

Affectus quib⁹ oratio reddit exaudibilis tres ſunt.lec.lxij.O

Cur verbis vtimur in oratione.lec.lxij.O

Quõ pſalmi nullã petitionem cõtinentes: aut petitioni nõ correſpondentes/noſtris orationib⁹ cõmiſcentur.lec.lxij.O.P

De quintuplici meditatione q̃ precedere debet orationem exaudibilem.lectione.lxij.Q

De orationis efficacia quantũ ad impetrationem. lec.lxiij.ꝑ totũ.

Orationũ alia eſt meritoria ⁊ nõ impetratoria. Aliud denique eſt orationem eſſe meritoriã: aliud impetratoriã.lec.lxiij.A

Ad orationem eſſe impetratoriam quattuor requiruntur conditiones.lec.lxiij.A.B

Oratio impetratoria fieri debet pie: vt autem pie fiat: quinqꝫ requiruntur conditiones: que includũt omnia requiſita ad orationem ex parte orantis vt ſit impetratoria.lec.lxiij. C.D.E.F

Orans in peccato mortali quando peccat mortaliter: et quando non peccat.lec.lxiij.D.E

Petens pie nõ omittet debita media ad acquirendũ aliquid ordinata. Ibi de petitione filioꝝ zebedei.lec.lxiij.F

Orans petet perſeueranter. Et quid eſt perſeueranter petere et orare.lec.lxiij.D

Orans petet ea q̃ ſunt ad ſalutem. Et qui ſic petunt.lec.lxiij.J

Oratio impetratoria fieri debet pro ſe. Sepe eñ quis non auditur pro alio orans.lec.lxiij.K

Oratio quare ſemper eſt impetratoria omnium que petuntur ſi fiat pie perſeueranter ad ſalutem pro ſe.lec.lxiij.K. Et ꝙ ſic petentem ſemper exaudit ad vtilitatem: licet nõ ad volũtatem ⁊ ſic intelligitur ꝙ talis oratio ſemper exauditur.ibidem.L

Martyres clamantes ad deũ in ſuis penis: quomodo dicũtur exauditi: cũ tamen in penis fuerũt derelicti a deo.lec.lxiij.L.

Oratio meritoria quomodo ſe habet ad orationem impetratoriam.lectione.lxiij.M

Ut ſic oratio ſit ſimul impetratoria et meritoria que requiruntur.lectione.lxiij.M

Orationem eſſe impetratoriam non coexigit gratiam: ſecus ſi debet eſſe meritoria.lec.lxiij.M

Orationis vtilitas ⁊ fructus multiplex pariter ⁊ neceſſitas.lectione.lxiij.N.O

Orationis dominice excellentia ꝓpter eius dignitatem. In quo conſiſtit talis dignitas.lec.lxiiij.A. breuitatem.B. Quare dominica oratio tante breuitatis eſt.C. Fecunditatem ⁊ ſententiarum ponderoſitatem.D

Quomodo oratio dñica omnia petenda ⁊ omnes precationes hincinde in ſcripturis cõtentas in ſe claudit ⁊ cõtinet. D.E.F. Et ꝙ preter contenta in ea/nihil licet petere.D

Utrum ſolis verbis in oratione dominica contentis vtendum ſit tempore orationis.lec.lxiiij.G H. Item.T

Orationem dominicam quis inſtituit legi ante communionem ⁊ quare.lec.lxiiij.J

Orationis dominice diuiſio.lec.lxiiij. J. Eius exordium ad q̃d ponitur: ⁊ quomodo differt ab exordijs noſtrarum orationum ⁊ vete.teſtamenti.J.K

Nomen pater in oratione dominica/quomodo accipitur notionaliter vel eſſentialiter. Quomodo denique deus multiplici ratione dicitur Pater noſter.lec.lxiiij.L.M

Quare orationes noſtre diriguntur ſpeciali noĩe nunc ad hanc nunc ad illam perſonam.lec.lxiiij.N

Cum oratio noſtra dirigitur ad totam trinitatem: quare nõ ponitur in oratiõe dominica deus/loco pater: vt dicatur deus noſter.lec.lxiiij.N.O

Quid importat noſter in oratiõe dominica. Cur denique Noſter ⁊ non meus.lec.lxiiij. P.Q.R.S.T.U

Orandum eſt nunc ſingulariter: nunc pluraliter ſm diuerſos ſtatus orantium.lec.lxiiij.T

Oratio chriſti quõ eſt noſtra inſtructio. Et in genere/ad quem ſenſum chriſti actio eſt noſtra inſtructio.lec.lxiiij.T

Quare chriſtus in oratione dominica potius voluit nos dicere Qui es in celis.q̃ qui es vbique.lec.lxv.E

Multiplex ordo petitionũ orationis dñice: ⁊ multiplex aſſignatio eorũdem.lec.lxvj.B.C.D. Aug. vo applicat ſeptem petitiones donis ſeptem ⁊ beatitudinibus.E.

Lucas quare ponit quinque petitiones orationis dñice: Mattheus vo ſeptem.lec.lxvj.F

Ordo/ordinatio. Ordo in omnibus diuinis operibus in celo ⁊ in terra reperitur.lec.xxiij.B

Ordinate confert deus ea que largitur per aliorum orationes: non collaturus alias.lec.xxv.E

Orthodoxus vñ dicit: ⁊ quis dicitur orthodoxus. Et quõ pro orthodoxis ſolum ſecluſis hereticis ⁊ ſciſmaticis. q̃ chriſto capiti nõ adherent: ſacrificium miſſe fructuoſe offert.lec.xxiij.A

Oſanna q̃d ſignificat: vñ dr̃: de ei⁹ interp̃tatiõe.lec.xix.F. Quare interpres illeſuꝫ tenuit ⁊ immutatũ nomen oſanna. lec.lxx.G

Oſculum. De vtilitate oſculi imaginis crucifixi.lec.xx.C

Oſculũ multiplex reperit in ſcriptura.lec.lxxxj.P. Ibidem de

osculo pacis quod datur in missa: diffuse habetur. P.Q.&c.

¶ De littera P

Patientia. Patientie precepta quomodo sunt intelligenda. lectione.lxxiij.M.N

Pactum. Deus fecit pactum in veteri lege cum patribus: in noua cum ecclesia. lectione.xlvij.X

Panis multiplex reperit in scripturis. lec.lxx.A.B. Quid venit nomine panis. Et cur in oratione non petimus nisi panem dari nobis B. Panis substantialis/ supersubstantialis/ superfluus quis est. lectione.lxx.D

Panis christus in scripturis nominatur multiplici ratione et tropo. lectione.lxxi.A

Papa/Papatus

Papa vnde dicitur: vnde sumptū est nomen. Nūc cōuenit soli summo pōtifici: olim oībus episcopis cōpetebat. lec.xxiij.G. D. Item q papa est caput fideliū & ecclesie. lec.xxiij.I

Papatus petri excellentia & officij dignitate & virtutū multitudine prestabat. lec.xxiij.Z.t. Ibi de qlitate successoꝝ in papatu.

Papa etsi quādoq vt homo peccatoꝝ deuiat: nō tn̄ ex hoc capitis dignitatem amittit: nisi in heresim labat. lec.xxiij.L

Papa quō differēter a christo dicit caput eccłie. lec.xxiij.M.N

Pape nomen debet in canone exprimi. Et quare pro papa oratur in canone. lec.xxiij.O

Pascha sumitur multipliciter. lec.xxxiiij.Z.t

Quō mulieres dicunt in die pasche fm̄ Inno. vnguēta parasse Ibi de tpe preparationis vnguentoꝝ. lec.xxxiiij.L.M

Passio christi

Passio dn̄i multū notabiliter summat: & sententiose cōportat correspondenter ad septē horas canonicas. lec.xiij.A.B.C.D

Passio dn̄i qualiter representat in misse officio pverba/gestus/ vestes/&c. & cruces varias ante & post cōsecrationē a sacerdote fieri solitas/ad christi passionē representandā. lec.xxi.Z.t.L.

Traditus est christus a patre ex dono: a iuda pro munere: a iudeis in sacrificium. Ibi de multiplici christi traditione: & multiplici traditionis fine. lec.xxi.L

Crucifixio christi triplex. lec.xxi.M

Christus in passione sua nō partem sanguinis: sed totum abundantissime pro peccatoribus effudit: pro omnibus sufficienter: sed non efficienter. Et quot vulnera pertulit in passione christus. lec.liij.R.S

Ibidē quotiens in passiōe sanguinē fudit. Multipliciter fuit pfiguratū sanguinē chri fundendū esse in remissionē pctoꝝ.T

Passionis christi memoria quare fit ab ecclesia. lec.liij.Y

Passio christi que bona contulit nobis. lec.liiij.B.C. Quomō aperuit & clausit portam regni.E

Utrum christus sua potestate in cruce mortē aduocauit: vel an christi mortem violentia vulnerū effecit. Et quō iudei dicunt occidisse christū/si sua potestate animā a se posuit. lec.lxxxij.D

Patena vnde dicit: quid significat &c. lec.lxxx.E

Pater deus multiplici ratione dicit pater noster. lec.xx.F. Itē lec.lxiij.M. In expositione orationis dn̄ice Pater accipitur multis modis: notionaliter & essentialiter. Essentialiter multipliciter sumitur. lec.lxiij.M.N. Item lec.xx.D

Pax: Pacis commendatio/vtilitas/necessitas/descriptio/diuisio. lec.lxxxi.A.B

Pax bona/pax mala quid est. lec.lxxxi.B. Ibi pax ad deū/ad seipsum/ad proximū quid est. Et quomodo diabolus hanc pacem turbare studuit. Christus vo restaurauit. B.E

Pax interna/externa/superna quid est. lec.lxxxi.D

Pax hominis ad deū/ad proximū/ad seipsum. lec.lxxxi.Q

Peccatum: peccati seu iniurie remissio.

Aliquis dicitur esse in peccato multipliciter. lec.vij.D

Peccatum veniale quomodo opponitur feruori charitatis: licet non repugnet eidem. lec.vij.G

Peccatum & vitium differunt. lec.lxxviij.O

De peccati grauitate: vnde attendit grauitas peccati: & quomō vnum dicitur esse grauius alio. lec.lxxxvij.D

Quomodo peccata dicuntur debita nostra. lec.lxxij.D.E

Item quomodo peccata dicuntur nostra.F

Peccatum mortale quomodo infert eternam penam a solo deo infligendam. lec.lxxij.G

Contra excusantes se in peccatis: & attribuentes ea fato/veneri &c. lec.lxxij.F

Quomodo potest aliquis petere dimitti sibi peccatum ne puniatur: cum hoc sit contrarium iusticie dei. lec.lxxij.D

Ibidem an liceat petere a deo pene vel remissionem vel omnimodam dimissionem. An de communi lege aliquis inueniatur in hac vita sine peccato. Et an omnium hominum sit petere: Dimitte nobis debita nostra. presertim cum aliquis nō est sibi cōscius peccati. lec.lxxij.Z.t.Z

Peccatum originale an dicitur peccatum nostrum seu debitum nostrum. Et quomodo contrahitur. Quomodo deniq & vbi paruuli pro eo puniuntur. lec.lxxij M.N

Cum peccatū dimittere sit solius dei: quomodo dicimus in oratione dominica: Sicut & nos dimitti. &c. lec.lxxiij.C

In peccati dimissione: siue in peccato tria considerant. lec.lxxiij C. Et quod illorum dimittere est solius dei. quod hominis lesi &c. D.E.

Ad dimittendum fratri peccanti in aliquem/plura mouere possunt. lec.lxxiij.F

Iniuriam passus ab aliquo/quando & qualiter est necessario remittenda & dimittenda: habetur per aliquot ppositiones lec. lxxiij.G.D. &c. multum diffuse.

Peccatum dicitur occultum tripliciter. lec.lxxiiij Z

Ibidem peccatum dicitur publicum multis modis.

Pena. Pena canonis: Excommunicatio.

Pena canonis qd est. lec.ix.A. Quot sunt pene canonis & que/ per totam istam lectionē. Ibidem quomodo cōtrahunt & tolluntur. Item quomodo differunt. B. vsq in finem lectionis.

Infamis & infamatus quomō differunt. lec.ix.B.C

Excommunicatio quid est & quotuplex. lec.ix.E

An celebrans in loco interdicto: in calice non idoneo: sine igne & lumine nullo presente/incurrat penam canonis: & qualem. lectione.xiiij.E.F

Pena damni/pena sensus in quo consistit. lec.lvi.S

Pena venialium peccatorum hic non dimissorum. Aut mortalium quoad culpam remissorum: an semper & ppetuo maneat in damnato in inferno. lec.lvi.S

Pena infernalis. Infernales pene quoad omnes corporis sensus & omnes anime potentias late recitantur. lec.xxxiij.D.E

Anime in purgatorio a quibus affligantur: an a demonibus. lectione.lvi.D

An habeant refrigeriū cōsolationis. Et vnde siue a quo E. Ibi de luce earundem & tenebris quibus premuntur.

Petra sup quā ecclesia fundata est: quis est. lec.xxiiij.E

Pietas/latria/theosebia. lec.xviij.I

Pollutio nocturna: vide in eucharistia: & de requisitis ad dignā celebrationem.

Potestas. Potestas ecclesiastica: vide in titulo eucharistie consecratio.

Predicator. Quō quidā predicantes multum excedunt nō allegando quicq: aut nimium allegando. lec.lxxvij.R

Predestinatio: prescientia: predestinatorum numerus nō augetur nec minuitur: q2 est eterna predestinatio. Quomō ergo sacerdos petit in canone associari numero electoꝝ. lec.xxxiij.F

Predestinatus aut prescitus dicitur aliquis dupliciter. lectione lxxix.M

Utrum prescitus possit vere orare & dicere: Libera nos a malo gehenne. lec.lxxix.M.N

Prescientia: vide in predestinatio.

Propositio

Christus an possit dici filius trinitatis: et quomō. lec.xx.E

Christus est filius verbi: aut spiritussancti/an sit concedenda: lectione.xx.E

Ad inferna descendit christus: christus iacuit in sepulcro: in pplo: christus descendit ad inferna. Uerbum fuit christus heri et hodie &c. An & quomodo sint concedende et similes. lectione xliij.N.O

Christus quod semel assumpsit nunq dimisit. quomodo conceditur. lectione.xlij.Q

Corpus christi est in sacramento quantū. Corpus christi quātū/ est in sacramento quomodo differunt. lec. xliij. P
Propositio mentalis quando est: ⁊ quando est vera ꝓpositio: quando dicitur vera. Quando ad prolationem vocalis propositionis formatur correspondenter sua mentalis. lectione xlviij. O. P. Q
Multa ibi de veritate ꝓpositionū vocalium ⁊ suarū mentaliū Ibi quanto tempore vti possumus pro tempore presenti copula presentis temporis. Q
Hoc est corpus meū: quando ⁊ qualiter est vera. lectione. xlviij. per totum.
De ꝓpositiōib⁹ quibus exprimit̄ cōuersio panis in corp⁹ christi. Que vere/que falfe. vide lec. xlix. iuxta principium. A. B. C
De veritate ꝓpositionū de presenti: preterito aut futuro/ de inesse aut possibili. lec. xlix. B
Predicatio nominū essentialiū ⁊ notionalium in diuinis fit differenter. lec. xx. D

De littera Q
Quantum/Quantitas.

Quomodo saluari potest corp⁹ christi gloriosuȝ/ ⁊ forma speciosum/esse sub parua hostia nō circūscriptiue/sed definitiue. lec. xliij. per totū. Possibilitas ostenditur ex diuina potentia pulchris medijs. A. B. que maior est/ꝙ nostra intelligentia. C
An quantitas sit accidens inherens rei quante. recitantur opiniones lec. xliij. E. F. G. H. ⁊c.
Positio ſm differentiam quantitatis: vbi ⁊ situs ſm Sco. quid lectione. xliij. G. Et de earum separabilitate ſm Sco. ibidem. ſm Ockam P
Quid est de ratione quanti quantitate molis. lec. xliij. N. P

De littera R

Regnum est multiplex: ⁊ ſm hoc de quolibet exponi ⁊ intelligi potest oratio dñica/cum dicitur: Adueniat regnum tuū. lec. lxvij. B. C ⁊c.
Reliquie sanctoꝝ: an ossa ⁊ pulueres sctōꝝ: que reliquie dicunt̄ vnꝗ fuerint partes sanctoꝝ. lec. xlij. F
Respectus an potest a solo deo causari ⁊ cōseruari sine fundamento ⁊ termino. lec. xliiij. I
Rogare/rogatio quid est. Et ꝙ rogatio non est oratio optatiua: sed inclinatiua. lec. xx. H

De littera S

Sacerdos: precellentia status sacerdotalis
Status ⁊ officiū clericale quāte sit precellentie dignitatis ⁊ nobilitatis: quod nec virgini marie: nec angelis concessum fuit. lec. liij. A. B
Sacerdotes ꝓpter sui precellentiā/varijs nominib⁹ nominant̄ in scripturis: vtputa reges/angeli/dij/sacerdotes/clerici/seniores/presbyteri ⁊c. lec. liij. C. D
Sacerdotū ⁊ clericorū est habere vitā omni virtute decorā: hoc eñ clamant oia insignia clericalia. lec. liij. D
Sacerdotis vel sacerdotij euangelici preeminentia/ sup sacerdotem legis moysaice. lec. liij. E
Sacerdotum est cōsiderare suā dignitatem ⁊ humilitatem. Nō eñ humano merito: sed diuine voluntatis beneplacito in sortem dñi vocati sunt. lec. iiij. E
Sacerdos quid efficit in misse officio potestate propria. Quid virtute diuina assistente. lec. iiij. F. G. H
Sacerdos dicitur cōficere ⁊ cōsecrare corpus dñi. ad quem sensum: ⁊ qua virtute assistente. lec. iiij. H
Sacramentū. Sacramentoꝝ cōmendatio ⁊c. Solus christus sacramenta instituit: ⁊ soli christo conuenit essentialia sacramentorum immutare. Solus deniꝗ christus dare potest certitudinem ⁊ efficaciam sacramentis. lec. xiiij. E
Sacramenta noue legis gratiā cōferunt: nec requiritur bonus motus interior: secus si de sacramentis veteris legis: lectione lxxvij. N
Sacri eucharistie multiplex cōmendatio/laus/ ⁊ vtilitas ex illo vbo pfationis: Uere dignū ⁊ iustū est ⁊c. lec. xviij. A. B. C.

Sacrificium

Sacrificia legis ve. ipfecta fuerūt: q2 nec deo accepta: nec abstulerūt pctā; nec cōtulerūt gr̄e dona. lec. xxj. B. C. Et nota ibidē pulchram distinctioneȝ attendendoꝝ circa ve. le. sacrificia: ſm que possunt dici grata vel nō grata: iustificate vel nō iustificate iusticia morali vel gratuita. Et ſm hoc possunt ꝯcordari multe autoritates scripture. B. C: D. E
Sacrificium quid est. lec. xxij. A. Iteȝ lec. lxxxv. D. Et est duplex ibidem. visibile ⁊ inuisibile.
Sacrificio indiget homo propter tria. lec. lxxxv. E
In vnico sacrificio crucis/ est perfectio oim sacrificiorum figuralium. lec. lxxxv. E
Eucharistie sumptio quare dicitur sacrificium ⁊ oblatio. lectione. lxxxv. F
Sacrificij altaris multiplex precellentia vltra oīa alia sacrificia lec. lxxxv. G. De eius acceptabilitate H. I. Ibi de eius fructu vt est memoriale crucifixionis christi. I. Et ꝙ est similium effectuum operatiuum vt in cruce. K.
Salutatio sacerdotis: vide in expositione misse in fine.
Sanguis an sit animat⁹ vel aiabilis. lec. xxj. H. Ibidem ꝙ corpus nō est sanguis. Itē lec. liij. K. De sanguinis christi abundanti effusione ⁊ oimoda ꝓ oib⁹ sufficiēter: sed nō efficiēter. Et numero vulnerū ei⁹. vide in passio christi. ⁊ lec. liij. R. S

Sanctus/Sanctitas.

Sanctus vnde dicit̄: quot modis accipit̄. Quid significat. lec. xix. A. B. Ad idem lec. lxvj. M
Sanctitas an dicat ꝑfectionem simpliciter. Et quomō ac etiā ratione cuius est in tribus ꝑsonis diuinis. lec. xix. C
Sanctificat̄ aliquid dupliciter. Et quō a nobis de⁹ dicit̄ sanctificari. Sanctitas vie ⁊ patrie quid est. lec. lxvj. H. I. K
Qō nomen dei a nobis sanctificandū est: cū multa ponunt̄ nomina dei. lec. lxvj. O. Ibidem quō in nobis sanctificat̄ nomē creatoris/redemptoris/iesus/deus/christus.
Que sanctitas in nobis esse debet vt nomen dei a nobis sanctificetur. lec. lxvj. M
Sanctorum veneratio: Inuocatio.
Sanctoꝝ memoriam habet ecclesia: ⁊ quare. Quō deniꝗ sancti inuocandi sunt. lec. xxx. B
Utrum sancti in patria orent pro nobis existentib⁹ in via: recitatis opinionib⁹ hereticoꝝ ⁊ eorum motiuis ꝙ nō lec. xxx. C. D. Cōcluditur ꝙ sic E. Et ꝓbatur multipliciter ꝙ orent ꝓ nobis merito prece siue voto/ex autoritate vtriusꝗ testamenti. Ex veteri E. ex nouo F. Probat̄ ratione G. H. facto I. Respondet̄ ad rationes hereticorum. K. L. M ⁊c. Ostendit̄ deum dare gratiam ⁊ gloriā ad preces sanctoꝝ/alis non daturus K. Et licet omnia possit seipo efficere: vult tamen creaturā ex sua bonitate infinita cōcausare. ibideȝ. Item ꝙ sancti nobis subueniāt merito ⁊ precibus L. M. Item quomodo sancti orant pro nobis mentaliter. Et coꝝ oratio est nobis/non ipsis meritoria: licet sint in termino. M
Sanctos inuocare est deum honorare: ⁊ magnificū ac benignū predicare. lec. xxx. N
Cum de⁹ ꝓ suā eternā ꝓuidentiā ⁊ oia nouit: ⁊ immutabiliter facienda disposuit: ad qd valent ꝓces sctōꝝ ⁊ oōnes: quib⁹ nec deū informare: nec a statuto ordine pñt flectere. lec. xxxj.
Sctōs quare oramus. lec. xxxj. D. Ad idem lec. xxx. B.
Quō sancti in celis vident vel cognoscūt oratiōes viatoꝝ in terris. Ibi de multiplici cognitione angeloꝝ ⁊ sctōꝝ vespertina ⁊ matutina. In verbo in genere ꝓprio. lec. xxxj. E. vsꝗ in finem lec. respondet̄ ad questionē Q. R. Ubi etiā tractat̄ an pertineat ad eoꝝ beatitudinem scire ⁊ videre orationes nostras.
Sanctoꝝ memoria cur habetur ante cōsecrationem eucharistie lectione. xxxj. S
Sanctoꝝ memoria ⁊ solemnitas quō differunt. lec. xxxj. S
In canone cur fit memoria apostolorū ⁊ martyrū: ⁊ nō cōfessoꝝ nec patrum vete. testa. lec. xxxij. G. H
Sanctoꝝ apostolorū ⁊ quorundā martyrū in canone contentorum laudes. lec. xxxij. I ⁊c.
Quolibet die anni multa millia sanctoꝝ suā haberent festiuitatem/si singuli festiuari deberent. lec. xxxij. H
In canone duodecim martyres recitantur: ⁊ cur illi ⁊ non alij. lectione. xxxij. K.
Ante cōsecrationem sanctorū auxilium: post consecrationem vo

eorundez cõsortiũ in canone petitur. Et quare sic. lec. xxxij. M
Diuersi sancti pro diuersis necessitatib⁹ sunt inuocandi. Et magna in eorum cultu/veneratione ꝛ inuocatione differentia habenda est. lec. xxxij. N. O. P
Ibi quomõ aliqui sancti dati sunt patroni ꝓuincijs certis: certis ꝑsonis. Quidã certis beneficijs impetrãdis. Quõq; plus vno loco ꝛ tpe ꝙ alio exaudire volunt: ꝛ similia multa. O. P. Q
In omni ordinato sanctoꝝ cultu diuinã colim⁹ potentiã/sapientiam ꝛ bonitatem. Et ſm hoc triplex est sanctorũ cultus/quo deum in sanctis suis laudamus. lec. xxxij. R
In sanctoꝝ cultu discreto: ꝛ in eoꝝ discreta imploratione nunc hunc/nullũ illũ: iam pro illo: iam pro alio inuocando: qualis discretio ꝛ varietas seruanda est. lec. xxxij. S. T. V. X
Discretus sanctorum cultus multos viatoribus affert fructus. lectione. xxxij. X
Reprehendit indiscretus sanctoꝝ cultus: ꝛ error multiplex indiscrete colentiũ eosdem. lec. xxxij. Y. Z. ꝛc.
Sanctorum cultus indiscretus est seu indiscrete fit quadrupliciter. lec. xxxij. Y. Z
Scrupulus quid est. lec. viij. F
Doctrina salubris contra scrupulosos. lec. viij. H. Item lec. x. N

Simonia

Quomodo dantes ꝛ recipientes temporalia vt rependant spiritualia: excusantur a prauitate simoniaca. lec. xxviij. p totum.
Simonia quid est descriptiue. lec. xxviij. A
Impendens spiritualia ꝛ recipiens temporalia/potest habere intuitum quadruplicem. Et quis illorum est simoniacus. lectione. xxviij. B
Ibi de rectificatione intentionis vt euitet simonia. B. C. D. E
Simoniaca prauitas quando est heresis. Et quomodo ac quãdo differunt simoniacus ꝛ hereticus. lec. xxviij. B
Munus quo incurrit simonia triplex. lec. xxviij. A
Spirituale aut spirituali annexũ cuius emptione incurritur simonia multipliciter dicitur. lec. xxviij. A
Simonia mentalis quid est: an punit ab ecclia. lec. xxviij. A
Ad quem sensum potest concedi hoc dictũ: Sacerdos celebrat pro pecunia. Et qualis erit rectificatio intentiõis. lectione. xxviij. C. D. E
Potest quis celebrare ꝓpter pecunias als nõ celebratur⁹ absq; hoc ꝙ incurrat simoniam. lec. xxviij. E
Sacerdos habens alĩs vnde sustentet: potest se obligare ad ministeriũ spirituale: ꝛ loco eius tẽporalia licite recipere sine simonia. lec. xxviij F. H. I. Et licet per hoc faciat cõditionẽ suã viliorem in eo ꝙ satisfacit pro alio ꝛ nõ pro delictis ꝓprijs: nõ tamen diminuit sibi premiũ essentiale. G
Dans tpalia ad institutionem alicui⁹ beneficij ecclesiastici ꝛc. licite põt certas cõditiones apponere obligatiuas. lec. xxviij. L Et licet recipienti tpalia sic sese obligare ad onera soluenda.
Dans elemosynam seu fundans elemosyne erogationem/licite põt apponere obligationem orandi pro se ꝛ suis. lec. xxviij. L Et hec elemosyna transit ad successores cum onere.
Quãdo ꝛ in quibus casib⁹ nõ tenet recipiens tpale beneficium ſm strictã iusticiã implere volũtatem beneficiũ aut elemosynã cõferentis. ita ꝙ cesset obligatio. lec. xxviij. M. N
Situs: vide in locus ꝛ in eucharistia de predicamento vbi.
Solicitudo multiplex. Et quomõ licitũ est pro temporalib⁹ solicitudinem habere. lec. lxx. L. M
Spiritussanctus dupliciter dicit dari homini ad ecclesie vtilitatem: ꝛ ad personalem sanctificationem. lec. ij. C
Status: statuum diuersitas: ꝛ officiorum varietas ecclesiam ornat. lec. xxvj. C
Successio: vide in eucharistia.
Suffragia pro defunctis: vide in anniuersarius.

De littera T

Tentare

De multis laqueis tentationum. lec. lxxvij. A
Tentare quid est descriptiue. Quib⁹ attribuit tentare in scriptura. B C. Finis tentationis quis est dei ꝛ diaboli. C. Tentatio sumitur in bono quandoq; sepe tamen in malo. D
Tentationum species quot sunt: ꝛ que. lec. lxxvij. E
Tentatio interior ꝛ exterior quid est. An omnis tentatio oriatur a demone. lec. lxxvij. E
Tentatio sumpta a modo tentandi reduci potest ad duos modos. lec. lxxvij. F. Quis illoꝝ modorũ difficilius vincitur. G
Tentatio fit tripliciter: ꝛ quomodo hec genera tentationũ presigurata sunt in primi hois lapsu. lec. lxxvij. H
Que tentatio difficilius vincit a carne vel ab hoste. lec. lxxvij. I
Tentationum fraudes septem. lec. lxxvij. K. L. M. N
In omnibus vitijs est quedam imago ꝛ species vmbratica virtutis. lec. lxxvij. M
Tentationis cessationem et pacem multa mala sequuntur. lectione. lxxvij. N
Tentationũ modi speciales plures sunt. lec. lxxvij. O
Tentatio volentis ingredi religionem. lec. lxxvij. P. Ibidez de instabilitate existentis in religione.
Tentatio insistentium studio. lec. lxxvij. Q
Tentatio cõfessoꝝ. lec. lxxvij. R
Tentatio predicantium. lec. lxxvij. R
Tentationum remedia. lec. lxxvij. S. T. V
Tentationum vtilitas. lec. lxxviij. A. B
An tentatio sit a nobis appetenda. lec. lxxviij. D
An sit appetenda propter aliud E. Soluuntur rationes in oppositum. F
Differunt tentari ꝛ in tentationem induci. lec. lxxviij. B
Cum oramus: Ne nos indu. quid petimus. lec. lxxviij. B. C
Quomodo ꝛ ad quem sensum dicitur deus nos inducere in tentationem. lec. lxxviij. C
Cur tam callide insidiat diabolus homini eum multifariã multis modis tentando. lec. lxxviij. G
Utrum diabolus aliqua tentatione victus ab aliquo ꝑdat tentandi potestatem. lec. lxxviij. D
Utrum homo viator ex libertate sue voluntatis sine speciali dei gratia/omnes possit tentationes diabolicas vincere. lectione lxxviij. K. L
Tentationi resistere: ꝛ tentationem vincere/differunt. lectione lxxviij. K
Utruz omnis tentatio carnis sit peccatũ. lec. lxxviij. M. N. ꝛc. Responsio habetur P. Q. ꝛc
Terminus. Termini priuatiui dupliciter accipiũtur. Et ſm hoc vel inferunt vel nõ inferunt cõtradictoria: p. edicantur vel nõ predicantur de eodem. lec. xlvj. L. M
Terminus pater quandoq; sumitur essentialiter: quandoq; notionaliter. lec. xx. D
Testamentum dicitur quãdoq; lex noua: quandoq; ꝓmissio regni celestis. Et quõ nouum testamentũ roboratum est in morte christi. lec. liij. N. O. Ibi quomõ dicitur eternũ ꝛ nouum ibi te ostenditur. Et de precellẽtia noui testamenti ad vetus. Et quare nouum testa. roboratum est in sanguine.
De testamentoꝝ editione ꝛ expeditione pariter ꝛ valore ꝛc. Vide in suffragia pro defunctis. Item quõ se habere debet testator vt fideliter testetur. De insipientia magna testantiũ. Auisamenta testari volentiũ. lec. lviij. A. B. ꝛc. vsq; G.
Testamentarius. Testamẽtarioꝝ negligentia plurimũ reprehẽditur: qꝛ multũ est damnosa. lec. xxv. C
Transsubstantiatio: vide in eucharistia.

De littera V

Verbum dei quid est. lec. lxx. G. Multiplex verbi dei et sacre scripture commendatio et vtilitas: licet a multis negligatur. ibidem. G. H. I
Uestes sacerdotum: vide in eucharistia.

Uidere/visibilis/visio.

An res existens in loco definitiue possit oculo corporali videri. lec. xliij. F. Item lec. xlv. R. S. T. V
Aliquid dicit videri oculo corporis quadrupliciter. lec. xlv. T. V. De visione multa dicunt ibidem S. T. V
An substantia aliqua ꝑ se videri possit. Et quõ videt accñs. lec. xlv. V
De visione corporis christi sub eucharistia. An possit videri oculo corporali vel intellectuali ab angelis bonis ꝛ malis ꝛc. X. Vide etiã in eucharistia de actiõe ꝛ passiõe corporis christi ꝛc.
Uisio sepe extendit ad fidem ꝓpter eius certitudinẽ ꝛ infallibi